¶ Prima ꝓpoſitio. Nec generatio verbi diuini nec proceſſio ſpiritusſancti eſt perfecte cognoſcibilis a nobis viatoribꝫ pro ſtatu iſto. Patet hoc per prophetaʒ dicentem. Generationẽ eius quis enarrabit? Sed ſpiratio ſpiritusſancti eſt eque ineffabilis. ergo ⁊c̃. ¶ Secũda propoſitio. Licet generatio verbi diuini et proceſſio ſpiritusſancti non ſint perfecte a nobis viatoribus pro ſtatu iſto cognoſcibiles tamen poſſunt explicari ⁊ declarari a nobis aliqua diffinitione quid nominis. Alioquin fruſtra laboraſſent ſanctus Auguſtinꝰ. Ambroſius. Hylariꝰ ⁊ Damaſcenꝰ qui fecerunt libros de trinitate ponentes differentias inter generationem ⁊ proceſſionẽ. Spiritusſanctꝰ procedit quomodo datus. Filius auteʒ quomodo natus. ¶ Tercia propoſitio. Friuolũ eſt ⁊ ſcandaloſum dicere ꝙ quilibet chriſtianus vel ſaltem doctus chriſtianus teneatur credere aliquid quod non poſſit explicare. ¶ Unde efficaciter arguitur contra Gregoriũ ſupra dictũ. Quicunqꝫ tenetur credere aliquem articulum tenetur intelligere eundem aliquomodo ſaltem. Patet: quia credere ẽ intelligere. Sed teneor credere expreſſe ſpirationẽ ſpiritusſancti. ergo ⁊c̃. ¶ Preterea arguitur. Quicquid poteſt concipi a nobis poteſt deſcribi diffinitiõe q̃d nominis. Unde etiam chymera poteſt diffiniri. Sed proceſſio ſpiritusſancti poteſt concipi. ergo ⁊ deſcribi. Unde et philoſophi deſcribebant deum dicentes ipſum eſſe ſummũ ens ⁊c̃. ¶ Notandum pro intellectu dictorum ꝙ in diffinitione ſpirationis ſeu proceſſionis quinqꝫ ponuntur particule. Prima eſt ꝙ dicitur ꝓductio: ⁊ ponitur loco generis non dico ꝙ ſit genus. Unde eſt notandum ꝙ duo ſunt principia ꝓductiua (⁊ eſt idẽ potentia ꝓductiua) Primũ eſt memoria fecunda que eſt principiũ ꝓducendi filiũ. Secundũ principiũ ꝓductiuũ eſt voluntas ꝑfecta: que eſt principiũ ꝓducendi: imo ſpirãdi ſpm̃ſctm̃. Scd̃a particula ⁊ oẽs alie ponunt̃ loco differentie. Ponit̃ ergo ſcd̃o: non de nihilo: ꝑ hoc diſtinguitur a creatione que licet ſit vera productio nõ tamen eſt proceſſio vel ſpiratio. Tercia particula. Alicuius viuentis dicitur ad differentiã cuiuſcunqꝫ producti non viuentis. Unde productio ignis de igne non eſt ſpiratio: productũ eñ non viuit. Quarta particula. Cognoſcentis: ponitur ad differentiã productionis in plantis ⁊ in herbis. Quinta particula. Non ab vno ſolo ſed de pluribus ponitur ad differentiam productionis filij in diuinis qui ab vno ſolo ſcilicet a patre producitur. Sexta particula. Eiuſdem nature numero cum producto dico numero propter naturam creatam ⁊c̃. Correlarie ſequitur ꝙ Spiratio neceſſario eſt a duobus. ¶ Contra illa argumentum potiſſimum Gregorij eſt illud. Nihil valet deſcriptio tua: quia dicis ꝙ genera-

tio paſſiua z ſpiratio paſſiua differunt per eſſe ab vno z p eſſe a duob⁹. Nūc aūt vnitas vel pluralitas nō variant rōnem formalē alicui⁹ pductionis. Exēplū pz de igne gñato a plurib⁹. g zc. Rñdet petrus de Aliaco. deridendo ipm q verū ē nō variant rōnē pductionis vel gñationis in creaturis tamen bene in diuinis. ¶ Quart⁹ z vltim⁹ termin⁹ eſt Liberalitas. Ubi nota q Liberalitas put nunc ſufficit ſumit duob⁹ modis. Primo mō pro quadā vtute morali. Et hoc mō accipitur. iiij. ethicoꝝ. Et deſcribit ſic. Liberalitas Eſt quedā vtus moralis: ſtatuens menſurā (.i. moderamen) in pecunijs paruis (.i. in bonis fortune) quo ad ſumpt⁹ datione vel acceptionē ſm vrbanam decentiā. Primo dr eſt vtus moral et qz cuilibet virtuti aſſignat materia. Ideo dr in pecunijs. Et dicit paruis ad differentiā magnificētie. Eſt aūt mediū inter illiberalitatē z pdigalitatē. Idem ſunt illiberalitas z auaricia. Itē Omne illud qd pōt numiſmate cōpari dicit pecunia. Prodigalitas ē minus viciū ꝙ illiberalitas: qz magis accedit ad liberalitatē eo q nō querit redditionem. Alio mō capit liberalitas pro liberalitate voluntatis. Hec autē eſt cōditio intrinſeca volūtatis ſm quā ipſa libere elicitiua eſt ſuarū actionū vel volicionum. Uñ. Uoluntas ē appetit⁹ cū rōne liber. Non eſt ergo mod⁹ intrinſec⁹ ſed eſt de rōe eius. Liberalis ē ille q dat nō expectando redditionez ſm Auicen. vi. metaph. Et hoc dicit quo ad aliqd z vtutē moralem z libertatem voluntatis. Qñcunqz aliqua donatur hoc fit p modū liberalitatis. Sed ſpūſanct⁹ eſt ſummū donū vt poſtea patebit. ideo zc. Itē ſpūſanctus omnia habet a patre z filio et nihil dedit patri z filio. ideo p modū liberalitatis procedit.

## Reſponſio ad qſtionē

ſtat in vna ɔcluſione. ¶ Concluſio ē tal' In diuinis neceſſario ē ponēda tercia pſona que producit a patre z filio per modum liberalitatis q dicit donū. Illa tamen ɔcluſio nō pōt demonſtrari: tamen ad hoc triplex eſt rō pſuadens. Prima ē pfectio dilectionis z ponit ante oppoſitum. Dilectio z amor ɔuertunt. Uñ duplex eſt dilectio. Mutua z reflexa. Mutua dilectio ē illa qua diligens impēdit amorē dilecto z verſa vice dilect⁹ rependit vel refundit amorē dilecto. Reflexa qua aliqs diligit ſeipm naturā ſcz ppriā Et vt dicit Rich. Amor mutuus eſt floridus z iocund⁹. ¶ De his dilectionib⁹ nota ppōnes ſequētes. ¶ Prima ppoſitio. Cū vtraqz dilectio importat ſeu dicat pfectionē vtraqz eſt in diuinis vnde pr ſumme diligit eſſentiā ſuā ɔſilr infinite filiū et filius ecōuerſo tanto amore diligit patrē dicit ſanct⁹ Bonauētura. Perfectior eſt amor mutuus ꝙ amor reflexus. Duplex ē dilectio mutua ſcz Cōmunicata z nō cōmunicata. Cōmunicata eſt illa q aliqui duo ita mutuo ſe diligunt qd etiam volunt diligi ab alio z ab alijs et volunt alios diligere ſe mutuo. Dilectio mutua non cōicata eſt illa qua aliqui ſe mutuo ſic diligūt q nō volunt diligi ab alijs. et dr a doctore ſubtili. in iiij. diſ. xxviij. q. vnica. Amor pu at⁹. Et dicit ſctūs bonauētura. Iſte amor ſapit amorē libidinoſum. vñ talis amor communit deſtruit pollicias ¶ Scda ppō. Amor mutu⁹ nō cōmunicat⁹ n eſt ponēdus in diuinis dicit eīm impfectionem. Bonū eīm qnto cōmuni⁹ tanto melius. ¶ Tercia ppō. Amor mutu⁹ cōicatus ē ponēdus in diuinis dicit eīm pfectionem His habitis patet pma rō q eſt pfectio dilectionis ¶ Alia rō eſt pfectio emanationis q cōplectit duplicē rōnē. In diuinis ē duplex pncipiū pductiuū cū i creatis inueniat tale duplex dicēs pfectionez Primū dicitur natura z idem eſt in diuinis natura z memoria fecunda. Secūdū principiū dicitur voluntas zc.

## Ad argumēta in oppoſitū.

Prima rō in oppoſitū poſſet ſic formari. Oēs creature producunt a deo ꝑ modū liberalitatis. ꝗ ſpūſſanct⁹ nō ꝓducitur ꝑ modū liberalitatis ꝛc. Ans verū eſt tanꝗ volitū ꝛ datū: ſed ſic nō procedit ſpūſſanct⁹. Volūtas nō eſt principiū ſpirandi ſpm̄.ſ. vt ipa voluntas omnino diſtinguit̄ ꝯ naturā: ſed vt ꝯcomitatur naturā. Nā volūtas nō ſolū ꝓducit ſpm̄ ſcm̄: ſed cū eſſentia in rōne obiecti ſumme amabilis. Sola igit̄ volūtas vt potētia nō eſt fecūda. Aliquid poteſt ꝓduci ꝑ modū liberalitatis dupliciter. Uno modo ſicut liberalitas vel ratio liberalitatis. i. ratio volens. Alio modo tanꝗ liberaliter factū. Cōſimiliter pōt diſtingui. Aliqd pōt produci ꝑ artē dupliciter vel tanꝗ ratio artis vel ipa ars Sic eſt filius dei. vel tanꝗ artificiatū. Sic oīs creatura produciť. Productio ꝑ modū artis in diuinis reduciť ad modum nature. Eſt em̄ ꝑ intellectū q̄ ē potentia naturalis. Sȝ in creaturis reducitur ad modū voluntatis.

## Scđo querit̄. Utrū in

diuinis ſit neceſſe ponere ꝑſonā ꝓcedentem per modum amoris. Non eſt declarādus termin⁹ hic niſi ille termin⁹ amor Ultra diuiſiones iā datas Eſt notādū ꝙ amor eſt nobiliſſimū ꝓductū a voluntate: et hec eſt deſcriptio q̄d nois. Pro ꝗ notandū ꝙ duplex eſt actus volūtatꝫ. ſ. amor ꝛ odiū. Sic aūt realr̄ pōt diffiniri Amor eſt actus volūtatis quo acceptat aliqđ obiectū ſibi cōueniēs vel qđ iudicatur tanꝗ ꝯueniēs ab intellectu errante. Odiū aūt eſt actus voluntatis quo volūtas refugit obiectū ſibi diſcōueniens vel reſilit ab obiecto diſcōueniēte vel tanꝗ diſcōueniēte. ¶ Prima ꝓpō. Odium ponit ſꝑ imꝑfectionē de rōne ſui vel in ſe vel in obiecto ſuo. Correlariū. Deus nō pōt hr̄e odiū ad intra: ad extra tñ odit pctm̄. Correlarium. Nulla ꝑſona pōt ꝓduci ꝑ modū odij ſeu ꝑ actū volūtatis q̄ dr̄ odiū. Scđa ꝓpō. Oē odiū p̄ſupponit amorē vt refugio a frigore: qꝛ amo calorē. Duplex eſt amor: amicicie ꝛ ꝯcupiſcentie. Amor amicicie eſt ille ꝗ aliqs diligit aliquod obiectū in ſe ꝛ ille amor ſꝑ eſt ꝓpt̄ bonū amati. Amor ꝯcupiſcētie eſt q̄ aliqs diligit aliqđ obiectū ꝓpt̄ bonū amātis. Et ille amor cōcupiſcē ſꝑ eſt ꝓpter bonū amantis. Jō em̄ ꝯcupiſco panē ꝓpter bonū meū. Oīs amor ꝯcupiſcentie p̄ſupponit amorē amicicie Nō ergo pōt eſſe ꝑma affectio. i. prim⁹ actus volūtatꝫ: ſicut nec odiū. Sȝ amor amicicie eſt ꝑma affectio et nobiliſſima in actibus voluntatis.

## Concluſio reſponſalis

Neceſſe ergo eſt in diuinis ponere terciam ꝑſonā ꝓduci ꝑ modū amoris. Multa pulcra ꝛ ꝑdicabilia in his qōnib⁹: dicit doct. Sera. vñ allegat Aug. xiij. de trinita. et alias ſepius dicentē. Affectio amoris eſt ꝑma inter oēs affectiōes ꝛ radix oim aliarū. Jtē in h̄ dono. i. amore ꝯſiſtūt oēs delicie ſube intellectual' ꝛc.

## Pro ſolutiōe argumētoꝝ.

Et ꝑmo ꝓ ſolutiōe ꝑmi argumēti. Nota ꝙ dupl'r poſſum⁹ loq̄ de amore. Uno mō rōne ei⁹ qđ noiat. i. qđ importat hoc mō amor etiam in creaturis importat habitū. Scđo mō rōne illi⁹ circa qđ poniť vl' in q̄ poniť: qꝛ ꝗ amor eſt ī deo nullū accñs aūt pōt eſſe in deo: ꝛ ſic amor ꝑtinet ad hypoſtaſim. Hypoſtaſis grece ſuppoſitū latine. Totū em̄ in deo ē ſuba id ē oē qđ hȝ. Et cū amor dicat egreſſum dicit hypoſtaſim ſiue ꝑſonā. ¶ Propter q̄rtū argumētū nota ꝓpōnes ſeq̄ntes. ¶ Prima ꝓpō. Uis iraſcibil' et vis ꝯcupiſcibil' in pte ſenſitiua ſūt due potētie habentes diuerſa organa circa cor. ¶ Scđa ꝓpō Uis ꝯcupiſcibil' in pte ſenſitiua ē illa q̄ reſpicit obiecta ꝑmo appe

tibilia ꝛ ꝓpter ſe ꝛ pmo fugibilia etiā re ſpicit. ¶ Tercia ꝓpō. Uis iraſcibilis re ſpicit obiecta ſcūdario appetibilia non ꝓpter ſe et ſcōario fugibilia. ¶ Quarta ꝓpō. Organa iſtarū duarū viriū ſūt cir ca coꝛ ꝛ ſunt q̄ſi due pellicule vel vene ꝛ cum hō gaudet dilataꝶ. Doloꝛe autē re ſtringiꝶ talis vena: hinc aliq̄ dicūt ꝙ do loꝛe coꝛ reſtringiꝶ qđ nō eſt abſolute ve rum niſi intelligēdo de illa reſtrictione vene. Gaudiū ḡ eſt de pmo appetibilibꝫ Doloꝛ ꝓo eſt ꝓpꝰ pmo fugibilia Actus iraſcibilꝭ reſpicit offendēs vꝭ vidicabile Uñ falſa eſt ꝓpō aſſumpta in argumen to. Jn natura intellectuali ex pte moti ue potētie: affectus ſit accipe iraſcibilē q̄ reſpicit hoiem nec eſt incōueniēs cum ſit argumentū añ reſolutionē. Henricꝰ de gandauo tamē illius eſt opinionis. ¶ Quinta ꝓpō. Uis iraſcibilꝭ et ↄcupi ſcibilꝭ nō hñt tantā diſtinctōēʒ in pte in tellectiua ſeu inuolūtate ſicut in pte ſen ſitiua. Eadē eī voluntas oino eadē dr̄ vis ↄcupiſcibilꝭ ꝛ vis iraſcibilꝭ inq̄ntū th̄ reſpicit aliud ꝛ aliud obiectū. vñ qñ re ſpicit obiecta pmo appetibilia vꝭ fugibi lia dr̄ vis cōcupiſcibilꝭ. Qñ aūt reſpicit ſcōario appetibilia vꝭ fugibilia dr̄ iraſci bilis. ¶ Sexta ꝓpō. Jſte due vires i vo lūtate nō ponunꝶ niſi ꝓpꝰ diſtinctōʒ vir tutū moraliū: nō aūt ꝓpꝰ diſtinctōʒ ꝟtu tū theologicaꝝ. Rō eſt. Obiectū cuiuſ libet ꝟtutis theologice eſt deꝰ ſub rōne delratis ꝛ ↄcediꝶ ab ipo henrico. Sʒ ds nō pt eſſe obiectū iraſcibilꝭ, oꝛdiate ſaltē ḡ ſpes cū hēat obiectū idē cū fide ꝛ cha ritate, nec aliqs poſſit oꝛdinate deū hr̄e ꝓ obiecto vindicabili. i. cui velit penā nō eſt i iraſcibili. vñ obiectū iraſcibilꝭ nō ē qđ arduū: ſʒ eſt aliqđ diſcōueniēs. vnde phs. Jraſci eſt appetere vindictam (ſm Ariſt. iiij. rethoꝛice) ꝓpter apparentem paruipenſionē.

## Tercio querꝭ. Utrum

ſit neceſſe ponere pſonā ꝓcedentē p mo dū mutue charitatis. i. mutue amoꝛis Ꝛcādū ꝓ declaratiōe ſmioꝝ ꝙ hic cha ritas tm̄ valet ſicut dilectio. Duplex āt ē dilectio. ſ. mutua ꝛ reflexa ꝛc. vide ſ i p cedēti q̄one. ¶ Rñdeꝶ. Affirmatiue pꝫ q2 ex p̄cedentibꝫ ↄſtat ꝙ neceſſe ē ponere pſonā ꝓcedētē p modū amoꝛis ḡ p mo dū mutue charitatꝭ: q2 talꝭ ē pfectiſſimꝰ vt pt ex q̄onibus pꝛioꝛibus.

## Pꝛo ſcđo argumēto in

oppoſitū. Aliqđ pōt dici debitū duobꝰ mōis. Uno mō. i. rectū ꝛ bonū Quicqđ eſt in diuinis h̄ mō eſt debitū. Alio mō q2 p̄ſupponit aliquā obligationē ꝛ ſic ni hil eſt debitū i diuis. ¶ Ꝓpō. Amoꝛ fi lij q̄ diligit p̄reʒ lʒ neceſſario diligat pa trē: nulla tñ ibi ē obligatio. Hec ei ſp di cit ſupioꝛitatē ꝛ inferioꝛitatē vꝭ ſbiecti onē cuiuſmōi nō eſt in dō. Readamatio eſt rō maioꝛis amabilitatꝭ: vñ diligēdo petrū ꝛ iohēʒ: q2 eq̄ ꝟtuoſi ſi ꝓpēdo vnū me amare magꝭ diligā ipm: ſi eī clau dicat amoꝛ nō eſt iucūdiſſimꝰ. Richar. de ſctō victo. in lj. de trinit. multas pōit difficultates et obſcuritates de amoꝛe. Ubi notādū ꝙ triplex ē amoꝛ ſm ipm i diuis. ſ. ḡtuitꝰ: debitꝰ et pmixtꝰ. Amoꝛ ḡtuitꝰ dr̄ q̄ ē ab aliq̄ amāte q̄ dat ſp a mato ꝛ nihil recipit ab eo. Amoꝛ debitꝰ ꝓo eſt ille q̄ aliqs amat vel q̄ eſt ab aliq̄ amāte q̄ ſp recipit ꝛ nihil dat. Amoꝛ p mixtꝰ eſt ille q̄ eſt ab aliq̄ amāte q̄ aliqđ recipit ꝛ aliqđ dat. Dicit ḡ Rich. ꝙ a moꝛ ḡtuitꝰ eſt pr̄is: debitꝰ ſpūſſcti: pmi xtꝰ ē ipiꝰ filij q̄ dat ſpūiſctō. ¶ Pꝛia ꝓpō Jn diuinis nō eſt admittendus ille ter minꝰ pmixtꝰ amoꝛ. Ois ei amoꝛ in diui nis ē puriſſimꝰ. ḡ de rigoꝛe ſmonis nul lo mō pmixtꝰ. Uñ pariſien. nihil curant Rich. in h̄. ¶ Scđa ꝓpō. Nullꝰ amoꝛ i diuinis ꝓpꝛie loq̄ndo eſt debitꝰ: ꝓpe eī dicit obligationē. ¶ Tamē ꝓ reuerētia illiꝰ doct. dici pōt ꝙ intelligēdo per iſta ꝟba metaphoꝛica diuerſos modos ema nandi admitto: ꝛ ſic pr̄ hʒ amoꝛē gratuitū

ſtrum.i.pr̄ nō ē ab alio. Fili⁹ hʒ gmixtū id ē filius eſt a pr̄e ꝛ cū ipſo ꝓducit ſpm̄ ſctm̄ ꝛc. Sʒ ſic nihil eſt ad ꝓpoſitū vel parū. Si aūt intelligis ꝑ hoc diſtinctio nē amoris nō admitto. Uñ. s. Bonauē. ait. Iſte ꝯditiones nō dicūt modū amā/ di circa amorem: ſed modū emanādi cir ca perſonas.

Circa ſcd̄m arti/ culum primo q̄rit. Utrum charitas ſit ꝓpriū ſpūſ. ꝛc. Iſta eſt q̄ō prima ſcd̄e par/ tis diſtinctionis. x. Tres termini ſunt hic declarādi. ſ. charitas vel amor. ſcd̄s propriū. tercius ſpūs. Notandū ꝙ in di uinis differūt ꝓpriū ꝛ appropriatū. Uñ propriū in diuinis dicit̄ illud ꝙ cōpetit vni ſoli ꝑſone ꝛ nō pōt competere alteri: vt pr̄nitas eſt ꝓpium patri. Appropria tum autē in diuinis eſt illud ꝙ de ſe eſt cōmune trib⁹: ſed dicit̄ appropriatū ali/ cui ꝑſone vel rōne alicuius ꝯueniētie cū illa ꝑſona vel remotionis alicuius erro ris: vt ſapia: charitas. Dicit̄ aūt ꝯueni/ entie qñ illud appropriatū habʒ aliquā cōuenientiā cū illa ꝑſona ſiue cū ꝓprio illius perſone. ¶ Ex his ſequunt̄ alique regule. Prima regula. Oia illa q̄ cōcer nunt intellectū appropriant̄ filio in diui nis. Uñ ratio exēplādi exēplata eſſentia liter capta ſcʒ pro noticia ingenita .lʒ ſit vere cōis tribus appropriat̄ filio. Pro/ pter cōuenientiā q̄ꝫ cū modo emanādi ſpūſcti ꝙ eſt ꝑ modū volūtatis oīa que reſpiciūt voluntatē appropriant̄ ſpūi/ ſancto: vt miſericordia: bonitas: pietas Patri aūt attribuit̄ oīpotentia: nā pr̄ ha bet poſſe generare et poſſe ſpirare: pro/ pter conuenientiā igitur (quia filius nō habet poſſe generare) patri attribuitur omnipotentia. Item propter remotio/ nem errorum aliqua appropriant̄ per/ ſonis diuinis: vt ſupra. Iſti tres termi/ ni in preſenti diſtinctiōe capiuntur pro eodem a Bonauentura. Charitas: dile ctio: amor. Duplex eſt charitas. Crea/ ta que hic non deſcribitur: ſed in .xvq̄. diſtinctione. Increata Et eſt ipſe deus. Unde quicquid eſt charitas vl̄ dilectio increata: eſt ipſe deus. In diuinis ergo ſolum reperit̄. Et capitur trib⁹ modis. Uno modo eſſentialiter: et eſt illa dile/ ctio qua quelibet perſona in diuinis dili git ſe ꝛ alias perſonas. Alio modo capi tur nocionaliter: ꝛ eſt ipſa ſpiratio acti/ ua qua pater ꝛ filius ſpirāt ſpm̄ſanctuꝫ cōcorditer. Tercio modo capitur pſo/ naliter. et eſt ipſa perſona que producit̄ per voluntatē. Pater em̄ ꝛ filius eandē habentes voluntatē ꝛ eſſentiā diuinam ſibi preſentē (ꝯcordia que amor dicitur ꝛ eſt nocio) ſpirāt ſpm̄ſctm̄. Nociale in plus ſe habet q̄ꝫ propriū. Scd̄o patet. Quia omne proprium eſt nocionale: et non econtra: quia propriū tm̄ conuenit vni perſone. Nocionale ꝑo duabus.

## Concluſio reſponſiua.

Amor tercio mō captus eſt propriū ſpi ritui ſancto. Dicit em̄ ꝓductionē paſſi/ uam ſpūſſancti. ergo.

¶ Pro ſolutione argumentoꝝ nota Q2 Emphaſis eſt color rethoricus nec ob/ ſtat ꝙ quidā grāmaticus numerat ſub tropo inter illas figuras. Multi em̄ co/ lores rethorici etiā ſunt figure: et eſt qñ propter maiorem expreſſionem vtimur abſtracto ꝑ cōcreto: vt iſte frater eſt vir tus. i. multū virtuoſus. Et iſte modus dicit̄ emphaticus. In diuinis ſpūſſan/ ctus habet rationem vere amoris: ꝛ rati onem hypoſtaſis. Probat̄. Quicq̄d pro ducitur per voluntatē ꝯcordē eſt amor ergo ꝛc. Regula. Omnis entitas abſo/ luta in diuinis eſt cōmunis tribus per/ ſonis. Quicquid eſt proprium perſone dicit relationem. Unde amor tercio mo do captus dicit relationē ad amantem id eſt ſpirantem. Unde ſpirituſſanctus hoc modo non eſt amans: nō enim eſt ſpi rator ꝛc.

**Scdo querit. Utrū spi-**ritussanct⁹ sit nex⁹ vł vnitas amboꝝ.i. p̄ris ɀ filij. Docto. cōiter dicūt spm̄sctm̄ eē nexū. Et videt iste termin⁹ deriuat⁹ a dictis dionysij q̄ fuit multū obscur⁹. Dicit em̄ dionysius. Amorē siue diuinū siue intellectualē vnitatē dicim⁹ eē v̄tutē Non est intelligendū q̄ essentialr vniat sȝ fm volūtatē vnit amantē amato ɀ ecōtra. Vñ dicit. s. Bonauē. in legēda sctissimi p̄ris frācisci pulcra v̄ba q̄ nllo mō sunt fm dicta alberti quondā regēt parisius q̄ fuit tpe Scoti ɀ ordie minoꝝ q̄ sctissim⁹ pr̄ solūmō p imaginatoȝ fortissimā fuit insignit⁹ signis passionis xp̄i q̄ falsuȝ est qꝛ a xp̄o sibi impssa sunt.

¶ Cōclusio rn̄siua. Spūsſctūs p̄pe loquēdo est nexus siue vnitas p̄ris et filij. Nota q̄ amoꝛ mutu⁹ est duplex. In creaturis sp est duplex sic q̄ nō pōt esse vnicus: vt qn̄ diligo Jo͞hem ɀ ipe rediligat. me sunt duevolūtates ɀ ɔ̄siter duo amores. In diuis v̄o ē vnic⁹ Est em̄ spūsſanctus est q̄ȝ substātific⁹ qꝛ est suppositū.

**Pro solutiōe argumen**toꝝ in oppositū. Pro p̄mo Triplex ē separatio. Quedā est fm localē distantiā inter istos pōt esse nexus p mutuas relationes siue p nunciū: vt p lr̄as. Quedaȝ est fm d̄riam substātialē. Quedā ē fm p̄prietatē relatiuā. Pro scdo argumēto nota. Illa dicunt ɔuenire ɔueniētia originali cuȝ aliq̄ q̄ vniformiter ɀ ɔcordit pducūt ipm̄. Terciū argumentū est q̄si replicatio: si ei sufficit illa ɔueniētia originalis sequit q̄ pr̄ est nexus filij. Cōueniētia original' est duplex. Quedā est q̄ aliq̄ duo vł plures origināt ab aliq̄ vno Quedā ē q̄ vn⁹ originat a duob⁹. ¶ Prima ppō. Prima ɔueniētia original' nō facit nexū. rō est: qꝛ nexus ē vnio ɔ̄seq̄ns distinctōeȝ. Sȝ vnitas in origine p̄cedit distictōȝ. ¶ Scda ppō. Cōueniētia originalis q̄ vn⁹ originat a duob⁹ facit nexum. Breuius tn̄ pōt dici ɀ meli⁹ Dico q̄ nō est sil'e de p̄re ɀ filio: sicut de spūsſcō Fili⁹ em̄ pducit g̃natiōe a p̄re: spūsſctūs aūt p voluntatē. Quia ɔ̄vnica pductōe pr̄ ɀ fili⁹ simul pducūt spm̄sctm̄: iō spūsſctūs d̄r nex⁹ coꝝ. ¶ Pro vltimi argumēti solutione recurre ad textū Bonauen. Nota qn̄ d̄r spūsſctūs est nexus amboꝝ tm̄ valet. i. spūsſctūs est amoꝛ vniformit̄ ab vno p̄ncipio pductio pduct⁹ a duob⁹.

**Tercio querit. Utrum** spūsſctūs p̄pꝛie sit spūs. Hic dedarādi sunt duo termini. prim⁹ spūsſctūs. scdꝰ spiritus. Ubi nota q̄ per spm̄sctm̄ intelligim⁹ terciā psonā i diuinis pductā vnica spiratōe a p̄re ɀ filio realr distictā ab ipis ɀ eētialit̄ eadē ipis Notādū q̄ spūs p̄ma sui diuisione est duplex. sc. Spūs increatus: ɀ spūs creatus. Spūs increatus est ipe de⁹. Spūs creat⁹ ē creatura. Spūs icreat⁹ accipit triplr̄. Primo mō essentialr̄. ¶ Prima ppō. Et sic ɔuenit toti trinitati. ¶ Scda ppō. Spūs essentialr̄ captus d̄r a spūalitate distiguēdo ɔ̄ corpoꝛeitatē. ¶ Tercia ppō. Spiritus essentialr̄ capt⁹ d̄r in p̄mo mō dicēdi p se de deo. Scdo mō capit nocionaliter ¶ Propō. Spūsſctūs h̄ mō d̄r a spirādo actiue ¶ Propō. Spūsſctūs h̄ mō ɔuenit solū p̄ri ɀ filio ɀ nececessario illis duob⁹: iō nō ē psonale p̄pe lȝ nocionale sic. Tercō mō capit psonalr̄ Et d̄r a spirari passiue. h̄ mō solū d̄r de tercia psona in diuinis. p hoc scdm̄ argumētū pȝ. Ista psona recte vocat spūs qꝛ spirat vt amoꝛ ¶ Spūs creat⁹ ē duplex: coꝛpoꝛe⁹ ɀ incoꝛpoꝛe⁹ creat⁹. Coꝛpoꝛeus ɀ ē duplex nā spūs d̄r quidā spūs a spūalitate vt distinguit ɔ̄ corpulētiā. vñ dicit Auicēna ɀ Constabulus in lib. de d̄ria spūs ɀ aīe. Qꝛ spūs sint coꝛpa sb̄stātialia ex̄n̄tia in potentiarū sensitiuarū organis tā q̄ in locis ɔtigua ipsis organis sȝ tales spūs non sunt anima. Et sunt multiplices ɀc. Alio mō spūs coꝛpoꝛeus d̄r a spi

rando id eſt flādo.pš. Ignis grādo nix glacies ſpūs pcellarū.i.ventus ſeu flat⁹ vñ aer quē attraho ⁊ reſpiro pt dici ſpiritus me⁹. Spūs incorporeus creatus vno mō dicit̄ a ſpūalitate.⁊ ſic capit̄ p ſubſtātia ſpūali. Et eſt duplex. Quidā ſcʒ facit ſpeciē cōpletā ⁊ dr̄ cōpletus: vt ſpūs angelicus. Quidā non facit ſpēm completā et dicit̄ icōpletus vt anima. Alio modo dicit̄ a ſpirando. ¶ Propoſitio. Hoc mō ois amor pductus a volūtate ſiue humana ſiue diuina vocat̄ ſpiritus nō tamē amor diuin⁹ dr̄ ſpūs creatus. Amor aūt nr̄e volūtatis dicitur ſpiritus p ſimilitudinē ad ly ſpūs a ſpirādo vel a ſpiratione aeris. Actus ſpirationis in corpe aialis hʒ qnqʒ ↄditiones. Prima eſt ꝙ ſit actus internus: qꝛ fit a pulmone attrahēte ⁊ ingroſſante aerem intert⁹ circa cor. Vñ actus ille reſpirationis in aiali eſt pter duo neceſſari⁹. Primo ppt̄ mitigationē caloris. Scdo pter formationē vocis. Scda ↄditio ē ꝙ ſit actus cōtinu⁹: alioqn morit̄ aial ſi nō eēt. Tercia eſt ꝙ ſit act⁹ viuificus.i. ptinēs ad vitā. ſine ipo eīn nō ↄtingit viuere. Quarta eſt ꝙ ſit actus hñs originem a calore: hinc eſt ꝙ oſtree non reſpirant. Quinta cōditio eſt ꝙ ſit actus naturalis: quia fit ſm motū naturalē. pʒ quia nō fit libere. ¶ Correlariū. Scdm quattuor primas cōditiones amor ſpiritualis dicit̄ ſpirari ⁊ ideo ex ↄſequēti dr̄ ſpiritus in nobis: non aūt ſcdm quintaʒ ↄditionem q̄ dicit imperfectionē. Hoc pʒ nam primo amor noſter dicitur actus internus quia eſt nobis intimior ⁊ magis latens q̄ aliquis alius actus. Secūdo patet quia eſt ↄtinu⁹ maxime ſi eſt ordinatus. Tercio eſt viuificus: quia amor eſt vita noſtra ſcdaria. Unde vita precipua anime cōſiſtens in actu perfecto ſecundo eſt amor. Vñ Hugo de arra anime: hoc ſcio anima mea quia amor eſt vita tua ⁊c. Quarto modo dicitur procedere a calore quia amor intenſus eſt feruidus ⁊ inflammat habentē ⁊c. Quinta conditio ideo nō conuenit amori noſtro quia eſt libere product⁹ ⁊c. ¶ Si dicas quare tercia perſona dicitur ſpiritusſanctus. Reſpōdeo ꝙ amor procedit vel inordinate: vt amor nūmi ⁊ dicitur amor auarus vel ordinate et dicitur ſanctus. Et licet omnes tres perſone ſint ſancte: tamen filius ex modo ſui productionis non dicitur ſanctus. Sed ſic attribuit̄ ſpiritui ſancto: quia filius producit̄ generatione. Nota ſpirare vno modo ideʒ eſt ꝙ inſpirare. Aliquid eīn dr̄ inſpirari tūc a tota trinitate in anima nr̄a quādo aliquid cauſatur in anima noſtra vt intellectio vel amor. Alio modo ſpirare idem eſt ꝙ ſpm̄ſanctum producere.

¶ Notandum ꝙ a diſtinctione decima incluſiue vſqʒ ad decimāſeptimā excluſiue magiſter ſentētiarū tractat de ſpiritu ſancto.

Circa diſtinctionem vndecimā primo queritur. Utrum ſpiritusſanctus procedat a patre et filio. Termini queſtionis ſunt omnes declarati in precedentibus. Pro textu ſequenti notandum eſt ꝙ duplex eſt proceſſio large capta: vicʒ localis ſicut aliquis progreditur de vno loco ad alium. Alia cauſalis vt̄ productiua ſicut aliqua intellectio pducitur ab intellectu ⁊ obiecto tūc non oporter proceſſioneʒ eſſe ab vno ſolo cōſimiliter de amore.

Pro ſolutione queſtionis ponitur vnica concluſio talis. Spiritusſanctus procedit a patre et filio ſimul. ¶ Nota ꝙ quicūqʒ articulus fidei pro certo habēdus eſt: periculūeſt ipm relinqui ſub dubio. Unde optime factū eſt ꝙ declaratum eſt beatiſſimam virginem eſſe conceptam ſine originali pctō. ¶ Sententia grecorū (vt dicit Linco.) de proceſſione ſpūſancti eſt. Primo eīn

concedunt nobiſcum ꝙ ſpiritusſanctus procedit a patre: ſimiliter omnia q̄ ſunt in euangelio. Scđo concedunt ꝙ ſpiritusſanctus eſt ſpirit⁹ filij ſicut dicit apoſtolus. Tercio ꝙ ſpiritusſanctus procedit a patre per filium: ⁊ in his nõ diſcordant a nobis. Quarto ꝙ ſpiritusſanct⁹ procedit a patre ⁊ manet in filio quod ⁊ nos cum eis cõcedimus. Quinto ꝙ ſpiritusſanctus procedit a patre ⁊ filio hoc nonvolunt concedere vic₃ ꝙ procedat a filio. De quo dicit optime doct. ſubti. ſic ꝙ nullus doctorum melius. Si eſſet vnus grecus ſapiens vel plures et conſimiliter latini amatores vere ſapientie ⁊ non proprie dictionis (vnde propria eſt id eſt propriorum dictorum) conuenirent forte in re ⁊ inuenirent ſolam diffe/rentiam vocalem. Amatorem aute₃ eſſe proprie dictionis valde reprehenſibile ⁊ preiudiciale eſt. Quid autē iacture paſſus eſt ſanctus Auguſti. doctor eximi⁹ eo ꝙ fecit librum retractationu₃ in quo per multas propoſitiones retractans ſe male intellexiſſe minusue benedixiſſe cõfitetur. Laudes nimirum immortales ex hoc conſecutus eſt apud omnes pſtātes ſapientesq̄ viros. ¶ Nota tamen ꝙ aliqui doctorum dicūt grecos fuiſſe vocatos ſed renuiſſe venire. Vnde Joh. Damaſce. dicitur ab aliquibus veniſſe ſed occulte. ¶ Poſſet dici ꝙ ex inſtructu ſpiritusſancti non fuerint vocati eo ꝙ ſine dubio aliqui ſancti epi ibi fuerint.

¶ Si non fuerint vocati licet non videatur omnino ſm charitatem ſeu preter charitatem tamen proculdubio romana eccleſia habuit magnam cauſam eos non vocandi. Aut propter eorum contumaciam vel ob aliud: nec factum eſt cõtra charitatem: ſed propter melius. Nota quicquid eſt contra charitatem ſiue directe ſiue indirecte eſt peccatum mortale vel ipſum conſequitur peccatū mortale. Illud autem dicitur indirecte fieri contra charitatem quo facto quis capit ſcandalum paſſiue ſed non actiue: vt in dei in chriſto. Et licet domin⁹ perfectiſſime operatus ſit: tamen ipſi occaſione ſanctorum operum iudicarūt ipm quo iudicio peccauerunt mortaliter deletes demeritorie charitatē ſi q̄ in eis fuiſſet.

**Pro ſolutione argumētorum.** Pro illo argumento procedere ſeu tendere aliquis in aliud poteſt intelligi dupliciter. Primo ſicut in obiectum. Scđo ſicut in illud in quo quieſcit vel recipit. Pro ſcđo verbū exterius ⁊ eſt loquela interius. ⁊ eſt noticia actualis cuiuſlibet obiecti. ¶ Pro tercio argumēto Nota duplex eſt nexus vt in p̄cedenti q̄one. Scđo mõ iſte eſt nexus in quo tanq̄ in tercio conueniūt aliq̄ duo. Et ſic habet rationē tercij non autē medij. Nota ſpūſſanctus procedit vno modo a patre ⁊ filio. Vn̄ non magis debet dici ꝓcedere in filiū q̄ in patre. Si eni ſolū ideo dicitur ſpūs filij quia in eo eſt eadem rõne pater diceref ipius filij nec non filius ſpūſſancti. Tamen in ꝓducētibus rõne modi originādi eſt differentia: quia pr̄ quicq̄d habet hoc habet a ſe fili⁹ aūt a patre habet oīa. ¶ Nota poſt cõcilia apoſtolorꝫ de quib⁹ modo nõ loquor fuerūt quattuor ꝓncipalia cõcilia (vt narrat gratianus. xv. diſt.) quorum primum fuit nicenū. ſcđm. Coſtantinopolitañ. tercīū. Epheſinū. quartū. Calcedoneſe. Et hec fuerūt maioris auctis In quib₃ cõgregati fuerunt ſancti epi ⁊ martyres. Ex his dictis tā gratiani q̄ Gregorij dicit iſte Bedinus indoctus qui cõpoſuit faſciculū tpm ꝙ fuerūt ſex ſynodi equalis vel tante auctis quante eſt ſacrū euangeliū qđ eſt falſu₃ ſimplr. Et licet bene dicat Gregorius ꝙ iſta q̄ttuor concilia dicta amplectanſ ſicut euāgelium nullo mõ tamen valet inferre ergo tantū vel tante ſunt auctis. Itē contra Gratianum iuriſtam conditorē decretorum qui dicit alia ſequentia mino

ris auctoritatis. Ipſe ponit ſex concilia ꝛc̄. ¶ Auctoritatē habere ſuper aliū eſt dupliciter tanꝙ dominus ſuper ſeruum: et ſic dicit dominiū. Aut tāꝙ producens: quia dat aliquid. Ultimum argumentum pro parte vera eſt valde bonum ꝛc̄. Nota Johānes damaſcenꝰ tante deuotionis fuit virgini glorioſe ꝙ manus ſibi ab aliquo ablata reſtituta fuit per miraculum ꝛc̄.

## Scđo querit᷑. Utrū ſpi

rituſſanctus procedat a patre ꝛ filio inq̃tum ſunt vnum aut inq̃tum differentes. Notandum ꝙ pater ꝛ filius conueniunt in aliqua re ſingulariſſima (relatiua tamen) ꝛ ſunt vnū in illa in qua ſpirituſſanctus nō eſt vnū cum eis: vel non conuenit cum eis in illa: patet de ſpiratione actiua q̄ eſt de ſe hec. Nō ergo meo videre cum querit᷑ inq̃tum vnum intelligitur in eſſentia. Quia in omni entitate abſoluta dicente perfectionē ſimpliciter pr̄ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctus ſunt vnū ꝛc̄. Et eſt ſenſus q̄ōnis. Utrū ꝛc̄. Inq̃tum vnum id eſt inq̃tum vnum notione vel vnica ſpiratione. Iſta dictio inq̃tum ē ſignū reduplicatiuū. Et eſt magis proprium ꝙ dicere dictio reduplicatiua.

¶ Propoſitio reduplicatiua deſcribit᷑ ſic. Eſt illa in qua ponitur aliqđ ſignū reduplicatiuū reduplicatiue tentū. Signum reduplicatiuum eſt illud ꝙ denotat rationem ſm quā aliud ineſt alteri ly predicatū ineſt ſubiecto: vt ſunt iſta ſm ꝙ: in eo ꝙ: ea rōne: inq̃tū ꝛ vt. Iſta quinꝙ et ſi q̄ ſimilia. Nota ꝙ in qualibet ꝓpoſitione reduplicatiua ſunt quatuor termini. Primus eſt predicatū ꝑncipale. Scđs ſubiectum ꝑncipale. Tercius eſt terminꝰ reduplicatus. Et eſt ille ſuper quē cadit ſignum reduplicans. Quartus eſt ſignū reduplicans: vt homo inq̃tum rationalis eſt riſibilis. Nota ly inq̃tum ꝛ quelibet dictio reduplicatiua poteſt capi dupliciter. Uno modo ſpecificatiue quādo ſcꝫ denotat p̄dicatum ineſſe ſubiecto ſub aliqua ratione vl' ſub aliquo modo ſpeciali. Ideo dicitur ſpecificatiue: quia ſpecificat ſubiectum vt ignis inq̃tum calidus calefacit nā in igne ſūt duo: caliditas ꝛ ſiccitas. Inq̃ntum illo modo accipitur in queſtione noſtra Alio modo reduplicatiue ꝓprie. Et hoc modo dupliciter: vel denotat reduplicatōꝫ cauſe vl' ꝯcomitātie Si primū ſcꝫ vt dicit cauſe reduplicationē: tunc vltima ꝓpoſitio exponens eſt cauſalis. Si ſcđm: tunc vltima eſt cōditionalis. ¶ Omnis propoſitio reduplicatiua ꝓprie ſumpta affirmatiua exponitur per vnā copulatiuā cōpoſitam ex tribus kathegoricis in quarū prima p̄dicatū ꝑncipale dicitur de ſubiecto ꝑncipali. In ſcđa terminus reduplicatus predicat᷑ de ſubiecto principali. In tercia predicatū principale predicat᷑ de termino reduplicato vniuerſaliter ꝛ affirmatiue. Quarta eſt vna hypoſtatica in cuius añcedēte terminus reduplicatus verificat᷑ de aliquo trāſcendente ꝛ in cōſequēte de relatiuo identitatis ſubſtātie p̄dicat᷑ predicatū principale vere ꝛ affirmatiue: vt hō inq̃tuꝫ rōnalis eſt riſibil' exponit᷑ ſic: hō eſt riſibilis: ꝛ hō eſt rōnalis: ꝛ oīe rōnale eſt riſibile. Et q2 aliqđ eſt rōnale ideo eſt riſibile. Si aūt accipiatur grā ꝯcomitātie: tūc q̄rta eſt cōditionalis ſcꝫ. Et ſi aliquid eſt rōnale: ideo illud eſt riſibile ꝛc̄. Uñ a reduplicatiua ad ſuā p̄iacētē ē optima ꝯña. Ly inq̃tū qñ addit᷑ termino cōi reduplicato ſꝑ denotat vniuerſalitatē ita ꝙ deſignat p̄dicatū vl'e ineſſe tali termino reduplicato Iſta eſt vera ſm reduplicationē ꝯcomitātie intelligēdo ſeu exponēdo grā ꝯcomitātie: hō inq̃tū riſibil' eſt flebil'. Sic illa dr̄ia inq̃tū dr̄ia ſūt ꝯueniētia grā cāe ſūt falſe. Dr̄ia em̄ nō eſt cā ꝯuenientie ꝛ ecōuerſo. ¶ Notāde ſunt hic alique ꝓpōnes. ¶ Prima ꝓpō. Pr̄ ꝛ filius ꝓducūt ſpm̄ſctm̄ nō inq̃tū vnꝰ. Si em̄ affir

natiua eet vera ſeq̄ref φ oia q̄ ſunt vnū pducerent ſpm̄ſctm̄. ergo negatiua ſibi correſpodens eſt vera. ¶ Secunda propoſitio. Similiter hec eſt falſa pr̄ et filius pducūt ſpm̄ſctm̄ inq̄tum diſtincti ḡ negatiua vera. Doctor ḡ ſeraphic⁹ accipit inq̄tū nō prope ſed ſpecificatiue.

Pro reſpōſione ad queſtionē ponit tal' ↄcluſio. Pr̄ z fili⁹ pducunt ſpm̄ſctm̄ inq̄tum ſunt vnū in fecūditate volūtatis vel in volūtate fecūda Nō aūt inq̄tū vnū in pſona nec inq̄tū ſunt vnū in eēntia: q2 ſic ſpūſſctū e vnū cū ipis: ſ3 inq̄tū vnū notione. i. vnū in ſpiratiōe. z hoc ſm vnā opinionē de q̄ in ſolutione vltima. Qñ dico voluntatē fecūdā q̄ſi duo video: dicere. ſ. rōnē volūtatis z rōnem pductiui. vñ iſta eſt falſa volūtas pducēdi eſt in ſpūſctō. Iſta āt admitti pōt volūtas que eſt rō pducēdi ſpm̄ſctm̄ eſt in ſpūſcō. Principalitas pt capi dupl'r. Uno mō vt dicit reſpectum primitatis. ad ſcdariū vl' prioritatis ad poſterius: hoc mō dr̄ dux eſt p̄ncipalis: miles ſub eo min⁹ p̄ncipalis. Iſto mō dicit diuerſitatē: hoc mō pr̄ in diuinis non p̄ncipal'r pducit ſpm̄ſctm̄ nec p̄ncipali⁹ Alio mō dicit auctē reſpectu alicui⁹ habentis ſub auctē: hoc mō pr̄ p̄ncipalius ſpirat ſpm̄ſctm̄ id ē pr̄ ſpirat a ſe Et ſic p̄ncipalius nō dicit diuerſitatē niſi modos originantiū. Ideo ↄcedim⁹ illā. pr̄ pducit ſpm̄ſcm̄ p filiū. Hereticū ā t vide ref dicere φ fili⁹ pducat ſpm̄ſcm̄ p pr̄e3

Pro ſolutione p̄mi argumenti in oppoſitū. Nota aliq̄d agere p aliqd pōt eē q̄drupl'r. Primo φ aliq̄d agat p aliud tāq̄ p formalē rōnē agēdi z p̄ncipiū pductiuū formal'r exiſtēs i eo vt ignis agit p calorē. Scdo tanq̄ p inſtrumentū: vt faber lignarius agit p ſecurim. S3 hoc vt inſtrumētū agētis depēdet. Tercio tāq̄ p cauſa3 ſcdam ſibi ſubordinatā: vt de⁹ mediāte intelligētia mouet celū. Quarto tanq̄ p aliqd ſuppoſitū cui cōicat eandē vtutē agēdi vel pducendi quā habet. Et ſic pr̄ oia fecit per verbū. vñ Johis. i. Oia per ipſum facta ſunt. Sicut illa ergo eſt ↄcedenda pr̄ creat p filiū: ita eadē rōne iſta eſt neganda cū ſit heretica filius creat per patrē. pt3: quia filius non cōicat patri virtutē agendi. Pater em̄ nihil habet a filio. Sequunt aūt ppoſitiones cōformiter ad diſtinctiones. ¶ Prima ppoſitio Pater nō ſpirat ſpiritū per filiū tanq̄ p rationē formalē. patet. filius em̄ nō exiſtit patri formal'r: ſed ſunt due pſone realiter diſtincte. vnde nec ad extra nec ad intra: pater aliq̄d p̄mo mō agit per filiū Et licet filius ſit rō exemplādi creatat hoc tamen eſt pſonali ſc3 noticia genita et non eſſentiali ſc3 noticia ingenita.

¶ Scda ppoſitio. Pater non ſpirat ſpiritumſanctum per filiū tanq̄ p inſtrumentum. abſit em̄ hoc dicere. ¶ Tercia ppoſitio. Pater nō ſpirat ſpm̄ſctm̄ tanq̄ per cauſam ſcdam. patet. Quia omnis cauſa ſcda dependet a prima φ nullo modo eſt hic. Item ois cauſa ſcda eſt impfectior p̄ma. ¶ Quarta ppō. Pater producit vl' ſpirat ſpm̄ſctm̄ tanq̄ p ſuppoſitū cui cōicat vim ſpiratiuam.

¶ Pro ſcdo argumento. Nexus de ſua rōne formali duo dicit. Primo procedit a diſtinctione. Scdo tendit ad vnitatē Nexus em̄ eſt duo2 vnio. ¶ Terciū argumentum poteſt ſolui vel ſm modum loquēdi id eſt logicaliter vel realiter zc Nota φ volūtas capit dupliciter. Uno modo abſolute: et ſic eſt in tribus. Alio modo vt eſt prior ſpiratione: et ſic eſt in patre et filio. Et ſic vis ſpiratiua eſt voluntas vt prior ſpiratione. Et hec ē opinio mgr̄i. Alia eſt opinio φ vis ſpiratiua eſt ipa ſpiratio actiua: dr̄nt tñ in mō ſignificādi: ſpiratiuū em̄ dicit aptitudinē z ſm hāc formant tres ppōnes q̄ ſup innuunt circa ↄcluſionē reſolutoriam. Et opinio iſta magis placet q̄ eſt mgr̄i.

Circa diſtinctionem duodecimam. Primo queritur. Utrum ſpūſſanctus prius ꝓcedat a patre q̄ a filio. Oēs termini ſunt declarati in precedentibus preter prius.

## Reſolutio queſtionis.

Nota ꝙ licet Ariſtoteles multos ponat modos poꝛitatꝭ q̇nto methaphiſice. Nō tñ narrabo niſi q̄tuoꝛ modos q̄ ſunt ad ꝓpoſitū de q̄bꝰ doctoꝛ ſeraphicꝰ loq̇tur. Nā aliquid dr̄ ꝑus altero: vel duratōne vel cauſalitate: vel oꝛigine: vel auctoꝛitate. Duratione dr̄ ꝑus qđ p̄cedit aliud tp̄e. Ut ſenioꝛ dicitur prioꝛ iuuene. ¶ Propoſitio. Nihil dicitur ꝑus duratōne nihil etiā dr̄ prius cauſalitate in diuinis pſonis ad intra. Scđo cauſalitate: ⁊ ē illud qđ eſt cauſa alterius. Per oppoſitū diffinitur poſterius: vt poſterius cauſalitate: eſt illud qđ eſt effectꝰ aliculꝰ. De iſtꝭ ergo nō eſt q̄ſtio nr̄a. Tercio oꝛigine: et eſt illud qđ eſt principiū productiuum aliculꝰ. Et diffinit ſic Scotus. Eſt eſſe a quo alius ē: Poſterius oꝛigine qđ eſt ab alio. Prius auctoꝛitate: et ē illud qđ dat aliq̇d illi quo dr̄ prioꝛ. ¶ Nota tria ſigna oꝛiginis ponuntur in diuinis pſonis Pater eſt in p̄mo ſigno. Filiꝰ eſt in ſcđo: q: ab alio p̄ciſe. Spūſſanctꝰ in tercio: q: ab vtroq̄. Licet prioꝛitas oꝛiginis ponatur in diuinis pſonis nō tñ eſt inter p̄re ⁊ filio vt ꝓducūt ſpm̄ſctm̄. Probatur ſcđa ps quia ꝓducunt ſpm̄ſctm̄ vt vnū ꝓductiuum p̄ncipiuꝫ. Spūſſanctꝰ procedit ꝑus auctoꝛitate a patre q̄ a filio. Auctoꝛitas illa nō dominatiōne ímpoꝛtat nec ſubiectiōne in aliquo ⁊ per ꝯſeq̄ns nec ponit diuerſitatē in natura: p̄t tñ nominari quedā p̄ncipalitas. Un̄ pr̄ principaliter ꝓducit ſpm̄ſanctū quia a ſe hꝫ qđ producit ſpūſſanctuꝫ. Filius autem a patre hꝫ. Un̄ ꝑus auctoꝛitate ⁊ principalius idē ſunt ſm̄ iſtū doctoꝛem.

Queritur ſecundo. Utrū ſpūſſanctꝰ ꝓcedat plenius a patre q̄ a filio. Iſte terminꝰ plenꝰ de ſuo ſignificato duo dicit. vel ſaltē vnū ꝑ ſe ſignificat aliud cōnotat. Primo eīn ponit graduꝫ ꝑfectionis vt ſi aliq̇s eſt plenꝰ coloꝛatꝰ vel calidus altero. Scđo dicit compoſitionem in aliquo.

## Concluſio reſponſiua.

Spūſſanctꝰ nō procedit plenꝰ a patre q̄ a filio. patet p̄mo quia ſpūſſanctꝰ non habet aliq̇d ꝑfectionis maioꝛis a patre q̄ a filio nec ibi ſunt gradus intēſionis. Item ſcđo ſpūſſanctꝰ non eſt cōpoſitus. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Spūſſanctꝰ p̄cedit a patre p̄ncipalr̄ ꝑ ſe ⁊ pꝛopꝛie eo mō quo nō procedit a filio. Prima ps patet quia illud dr̄ principalr̄ ꝓduci ab aliq̄ q̄ñ ꝓducens hꝫ a ſe ꝓducere. Ideo dixi principalr̄: quia ꝙ producit hoc pr̄ hꝫ a ſe. Sanctꝰ Ieronymꝰ dicit Spūſſanctū ꝓpꝛie procedere a patre. Et Auguſtinus. xv. de trini. ⁊c̄. ¶ Pro primo argumento. Dicitur autē pr̄ ꝑ ſe producere ſpiritūſanctū: q: et mediate ꝓcedit a patre ſcꝫ mediante filio ⁊ imediate. Filius autem ſolū imediate producit ſpm̄ſanctuꝫ. Nota ꝙ illa topica. Propter quod vnū quodq̄ ⁊ ipm magis: q̇drupl'r nō tenet. Primo nō tenet niſi in cauſis et ideo ad intra nō hꝫ locū in diuinis. Scđo opoꝛtet ꝙ ſint cauſe p̄ciſe effectuū. Ideo non valet. domꝰ eſt ſolida ꝓpter domificatoꝛem. ergo domificatoꝛ eſt magis ſolidꝰ. Tercio opoꝛtet ꝙ illud p̄dicatū in quo cōparantur cauſa ⁊ effectꝰ cōueniat cauſe: Un̄ non valet. Inferioꝛa ſunt generabilia ⁊ coꝛruptibilia ꝓpter ſupioꝛa. ḡ hec magis. Quarto nō tenet in cauſis accidentaliter oꝛdinatis. Un̄ nō tenet. Soꝛtes eſt hō ꝓpter platonē. ḡ plato magis eſt hō. Sed ſolū tenet in cauſis eſſentialiter oꝛdinatis. Cauſe eſſentialr̄ vel accidentaliter oꝛdinate ſunt iſte: quarū ſcđa ſemꝑ dependet a p̄ma nō ſolū in eſſendo

ſed etiā in cauſando vt deus ſol:non de/pendet a prima in cauſando:licet ī eſſen/do vt petrus ꝛ iohānes reſpectu filij ꝛc. Nota aliquas ꝑpōnes. ¶ Prima ꝑpō. Pr̄ hꝫ auctoritatē ſup filiū ꝛ ſpm̄ſanctū ¶ Scd̄a ꝑpō. Filius dr̄ habere auctori/tatem ſup ſpm̄ſctm̄: quia dat ei quicqd habet. ¶ Tercia ꝑpō. Filius hꝫ ſubau/ctoritatem reſpectu patris quia ab ipſo oīa hꝫ. ¶ Quarta ꝑpoſitio. Spūſſanct⁹ nullā auctoritatē hꝫ ſup patrē vel filiuꝫ quia nihil dat eis. ¶ Quinta ꝑpoſitio. Filius in ꝓducēdo ſpm̄ſctm̄ hꝫ auctori/tatem ꝛ ſubauctoritateꝫ. Quicqd enim dat aliqd alicui ꝛ hoc dare hꝫ ab alio hꝫ auctoritatē reſpectu ei⁹ cui dat ꝛ ſubau/ctoritatē reſpectu alteri⁹. ¶ Sexta ꝑpō Habere ergo auctoritatē ꝛ ꝑncipalita/tem idē eſt. Et ſic fili⁹ principalr̄ produ cit ſpm̄ſctm̄. Et licet Aug⁹ nō dicat op poſitū:tñ nō dicit. Itē dicit Aug⁹. qḋ fi lius babeat auctoritatē ſup ſpm̄ſanctū. Sed idē eſt auctoritas ꝛ principalitas. ¶ Septima ꝑpō. Pr̄ ꝑncipali⁹ producit ſpm̄ſctm̄ ꝙ fili⁹. ¶ Octaua ꝑpō. Licet ſpūſſanct⁹ procedat principalr̄ a filio tñ ꝑncipali⁹ ꝓcedit a pr̄e. Et licet m̄lti do/ctores ſint ꝯ ſextā ꝑpōnem. tñ nō eſt cu/ra cū multū ꝓbabilr̄ ꝛ ſolide loqͥ̄ ſctūs Bonauētura. Illud em̄ dicit̄ ꝑncipali⁹ producere qḋ hꝫ auctoritatē ꝓducendi aliqd ꝛ candē cōmunicat alteri ꝛc.

## Queritur tercio. Utrū

Spūſſanct⁹ ꝓcedat a pr̄e mediāte filio. Hic nō ē declarādus termin⁹ niſi medi/ante. Pro q̄ dicēdū. Qꝺ mediatio capit̄ trib⁹ modis. Prio mō dr̄ mediatio ꝓut excludit imediationē tm̄. Qñ effect⁹ vl/tim⁹ producit̄ a cauſa aliq̄ media totalr̄ ſic ꝙ ꝑma cauſa nihil cauſat: tūc prima cauſa excludit imediationē tm̄ vt Adā eſt cauſa mediata filij ipſi⁹ Chayn. Hic pōt argui de pctō cōmiſſo ab hoīe reſpe/ctu cui⁹ de⁹ nō eſt cauſa ꝛ tñ videt̄ ꝙ de⁹ ſit cauſa mediata ex deſcriptione ꝛc. Di cendū ꝙ pctm̄ pro formali nihil eſt tñ fa/cit aliquid poſitiue licet demeritorie. ¶ Prima ꝑpō. Iſta mediatio dicit ordī nē agentiū:diuerſitatē ꝟtutis agentiū. ¶ Scd̄a ꝑpō. Quicqd ē cauſa mediata ꝑpe ſumpta hoc mō nō producit effectū reſpectu cui⁹ dr̄ mediata: nec tñ ſeqͥtur ꝙ nō ſit cauſa ei⁹ mediata. Sꝫ qꝛ produ cit cauſam q̄ ꝓducit vltimū effectū ideo dr̄ cauſa. Iſta mediatio dicit etiaꝫ ſepa/rationē ipſoꝝ agentiuꝫ in agendo. Itē im/poſſibile eſt deū eſſe cauſam mediatā ali cui⁹ creati hoc mō loquēdo. Mediatū ꝛ imediatū iſto mō opponunt̄: ꝛ ideo non pn̄t ꝯuenire. Scd̄o mō capit̄ prout dicit ordinē agentiū ꝛ diuerſitatē agentiū:nō tñ dicit ſeparationē ipſoꝝ in agēdo ¶ Ter cia ꝑpō. Deus q̄ntienſcūꝗ producit ali/quē effectū cū cauſa ſcd̄a dr̄ cauſa media ta. Iſta tñ mediatio nō excludit imedia tionē ſed excludit ſolitudinē. Eo em̄ ꝙ non ſe ſolo producit ſed cū cauſa ſcd̄a eo dr̄ mediata ¶ Quarta ꝑpō. Cuiuſlibet effect⁹ creati de⁹ ē cauſa imediata. Iſta eſt cauſa imediata q̄ imediate attingit effectū ſeu eēntiā producti et intime ſua ꝓpria ꝟtute agit. Mediatū ḡ ꝛ imedia/tum hoc mō non opponunt̄. Tercio mō vt dicit ꝑciſe ordinē agentiū ꝛ nō diuer/ſitatē in ꝟtute agentiū nec ſeparationem. ¶ Quinta ꝑpō. Hoc mō mediatio bn̄ cadit in diuinis pſonis reſpectu creatu/re proprie:vt reſpectu angelicale. Hinc concedimus ꝙ pater eſt cauſa mediata creature. Et tamen pater ꝛ filius ꝛ ſpi/rituſſanct⁹ vnica productione ꝛ vna vir tute producunt creaturā. Opera enim trinitatis ſunt indiuiſa ad extra. Corre larium. Reſpectu quoꝗ ſpirituſſancti pater eſt producens mediatū.

## Pro reſolutione q̄ōnis

Notande ſunt alique propoſitiones. ¶ Prima ꝑpoſitio. Productio ſpūſſan/cti a patre ē mediata ꝛ immediata. Pri/ma pars probatur:quia productio ſpi/

rituſſancti nō eſt a ſolo patre ſed etiam a filio. Sed ipſe filius producit a patre z ipſi cōmunicatur eadē virtus ꝓducēdi. Scḋa pars probat: quia pr̄ ſua propria v̄tute z ſua ꝓpria voluntate a ſe ꝓducit ſpm̄ſanctū. ¶ Secūda ꝓpō. Productio ſpirituſſancti a filio ſolū eſt immediata. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Sola mediata productio nō poteſt eſſe reſpectu ſpūſſancti.

## Pro ſolutione argumētorum.

Nota Cauſa ꝑ accidēs dicit imperfectionē. Tollit em̄ rōnē cauſe ſupreme. Mediatum nō dicit imperfectionē. Deus em̄ nō ſolum per ſe vult agere ſed etiā vult rebus cōmunicare actiuitatez z hoc eſt bonitatis. Cauſa ꝑ ſe eſt cauſa que per naturā propriā et non per aliqḋ accidens ſibi producit effectū. hinc ſcḋo phiſicoꝝ dicitur policletus eſt cauſa ſtatue z aliter ſtatuifica eſt cauſa eiuſdem. Cauſa per accidens eſt cauſa que per aliud agit z nō per propriā naturam ſicut policletus per artez cauſa eſt ſtatue z ſic agit per aliud tanq̄ ꝑ accidens ſibi inexiſtēs. Deus quicquid agit hoc agit per naturam propriā. Voluntas em̄ diuina eſt diuina eſſentia. Nullo modo cōcedendum eſt ſupremā cauſam eſſe cauſam per accidens. Omnis em̄ talis preſupponit cauſam per ſe.

## Querit quarto. Utrum

Emanatio verbi diuini ſit prior ſm̄ rationem intelligendi ſpiratione vel econtra. Nota prout nunc ſufficit duplex ē Ordo ſcꝫ Realis et Rōnis. Realis eſt ille qui eſt inter duas naturas quarum vna eſt perfectior alia: Ut ſemꝑ eſt inter duas ſpēs creatas: z pōt diuidi in ordinem tp̄is z ꝑfectionis zc̄. Et de hoc nō ē queſtio noſtra. Alius eſt rationis et ille qui eſt ſm̄ modum intelligendi. Et de hoc ad propoſitum. Non enim in diuinis aliquid eſt prius tempore altero nec perfectione.

## Concluſio reſponſalis.

Emanatio verbi diuini eſt prior ordine rōnis. Ad hoc vltra textū eſt ꝑſuaſio talis. Ubicunq̧ eſt primū ſcḋm z terciū: z ſcḋm z terciū producūt a p̄mo. prior eſt ꝓductio ſcḋi q̄ tercij. Iſta videt eſſe per ſe nota niſi em̄ p̄us ꝓduceretur ſcḋm nō eſſet ſcḋm. Sed oēs ꝯcedunt ꝙ in diuinis ſit prima ſcḋa z tercia ꝑſona. ergo zc̄. ¶ Pro ſolutione argumentoꝝ. Nota ꝙ duplex eſt appetitus. Unus inhiantis: z eſt appetitus deſiderij quo hō deſiderat aliquid habere. Inhiare em̄ eſt deſiderare. ¶ Propō. Iſte appetitus ē ante habitā cognitionē. Alius ē cōplectentis vel fruentis z eſt appetit⁹ quo amat aliquod ſibi p̄ſens z delectat in eo zc̄.

Circa diſtinctionem tredecimam queritur. Utrū in diuinis ſit ponere proceſſionē. Suppoſita declaratione (habita in p̄cedentib⁹) huius termini proceſſio.

## Pro reſolutione q̄ōnis

Notande ſunt he ꝓpōnes. ¶ Prima propoſitio. Proceſſio in creaturis de neceſſitate vel de rōne ſui p̄mo z ꝑ ſe importat duos reſpect⁹ vnū ad principiū a quo z reſpectū ad terminū ad quē quoꝝ null⁹ importat imꝑfectionez. Exēplū. Radi⁹ procedit a ſole: flos ab arbore. Si em̄ ꝓcedit ab aliquo ꝓcedit zc̄. Scḋa ꝑs patz quia quicq̄d ponit in deo nō dicit imꝑfectionē. Sed ſpūſſanct⁹ ꝓcedit a patre et filio. ergo proceſſio nō dicit imꝑfectionē etiā ſm̄ vtrūq̧ reſpectū. ¶ Scḋa ꝓpō. Proceſſio in creaturis ſecundario z min⁹ p̄ncipalr̄ imo accidentalr̄ importat motum z mutationē z elongationē a termino a quo z vtrūq̧ dicit imꝑfectionē. vbi autē eſt ſumma vnitas ibi nō eſt elongatio. Correlariū. Proceſſio non ponitur in diuinis ſm̄ hos reſpectus: ſed ſolum ſm̄ priores per ſe: et primo importatos

per hoc nomen proceſſio. ¶ Tercia propoſitio. Cum illi duo reſpect⁹ proprie importati per proceſſionē replantur in diuinis ꝓpꝛiiſſime ibi ponitur proceſſio ¶ Nota ꝓ ſolutione vltimi argumenti ꝙ proceſſio eſt duplex. ſcʒ localis: ⁊ illa ē eſſentialr mot⁹. Alia eſt q̄ſi cauſalis: qꝛ productiua ad modum cauſalis. Et eſt duplex. Uno mō terminaꝛ in procedēte .i. ꝓducto ita ꝙ nihil vltra reſpicit: hoc mō filius procedit a patre. Alio modo prout effect⁹ reſpicit aliquē vt terminū Nā pr̄ producit ſp̄mſctm̄ inq̄ꝫtū diligit filiū ⁊ ecōuerſo fili⁹ producit ſp̄mſanctū inq̄ꝫtū diligit patrē: quia eſt nexus amborum. vt ſupra ⁊c̄.

## Queritꝛ ſecundo. Utrū

ꝓceſſio ſpūſſancti ſit generatio. Pro declaratione terminoꝝ. Notandū ꝙ ſm fidem catholicā neceſſe eſt ponere in diuinis duas productiones paſſiuas. Nota ꝙ generatio capitꝛ quatuoꝛ modis. Primo mō cōmuniſſime ⁊ eſt productio alicuius de nō eſſe ad eſſe ſiue illud producatur de nihilo ſiue de aliquo. Sicut in productōnib⁹ naturalib⁹ ſiue accidentalibus. Et ſic generatio includit creationem. Iſto mō nō eſt i diuinis generatio Et eſt duplex videlicet ſimplr̄ ⁊ ſm qd Sc̄do mō capitur cōiter ⁊ eſt productio alicui⁹ nō de nihilo. Et ē duplex. Quia vel eſt alicui⁹ de nō eſſe ad eſſe: vt in generatione hoīs. Uel eſt ad eſſe ſimplr̄ q̄ꝫuis nō de nō eſſe. Hoc mō ponitꝛ in diuinis non primo mō. Nota generatio ſimpliciter eſt ad eſſe ſubſtātiale ſiue ꝑ creationē ſiue naturalr̄ accipiatꝛ. Tercio mō capitur ꝓpꝛie: ⁊ eſt productio nō de nihilo alicui⁹ viuentis cognoſcētis eiuſdem nature in ſpē vel numero ⁊ per modū naturalis fecunditatis vel volūtatis fecunde. Ponitꝛ ꝑmo ē productio q̄ eſt ſupius ad generationē: dr̄ ſc̄do nō de nihilo ad differentiā creationis: dicitꝛ tercio viuentis: ad differentiā ignis: dicitur quarto cognoſcentis ꝓpter plantas. dicitꝛ q̄nto eiuſdeʒ nature: ꝓpter pediculos hoc tercio mō (qui etiā large pōt dici eſſe generatio) tā filius q̄ꝫ ſpūſſanctus in diuinis poſſunt dici generari. Quarto mō capitur generatio ꝓpꝛiiſſime ⁊ eſt productio nō de nihilo alicui⁹ viuentis cognoſcētis ab vno ſolo ſuppoſito eiuſdē nature numero ⁊ ꝑ modū naturalis fecūditatis.

## Concluſio reſponſiua:

Proceſſio paſſiua proprie capta nō eſt generatio paſſiua. Probatꝛ. Generatio paſſiua eſt filiatio. proceſſio autem paſſiua eſt ſpūſſanctus. Filius autem non eſt ſpūſſanct⁹. ergo ⁊c̄. ¶ Pro ſolutione argumentoꝝ. Nota productio ſubſtantie eſt triplex. Diſſimilis producenti vt ſol producens ranā: vel ſimilis ꝓducēti ⁊ hoc vel ꝑ fecunditatē nature vt bos bouem. hō hominē. vel ꝑ fecunditatem voluntatis. ¶ Prima ꝓpoſitio. Nulla productio ſubſtantie: diſſimilis producēti eſt generatio. ¶ Secunda propoſitio. Non eſt verū ꝙ q̄ñcunq̄ꝫ de ſubſtantia producatꝛ ſubſtātia ſimilis ei ꝙ ibi ſit generatio. Eua em̄ producta eſt de coſta Ade: ⁊ tamen illa productio nō dicitur generatio.

## Queritꝛ tercio. Utrum

Proceſſio ſpūſſancti realiter diſtinguatꝛ a generatione filij an ſolū ſm rationē intelligendi. Pro declaratione terminoꝝ nota. In diuinis duplex ē generatio. ſcʒ. actiua ⁊ paſſiua. Actiua ē habitudo patris generantis ad filiū. ⁊ eſt eadē res ex natura rei cū paternitate: ſolū aūt differunt grāmaticaliter illa tria. generare. paternitas. generatio actiua. ¶ Paſſiua generatio eſt habitudo filij geniti ad patrem generantē: et eſt omnib⁹ modis idē cū filiatione: ⁊ cū generari. Nota dicitꝛ generatio actiua ⁊ paſſiua. non ꝙ ibi ſit actio vel paſſio: ſed quia ſignificatur per verbū actiuū vel paſſiuū. Nota generatio actiua eſt propriū conſtitutiuū pr̄is

gñatio duplex

z per ↄſequens non eſt in filio nec in ſpũ ſancto.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in ſeptẽ ꝓpoſitionibꝰ. ¶ Prima pro poſitio. Generatio et ſpiratio actiua nõ tñ differunt ſm modũ dicẽdi ſeu intelligendi: ſed etiã penes differentiã vl' modum originis z habitudinis. Prima ps patet ex ſcda rõne in textu. Vñ ſcda ps probaẜ. Qꝛ illa differunt penes dñam originis z habitudinis que habẽt diuerſos modos originandi et diuerſos modos ſe habendi. Sꝫ generatio filij z ſpiratio habẽt diuerſos modos originãdi z diuerſos modos ſe habẽdi. ergo generatio z ſpiratio differunt penes differentiã originis z habitudinis. Maior ptꝫ Illa dicunẜ differre penes modũ originis q̃ habent diuerſos modos originandi. Differẽtia modoꝝ originandi nõ repugnat eẽntie nec pſone. Vñ ſunt ĩ vna pſona ſcꝫ pre. Differẽtia rei et rei repugnat vni pſone. Unde nõ vult ꝙ ſit realiter ꝓprie ſeu ſtricte diſtĩctio realis differentia: non eñ cõcedendũ eſt ꝙ ſint diſtincte real'r niſi cũ addito .ſ. ſm modũ originãdi vl' diſtinctõe reali ſuppoſitoꝝ ¶ Scda ꝓpõ. Prima ratio dñe vel diſtinctionis inter ſpirationẽ actiuã ſpũs ſcti: z inter generationẽ filij non põt aſſignari ex rõne terminoꝛũ q̃ ſunt perſone. Hec eñ paſſiue differunt nõ actiue. Prima pars probaẜ: quia ſic eſſet circulus: non eñ eſt prima ratio. Quero eñ q̃re habẽt terminos differẽtes: vel q̃re termini differunt. Rñdeẜ. Propter emanationes nec ex rõne ꝑncipioꝝ. ptꝫ in lr̃a Bonauenture. Nota aliqd differt actiue q̃ ſunt ratio differentie que ſcꝫ faciunt differentiam: paſſiue vero que differũt zc̃.
¶ Tercia ꝓpoſitio. Aliud eſt loqui de iſtis emanationibꝰ ſm eſſe. Et aliud eſt loqui ſm diſtingui. ¶ Quarta ꝓpõ. Loquendo de iſtis emanationibus ſm eſſe habent perfectiſſimũ eſſe. vel perfectiſſimam rationem eſſendi a ſuis principijs productiuis pfectis in diuinis vere exiſtentibꝰ. Quia eñ eſt memoria fecũda: z voluntas infiniti amoꝛis. Ideo ibi eſt generatio actiua filij z ſpiratio ſpũſcti.
¶ Quinta ꝓpoſitio. Loquẽdo de iſtis duabus emanationibꝰ ſm diſtingui diſtinguunẜ ſeipſis. Unde ſicut ſm omnẽ viam tã nominaliũ ꝙ̃ ſcotiſtaruꝫ. Due vltime differẽtie ſeipis diſtinguuntur. Licet moderni dicãt quaſi de omnibꝫ ꝙ ſeipſis diſtinguantur: ſic dicendũ eſt in ꝓpoſito. Addit doctoꝛ ſubtilis ꝙ ſe totis diſtinguuntur. ¶ Sexta ꝓpoſitio. Quia generatio z ſpiratio ſeipis diſtinguuntur ꝑmo: ideo ad illã ſequunẜ due differentie: quarũ prima eſt. Qꝛ generatio ſolum eſt in patre. z ſpiratio eſt in patre z filio. Scda ꝙ ſpiratio eſt nexus amboꝝ. ¶ Septima ꝓpoſitio. Per iſtas duas differendias vltimo dictas: ſequitur cõcomitantia generationis z ſpirationis.

## Pro argumentis in oppoſitum.

Pro ꝑmo argumẽto dicit Auguſti. Licet pater ꝓducat filiũ z ſpiritũ ſanctũ: tamen filius ꝓcedit quõ natus: ſpũſſanctus quõ datus: pater ergo nec inq̃tum vnus nec inq̃tum plures producit filiũ z ſpm̃ſanctũ: ſed alio modo z alio mõ ſe habens producit filium ꝑ modum nature: ſpm̃ſanctũ per modũ liberalitatis. Scdm argumentuꝫ eſt quaſi replica: ſm omnes verum eſt. Qꝛ pater ratione fecunditatis nature generat: ratione fecunditatis volũtatis ſpirat: ſed in deo idem eſt voluntas z natura. g̃ zc̃. Ad qd reſpõdet doctoꝛ ſeraphicus. Qꝛ volũtas capiẜ ſeu ↄſideraẜ dupl'r. Uno modo abſolute. Alio modo ↄſideratur vt principium: ↄſimiliter et de natura. Licet ergo idem ſint voluntas z natura abſolute: tamen in ratione nõ ſic. Et ſic eſt eadẽ ſolutio ſentẽtialiẜ ad ſolutioneꝫ Scoti qui dicit natura z volũtas ſunt

idem summa identitate simplicitatis ⁊ realiter: diſtinguunt̄ tn̄ formaliter. Ex hac nanq̄ q̄one doctor Subti. maximā occaſionē habere potuit inueſtigādi diſtinctionē formalē. Ipſam nanq̄ vere ponere videt̄ Bonauen. ſm rem lȝ non ſm nomen. Quarta ratio peccat fallacia figure dictionis. Quotienſcunq̄ eīm mutatur gen⁹ cauſe efficientis in gen⁹ cauſe formalis: eſt fallacia figure dictionis. Unde non ſequit̄ differentia albedinis ⁊ differentia nigredinis ſeu albedo et nigredo ſunt ab alijs cauſis. ergo nō differunt ſeipis. Conſimiliter de vltimis differētijs que originant̄. Et ſic generatio filij ⁊ creatio ſūt vna ⁊ eadē res. ergo generatio ⁊ proceſſio ſunt idem. probat̄ cōſequētia: q2 plus differunt creatio actiua ⁊ generatio cum hec ſit productio ad intra illa .i. creatio ad extra q̄ generatio ⁊ productio. Reſpondet̄. Licet generatio actiua magis habeat cum creatione per ſe: vel formali ſignificato q̄ eſt eſſentia ⁊c̄. vide textum.

## Quarto querit̄. Utrū

ſpūſſanct⁹ ſit ingenitus. In diſt. xxviij. Doctor ſubtil̄ ponit longā declarationem huius termini ingenitus. Aliū tamen modū tenebo nihil dimittēdo. Unde nota. Ingenitū capit̄ tripliciter. Uno modo negatiue: ⁊ hoc dupliciter: vel prout dicit negationem extra gen⁹: vel prout dicit negationem in genere. Negatio extra genus eſt illa que dicitur de quolibet vel ſua affirmatio: ita q̄ ſemꝑ eſt extremum ꝯtradictionis: vt non equ⁹ nō aſinus. De iſta dicit Ariſto. iiij. metha. De quolibet affirmatio vel negatio et de nullo ſimul. Scd̄o mō capitur priuatiue: ⁊ ſic ingenitum eſt illud qd̄ non eſt genitū: eſt tamen aptum natum generare. Hoc modo ſolus pater eſt ingenitus. Tercio mō capitur poſitiue: et eſt aliquod ſuppoſitū non productū a quo alia producuntur. ¶ Prima propoſitio Negatio extra genus nihil ponit. Unde dicitur tam de ente q̄ de non ente indifferēter. Negatio in genere eſt aliqua negatio que p̄ſupponit neceſſario aliqd̄ ens: de quo dicatur vt negatio īcluſa in hoc verbo differt. ¶ Scd̄a propoſitio. Iſta ergo ponit aliquid q2 p̄ſupponit aliqd̄ ens. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Iſta non dicitur indifferenter de ente ⁊ non ente. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Iſta negatio ſcȝ in genere non pōt eſſe extremū ꝯtradictionis. Si ergo ingenitū importat negationem extra genus: tūc tm̄ valet ſicut nō genitū. Hoc modo ingenitū dicitur de nō ente. Item de diuina eſſentia ⁊ de patre ⁊ ſpūſancto. Si autem dicat negationem in genere: ingenitū tm̄ valet ſicut ens non genitum. Hoc modo ingenituȝ dicitur de eſſe diuina. Item de patre nec non de ſpūſancto: ſed nō de chimera. hoc eſt q̄ dicit Bonauentu. priuatiue tamē magis ꝓprie capio priuationē ⁊ nō pro negatione in genere: ſed cum hoc q̄ importat negationem dicit aptitudinē in ipſo ⁊c̄. Omnis eīm priuatiua dictio ꝓprie capta exponit̄ per negationem act⁹ ⁊ poſitionē aptitudinis. Unde oīs propoſitio in qua ponitur talis dictio exponitur per vnā copulatiuā cuius prima pars eſt negatiua. ſcd̄a poſitiua. Iſto ergo modo proprie loquendo de ꝑuatiuo. Nihil in diuinis dicitur ingenitū: quia ſemꝑ ſcd̄a exponēs eſt falſa. vicȝ q̄ pater ſit aptus natus generari. ergo ⁊c̄. Nullum enim priuatiuū propriiſſime loqn̄do de noīe priuāter capto pōt verificari de aliquo in diuinis. Nō eīm de⁹ ſic eſt immortalis: q2 nullo modo eſt apt⁹ mori. Per iſta dicta patet reſolutio q̄onis. Et cōcordant̄. S. Ieronym⁹ et ſanctus Auguſtinus: quoꝝ prior dicit ſpm̄ſanctum ingenitum. Auguſtinus vero dicit ipm̄ non ingenitum. Unde patet manifeſte equiuocatio huius termini ingenitum ex predictis.

Circa diſtinctionem decimamquartã: pmo queritur. Utrum ſit ponere proceſſionem tpalem ſpiritusſancti id eſt Utrũ aliqua proceſſio ſpũſſancti dicatur temporalis. Iſte terminus proceſſio tpalis eſt declarandus Nota ꝙ proceſſio in diuinis capitur dupliciter. Uno modo pro pductione paſſiua vnius perſone ab alia. Iſto modo dicitur de filio et ſpũſancto. Unde hoc modo ſunt due proceſſiones in diuinis ſicut ſunt due perſone procedentes. Et de illa ait xp̃s. Johis.xvi. Ego exiui a patre ſupple per eternam generationem ⁊ veni in mundũ ſupple tpali natiuitate: Alio modo capitur prout importat principaliter hmõi productionẽ paſſiuam: cõnotando tamẽ ipſam perſonam productam eſſe in aliqua creatura rationali de nouo ſcdm ſpecialem modum: puta per gratiam: per quã ipſam ſanctificat: et ad vitam eternam acceptat. Et hec eſt proceſſio tpalis. Hic ponuntur alique propoſitiones. ¶ Prima propoſitio. Proceſſio tempalis neceſſario ⁊ primo ⁊ per ſe importat productionẽ paſſiuam vnius perſone ab alia. ¶ Secunda propoſitio. Pater non poteſt procedere tpaliter. ¶ Tercia propoſitio. Solus filius ⁊ ſpũſſanctus precedunt temporaliter. ¶ Quarta propoſitio. Proceſſio tpalis neceſſario cõnotat ipã; perſonam productã: eſſe de nouo in aliqua creatura rationali: ſm aliquez ſpecialẽ modum. Unde licet pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanct⁹ ſint in omi re preſencialiter: eſſentialiter et potentialiter: tamẽ deus poteſt itelligi dupliciter preſens alicui eſſe. Uno modo ſm preſentiam generalem. Alio modo ſm ſpecialem modum preſentie et potentie quo ſanctificat creaturam. Et hac homo dignus eſt vita eterna. Non enim ſolum ſanctificat tali ſpeciali modo id eſt a peccato mũdat: ſed etiam ad vitam eternam acceptat. Unde hoc modo ſpiritusſanctus eſt in iuſtis: non autem in peccatoribus: de lege poſitiua. Unde de lege cõmuni quilibet adultus aut eſt in gratia: aut in peccato mortali. Si eſt in peccato mortali: tunc eſt filius eterne perditionis: quem ſi de⁹ liberat: dicere poteſt miſericordia dei: quia non ſum⁹ conſumpti. Qui vero ſunt in gratia ſunt filij regni et in eis habitat ſpiritusſanctus tanꝗ in habitaculo ſuo. Spiritusſanctus nullum ſanctificat et acceptat ad vitam eternam: niſi illum in quo eſt charitas. ¶ Nota de rigore ſermonis iſta eſt falſa ꝙ ſint due proceſſiones ſpiritusſancti. Probatur: quia proceſſio ſpiritusſancti eſt ipſemet ſpiritusſanctus: ſed tm̃ vna perſona procedens eſt ſpiritusſanctus. ergo non eſt niſi vna pceſſio. Sed contra. Nihil idẽ eſt temporale et eternum: ſed eſt proceſſio ſpiritusſancti eterna: et eſt temporalis. ergo non eſt vna. Pro ſolutione Nota hic aliquas propoſitiones. ¶ Prima propoſitio. Proceſſio temporalis addit vnam rẽ vel res realiter diſtinctã vel diſtinctas a pceſſione ſeu pductõe paſſiua ſpũſſancti: que res ẽ gratia ſeu charitas quod idem eſt. ¶ Secunda propoſitio. Licet proceſſio ſpiritusſancti qͣtum ad per ſe ſignificatũ ſit eterna: tamen ratione connotati dicitur temporalis.

¶ Tercia propoſitio. Licet ſpiritusſanctus procedit ab eterno: non tamen pcedit tpaliter ab eterno. Hinc magiſter ſententiarum dicit cũ alijs doctorib⁹ ꝙ gemina eſt proceſſio ſpiritusſancti. Pro quo nota ſequentem propoſitionẽ ⁊ hoc etiam concernit ſecundam queſtionem. Quandocunqꝫ enĩ aliquid capitur ſm ſe: poſtea vero cum addito. per hoc non fit numerus niſi entitatum. Non enim ſubiecti ſeu cui ſit additio. Proceſſio ergo temporalis et eterna non ponunt in numerum proceſſionum: quia non ſunt due proceſſiones ſed vna. Ponunt tamẽ

in numerū: q2 ſunt diuerſe entitates ſcʒ productio paſſiua: ſpūſſancti ꝛ gr̄a. Exemplū groſſum. Quātitas abſolute ſumi pōt ꝛ vt ſub albedine. q̄ntitas ğ abſolute: ꝛ q̄ntitas ſub albedine nō ponūt in numerū quātitatū: lʒ ponāt in numerum entitatum.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in q̄ttuor ꝓpōnib⁹. ¶ Prima ꝓpō. Licet ꝓceſſio in diuinis cōiter accepta dicaƚ tā de filio q̄ȝ de ſpūſctō: differēter tñ dr̄ de ipſis. Prima pars pʒ ex p̄cedētibus. Scd̄a pars pʒ: q2 ꝯuenit filio ꝓceſſio: vt dicit p̄ncipiū a q̄ ſcʒ a p̄re. Spirituiſctō aūt vt p̄ncipiū a q̄: ꝛ terminū ad quē. Pr̄ em̄ ingt̄ū diligit filiū ꝓducit ſpūſſ. nō ingt̄um diligit ſe. ¶ Scd̄a ꝓpō. Procedere ab vno in aliū pōt intelligi dupl̄r. Uno mō ſicut in terminum. Alio mō ſicut inſuſceptiuum. Hoc mō lumē a ſole ꝓcedit in aerē. Amor aūtē q̄ amo vos: eſt in amante vt in ſubiecto: in vobis amatis: vt in obiecto et termino. Receptiuū aūt ꝛ ſuſceptiuū qd̄ idem eſt dicit impfectionē. ¶ Tercia ꝓpō. Jdeo ꝓcedere ab vno in aliū. ſcd̄o mō non eſt in diuinis: ſed ſolū p̄mo mō. ¶ Quarta ꝓpō. Proceſſio t̄palis potiſſime ꝛ p̄cipue attenditur penes gr̄am ſeu charitatem: a ſpūſancto ipſi creature rōnali libere ꝛ gratuite collatā: per quā ipſa ſanctificatur: et ad vitam eternā acceptatur. Nunq̄ȝ em̄ ſpūſſanct⁹ de lege ordinata procedit ad inhabitandū aliquē niſi ꝑ gr̄am gratūfacientē: vt dictū eſt.

## Pro vltimi argumenti

ſolutione. S. Bonauentu. ponit talem regulam. Q̄n̄cūq̄ȝ eſt aliqua tota copulatiua vel copulatū compoſitū ex duab⁹ partibus. quarū vna eſt dignior altera: totū copulatū denominaƚ ab indigniori. patet: q2 ſi vna pars copulatiue fuerit falſa vel contingēs: tota copulatiua eſt falſa vel cōtingens. Unde non eſt verum abſolute q̄ ſemꝑ a digniori fiat denominatio. Hoc aūt patet in copulato. Quia ꝓ proceſſio t̄palis eſt copulatū, Includit em̄ (vt dicit hic. s. Bonauē.) emanationē eternā pſone: ꝛ emanationē gratie que eſt t̄palis: ideo dicitur totuʒ temporale.

## Scd̄o queriƚ. Utrum

proceſſio t̄palis ponat in numeruʒ cum eterna. Jddud diciƚ ponere in numeruʒ ꝯtra aliud vel cū alio: vel cōtra aliū: qn̄ diſtinguiƚ realiter ab ipſo. Quando ergo queriƚ Utrū proceſſio t̄palis ponat in numerū cuʒ eterna. eſt q̄rere Utrum proceſſio t̄palis diſtinguaƚ realiter a proceſſione eterna.

## Reſolutio queſtionis.

¶ Prima propoſitio. Proceſſio t̄palis ꝛ ꝓceſſio eterna ſpūſſancti: non ponunt in numerum ꝓceſſionū: quia non ſunt due proceſſiones. ¶ Scd̄a ꝓpoſitio. Productio t̄palis et eterna ponunt in numerū entitatuʒ. Nota q̄ proceſſio aliq̄ poteſt dici geminari tripliciter. Primo ratione procedentiū. vt ſi idem pater ꝓducat duos filios. Hoc mō proceſſio geminaƚ Nam tot ſunt ꝓductiones paſſiue: quot ſunt procedētes. ¶ Scd̄o mō rōne modi procedēdi. Declaraƚ: quia alia ē proceſſio verbi: ꝛ amoris in nobis. Similiter in diuinis proceſſio actiua geminaƚ. Tercio ratione modi dicēdi qui eſt triplex ſcʒ vniuocus: equiuocus ꝛ analog⁹ Qui ſint iſti modi loquendi magis patebit in logica. Et ſm̄ hoc ponūtur tria dicta. ¶ Primū dictum. Aliquid diciƚ geminari ratione modi dicendi equiuoci quādo fit geminatio ſolum circa dici ꝛ non circa eſſe. Exempli gratia: eſt homo viuus ꝛ homo pictus: vnde illud dicitur fieri circa eſſe quo ad modum dicēdi quod eſt circa principale ſignificatū ſed homo depictus et homo viuus non ſunt duo homines. Sed homo dicitur

multipliciter: q? dupliciẗ. ¶ Scđm di/
ctū. Aliquid dicit̃ geminari rōe modi
dicēdi vniuoci qñ fit geminatio ſm eſſe
z non ſm dici: vt homo geminat̃ in pla/
tone z iohāne. ¶ Tercium dictū. Ali/
quid dicitur geminari ratione modi di
cendi analogi: quādo geminatio eſt nō
ſolum ſm dici ſed etiam circa dici. Ana
logum eñ participat vniuocū: z partici
pat equiuocū qđ nullo modo ſic debꝫ in
telligi q ſit mediū inter vniuocū z equi
uocum. Probatur: quia inter contradi
ctoria nō eſt mediū. Idem z nō idē ſunt
ꝯtradictoria z p̄dicari ſm eandem rati/
onem z non p̄dicari ſm eandē rationem
Uniuoca aūt predicant̃ ſm eandem ra/
tionem. Equiuoca aūt nō predicantur
ſm eandem ratione. Sꝫ ſic intelligit̃ q
analogum aliqñ ſe tenet ex parte vniuo
ci: aliquādo ex parte equiuoci. Ex par/
te vniuoci: vt genꝰ ꝑ priꝰ dī de vna ſpe
cie q̄ alia: z tñ vniuoce. vñ ē regula me/
thaphiſicalis. Oē omē genus eſt analo/
guꝫ ſuis ſpeciebꝰ. vñ analogū eſt qđ pri
us ſcat vnum z per poſterius ſignificat
aliud. Hinc Ariſto. dicit. In genere la/
tent equiuocationes nō ſic in ſpecie. vn/
de in ſpecie ſpecialiſſima ꝓprie fit cōpa/
ratio: z tamen genus eſt vniuocum ſuis
ſpeciebꝰ. Ex parte equiuoci: quia ride/
re ſm analogiam cōuenit prato z ori et
hoc equiuoce. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Pro/
ceſſio tpalis z eterna ſpūſſancti non dici
tur ꝓprie vniuoce nec equiuoce: ſꝫ ana/
logice. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Conuenien
ter ergo poteſt dici ſm opinionem anti/
quorum doctoruꝫ proceſſio temporalis
et eterna dupliciẗ. dicitur nō tamē hoc
ſolū: ſed etiam duplex poteſt dici. Licet
hoc ſit minus proprie: vt pꝫ in fine litte
re queſtionis zc̃.

## Tercio querit̃. Utrum

ſpiritusſanctus detur in propria perſo/
na hominibus ſcꝫ iuſtis et ſanctis. Uel
Utrum etiam in donis ſuis puta ſapiē/
tia et gratia zc̃. detur. Notandum q in
iſta queſtione nihil videtur declarandū
niſi dare z dari. Aliquid dari alicui cre
ature rationali nihil aliud eſt q̄ tribui
aliquid ita q ipa creatura rōnalis pote
rit illo vti rationabiliter ad iuſte ope/
randum quādo ſibi placuerit. Dare ali
quid creature rationali eſt aliquid con/
ferre creature ſic q ipſa creatura ratio/
nalis poterit illo vti rationabiliter ad
iuſte operandum quando ſibi placue/
rit. Correlarium. Deus non ſolum po/
teſt dare bona ſua vt bona fortune q̄ nō
ſunt ipſe: ſed poteſt etiam dare ſeipſum.
Unde homines dant ſic ſe hominibus.
Hoc modo oratores ſepiſſime vtunt̃ in
dicendo gratiarūactiones ad occaſionē
queſtionis. ¶ Prima propoſitio. Ami/
cis dei nō ſolum dantur creata ſpiritusſ/
ſancti dona ſed etiam propria ſpūſſan/
cti perſona. Prima pars patet per pau/
lum p̄me ad Chor. xij. c. Alij datur ſer
mo ſapientie alij ſermo ſcientie. ¶ Se/
cunda propoſitio. Licet ſint multa do/
na ſpūſſancti libere data hominibꝰ: nul
lum tamen niſi gratia ſeu charitas facit
amicum dei. Probatur. Quia ille dici/
tur amicus dei q eſt gratus deo: ſed nul
lus eſt gratus deo niſi per gratiam. er/
go zc̃. Secunda pars prime propoſitio
nis probatur per auctoritates a magi/
ſtro in preſenti diſtinctione. Item Joh.
xvi. dicit ſaluator. Ego rogabo patrem
z alium paraclitū dabit vobis: ſed nul/
lum donum creatum dicitur paraclitꝰ
ergo zc̃. Unde tamen ipſe chriſtus fue/
rat apoſtoloꝝ paraclitus q̄diu cū ipis
fuerat. Item Luce. i. Angelus ad virgi
nem. Spūſſanctus ſuperueniet in te et
virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Per
primam partem intelligitur dari ſpiri/
tusſanctus in propria perſona. Per ob/
umbrari intelligitur dona creata. Pro/
batur rōne. Cuicūq cōpetit deſcriptio

et deſcriptum. Sed ſpiritulſancto competit deſcriptio dari. ergo ꝛc. Maior patet. Minor ꝓbatur: quia ſpiritusſanctus ex ſua incōprehenſibili bonitate paratus fuit non ſolum virgini glorioſiſſime: ſed etiam ſanctis apoſtolis ſic cōdeſcendere vt quicq̄d rationabiliter vellent: fieret: et maxime hoc eſt de virgine glorioſa. ¶ Tercia propoſitio. Amicis dei nunq̄ datur perſona ſpiritusſancti niſi detur gratia id eſt charitas nec vnq̄ datur charitas quin de facto det̃ ſpiritusſanctus. Probat̃ prima pars. Quicunq̄ habet ſpiritumſanctum eſt amicus dei: ſed quicunq̄ eſt amicus dei habet gratiam. ergo ꝛc. Maior probatur. Quicunq̄ ſpiritu dei aguntur ſunt filij dei: ꝛ econtra: qui non habent ſpiritū non ſunt eius. Minor probatur. Quia ſola charitas diſtinguit inter filios regni ꝛ perditionis. Scd̕a pars probatur vicȝ ꝙ non datur donum ſpiritusſancti ſcȝ gratia ſine ſpiritusſancto. Quicunq̄ habet charitatem eſt amicus dei: ſed q̄ non habet ſpiritumſanctum nō eſt amicus dei. ergo nunq̄ datur ſpiritusſanctus quin ſemper dantur dona creata et increata. ¶ Quarta propoſitio. Poſſibile eſt de potentia abſoluta ſpiritū ſanctū dari ſine charitate vel ſm̃ dona ipſius creata et econtra. Patet: quia nō implicat contradictionem ꝙ ſpūſſanct⁹ ſcȝ condeſcenderet alicui non habenti gratiam gratumfacientem. ¶ Quinta propoſitio. Spiritusſanctus de facto non datur alicui niſi quē acceptat ad vitam eternam et ſanctificat. Hoc autē nunq̄ eſt ſine charitate. ¶ Sexta propoſitio. Licet de rigore ſermonis poſſemus concedere forte ſpiritumſanctum dari in fide ſpe ſapientia ꝛc. non tamen placuit doctoribus cōcedere: ſed ſolum de charitate qua debemus concedere dari ſpiritumſanctum. Item panem noſtrū ſuperſubſtantialem da nobis: qd̕ bene intelligitur de ſpiritusſancto. Et licet xp̄s ſit panis: tamen verum eſt ꝙ non habemus ſpiritumſanctum ſine filio et patre qui ſunt vnus panis ꝛc.

## Reſolutio doctoris ſeraphici ſtat in claris propoſitionibus.

¶ Prima propoſitio. Dare eſt aliquid habendum vel poſſidendum.

¶ Secunda propoſitio. Habere vel poſſidere aliquid eſt cum aliquid eſt in facultate poſſidentis. ¶ Tercia propoſitio. Eſſe in facultate habentis vel poſſidentis eſt eſſe p̄ſto ad faciendū vel vtendum ip̄o: perfecta autem poſſeſſio eſt cū homo habet illud quo poſſet vti: et quo poſſet frui. ¶ Quarta propoſitio. Sed recte frui nō eſt niſi deo. ¶ Quinta propoſitio. Et recte vti non conuenit niſi ꝑ gratiam gratumfacientem. Sed cōtra Si iſta propoſitio eſſet vera ſequeretur ꝙ nullus peccator poſſet aliq̄ recte vti. Sed conſequens eſt falſum. ergo ꝛc. Intelligitur ergo hec ꝓpoſitio ſic. Nullus poteſt recte vti id eſt meritorie aliquo: niſi per gratiam. ¶ Correlarium ergo Perfecta poſſeſſio eſt in qua habetur deus ꝛ eius gratia: ſed perfectum donū eſt ad perfectam poſſeſſionem. ergo ꝛc.

¶ Sexta propoſitio. Nō eſt donū optimum et donum perfectum niſi detur donum increatum qd̕ eſt ſpiritusſanctus: et donum creatum qd̕ eſt gratia.

## Pro ſolutione argumētorum.

Spiritumſanctum dari non eſt ipſum habere per informationem: ſicut charitas habetur: ſed per aſſiſtentiam. Licet aūt ſpiritusſanctus ſit in peccatore: non tamen habet facultatem fruēdi ipſo meritorie. Nota aliquid tripliciter datur. Primo modo ſicut finiēs: ꝛ ſic datur premium beatificū qui eſt ipſe de⁹. Scd̕o modo ſicut perficiens. Hoc modo datur gratia cōſencienti. Propoſitio

Quicquid datur primo vel ſcdo modo non oportet q ſit in poteſtate accipiētis patet in exemplis poſitis in littera. Ratio quia qd̕ taliter datur: habet ꝛ habeẗ nam habens gratiam: habeẗ ab ipſa habetur a dono quo fruitur. Tercio modo datur ſicut ſubſeruiēs: vt equus militi qui datur vt poſſeſſio limitata ꝛc̃.

## Quarto querit̃. Utrū ſpiritusſanct⁹ detur ab aliquo viro ſancto.

Nota aliquis dicitur ſanctus dupliciter videlicet per eſſentiam et participationem. Sanctus per eſſentiam dicit̃ ille qui neceſſario et independenter habet ſanctitatem ſcȝ a ſeipſo. Ab iſto ſanctoomnes ſancti per participationē efficiuntur ſancti. Nam ſicut nemo bonus niſi ſolus deus: ſic illo modo nemo ſanctus niſi ſolus deus. Sanctus per participationem dicitur ille qui contingenter eſt ſanctus. hoc modo omnis ali⁹ ſanctus a deo eſt ſanctus. Et dicitur dupliciter per participationē ſanctus. Uno modo quia eſt comprehenſor et beatus: ꝛ ſic q̄libet videns deū in patria eſt ſanctus. Alio modo quia eſt viator viuēs vita mortali. Et ſic quilibet exiſtens in gratia eſt ſanctus. Nota. De comprehēſoribus etiam poſſet formari queſtio et eſſet maior q̄ ſit poſita a Bonauentu. ¶ Concluſio. Non eſt in poteſtate omnium ſanctorum ſimul etiam ſumptorum dare alicui ſpiritumſanctū nec gratiam gratumfacientem. Probatur primo de ſcdo: quia gratia ſolum eſt creabilis: ſed potētia creandi non poteſt cōmunicare creature. ergo ꝛc̃. Nota etiam q viator poteſt dici ſanctus dupliciter. Primo rōne officij ſeu officialiter: quando ſcilicet ſacra miniſteria habet miniſtrare ratione officij et precipue ſi habet conficere miniſterialiter ſacramentum corporis et ſanguinis dominici: qd nec beatiſſima virgo habet nec habuit. Secundo modo ratione gratie gratumfacientis. Propoſitio. Omnis habēs gratiam gratumfacientē eſt ſanctus illo modo. Correlarium. Quantumcunq̄ viator polleat ſcientia: ſapiētia: conſilio: fide ꝛ ſpe: ſi non habeat charitatem non eſt ſanctus. Correlarium. Nullus peccator eſt ſanctus. ¶ Propoſitio. Poſſet ſtare q homo faceret multa miracula et tamen non eſſet ſanctus. patet ex euāgelio. Correlarium. Iſtud argumentum non valet. Iſte homo facit miracula. ergo eſt ſanctus. Non em̄ conuincit nec dicendum eſt q eccleſia propter ſola miracula ſit fundata: ſed propter opera et vitam virtuoſam. Unde aliqui opinantur (recito ſolum) q eccleſia poſſit errare in canonizatione ſanctorum. Quicq̄d ſit de hoc. Patet tamen manifeſte q errare poteſt circa matrimonium clandeſtine contractum. Queſtio noſtra eſt de viatore ſancto.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in aliquibus propoſitionibus.

¶ Prima propoſitio. Spiritumſanctū et gratiam gratumfacientem dari alicui ab homine: immo a quocunq̄ creatura tanq̄ a principio effectiuo eſt omnino impoſſibile. patet: quia quicquid dat aliquid alicui habet aliquid poſſe actiuum ſuper illud datum. Sed nulla creatura habet principium actiuum ſeu poſſe actiuum ſuper ſpiritumſanctū igitur ꝛc̃. Secunda pars patet. Quia eſt effect⁹ ſolummodo creabiẗ. ergo ꝛc̃. Gratiam gratumfacientem dari ab aliquo poteſt intelligi tripliciter. Primo miniſterialiter: et tunc datur tanq̄ ab aliquo miniſtrante ſacramenta. Secundo tanq̄ ab annunciante ſalutaria dona: vt a p̄dicante ſeu ligante. ¶ Secūda ꝑpoſitio. Gratia poteſt dari ab aliquo miniſtrāte ſiue bono ſiue malo. pȝ de ſa

cerdote audiēte ꝯfeſſiones ī pctō morta li. Scđo mō pōt dari grā impetratiue. Et ſic datur gratia qn̄ aliqͥs ſanctoꝝ p̄ oꝛōnes ſuas meretur alicui gratiam. ¶ Tercia ꝓpō. Grā pōt dari ab hoīe ſo lo bono ⁊ iuſto impetratiue. Hoc modo laici ⁊ vetule poſſunt dare grām: etiam ſummo pōtifici ſi eſſet peccatoꝛ. Corre/ larium. Nunq̄ p̄ces alicuius creature ſunt grate deo: niſi ſit in gratia. Probat̄ per illō Geñ. iiij. Reſpexit dñs ad abel ⁊ ad munera eius. Ad cayn aūt non re/ ſpexit nec ad munera eius. Coꝛrelariū. Oblationes ⁊ p̄ces peccatoꝛis non ſunt grate deo Eſaie p̄mo. Cū multiplicaue/ ritis p̄ces non exaudiā: manus eīm v̄re plene ſunt ſanguine. Ex his aliq̄ volue/ runt dicere (narro tm̄) et Johēs gerſon cancellarius pariſien. narrat ꝙ aliquis obligatus ad oꝛandum ſeu miſſas legē/ dum nō ſatis facit ſi dicat in pctō moꝛta li. Unde qui habent exequias ⁊ anniuer ſaria facere: videant ne ſint in pctō moꝛ/ tali. Si eīm hoīes eos in moꝛtali pecca/ to noſcerent: nullo modo ab ipſis pete/ rent talia fieri. Irrōnabile enim multū eſſet velle aliquē placare mediante inimi co eius. Iſta concluſio videtur eſſe val/ de rigoroſa: licet ſit multum apparens. Tercio modo dicit̄ gratia dari effecti/ ue: ⁊ ſic a ſolo deo dari pōt.

## Pro ſolutiōe argumen

toꝝum Nota pro p̄mo argumēto. Nul/ la forma deiformis ſiue ſubſtantialis ſi/ ue accidētalis poteſt produci a creatu/ ra (de ſubſtātiali exēpla) Angelus: aīa. Sunt eīm forme tam nobiles ꝙ non ha/ bet creatura nec poteſt habere efficienti am ſuper ipſas. Nota forma dicitur dei formis dupliciter. Uno modo ex eo ꝙ habet ſimilitudinem dei: et eſt facta ad imaginem dei. Aliquo mō quia imme/ diate cōiungit deo. Quia gratia imme/ diate inclinat ad ſumme diligēdū deū. Ideo eſt forma deiformis. ¶ Pro aliō argumēto lux eſt in coꝛpe lucido: lumē in coꝛpe dyaphano. Pro q̄rto argumen to. Aſ q̄ grā creat̄ effectiue ab eodē anni/ hilat̄ deſtructiue. Quātū aūt eſt ex par te ſui grā ſemp̄ maneret: demeritoꝛie tā men pctm̄ opponit̄ ipi gratie. Nō eīm ex natura rei: ſꝫ ex oꝛdinatione diuina grā opponitur pctō moꝛtali. Hoc nō eſt foꝛ maliť. ſicut albedo formaliť opponitur nigredini. Et ſicut albedo formaliť ex/ pellit nigredinem nō tamē effectiue: ſed agens efficiens albedinem: ſic deus effe/ ctiue expellit pctm̄. In ſolutione quin/ ti argumenti habes quō peccatoꝛ ſe de/ bet humiliare aliter ⁊ aliter deo homini ⁊ ſacramētis. Deo eīm ſicut a quo ſalus datur: homini ſicut a quo ſalus mini/ ſtratur.

## Circa quintā de/

cimam diſtinctionē p̄mo queritur Utrum miſſio ſit in diuīs. Nota miſſio p̄o/ ut nūc ſufficit eſt duplex vicꝫ miſſio acti ue dicta: et miſſio paſſiue dicta. Miſſio actiue dicta: eſt illa qua aliquid dicitur mittere aliquem actiue. Mittere eſt ali quid in aliud producere. Miſſio paſſi/ ue dicta: eſt illa qua aliquid dicitur mit ti paſſiue: mitti eſt perſonam productā per nouam exiſtentiā in creatura ratio/ nali ſm̄ ſpecialem modum exiſtendi ſcꝫ per gratiam in ea manifeſtari. Mittere ꝑo eſt pſonā productā p̄ nouā exiſtenti/ am in creatura rōnali ſm̄ ſpecialem mo dum exiſtendi ſcꝫ per gratiam in ea ma nifeſtare. Uñ mitti non dicit per ſe vnū ſed ſicut dictum eſt de proceſſione qōne p̄mo diſtinc. xiiij. Sic poteſt dici de miſ ſione. Q: ſcꝫ per ſe ſignificet productio nem eternam: ⁊ connotat tpale. Miſſio paſſiua expreſſius loquendo eſt produ/ ctio paſſiue perſone producte ab alia q̄ mittitur ad creaturam: ad ſanctifican/

dum eam. Manifeſtatio ergo ꝑſone fit
operando aliquid circa creaturam vł in
creatura: puta gratiam. primū Correla
rium. Mittere in diuinis eſt eſſentiale.
ſecundū Correlariuꝫ. Eadem perſona
poteſt ſeipſam mittere. terciū Correla-
rium. Quelibet ergo perſona poteſt mit
tere licet nō quelibet poſſit ſeipſam mit
tere. patet quia pater nō pōt ſe mittere.

## Reſolutio queſtionis.

ſtat in vna Concluſione. quatuor diſtin
ctionibus: ⁊ quinq̃ dictis. ¶ Concluſio
eſt talis. Miſſio ē in diuinis. Et trāſfer
tur a creaturis ad diuina. Pro declara-
tione illius concluſionis ponunꝛ quedā
diſtinctiones. ¶ Prima diſtinctio ⁊ prin-
cipalis. Miſſio paſſiua in creaturis di-
cit triplicem reſpectū: videlicet. Miſſi
ad mittentē: mittentis ad miſſum: ⁊ re-
ſpectum ad id quo mittitur. i. ad termi-
num. ¶ Scđa diſtinctio ⁊ eſt ſubdiſtin-
ctio. Ad mittentē poteſt cōparari miſſio
paſſiua. id eſt miſſus ſub triplici habitu
dine: vel tanq̃ ad dantem eſſe. Et ſic ra-
dius mittitur a ſole. vel tanq̃ ad dantē
virtutem. Et ſic lapis mittitur a proici
ente. Vel tercio tanq̃ ad dantē auctori-
tatem. Et ſic legatus vel nuncius mitti
tur a papa. ¶ Tercia diſtinctio ⁊ ē etiā
ſubdiſtinctio. Miſſus ad terminū etiaꝫ
poteſt comparari tripliciter. Quia vel
mittitur alicubi vt ibi quieſcat vt lapis
deorſum ad centrū: vel mittitur alicubi
vt ab aliq̄ habeaꝛ. vt aliqs alicui mittit
donū. vel tercio mittiꝛ alicubi: vt ad ali-
quid ſcꝫ operetur. ¶ Primū dictū. Miſſio
vt dicit triplicē reſpectū ad mittentē eſt
cōpletiſſime. i. perfectiſſime in diuinis:
patet. Quia ſpūſſanctus mittiꝛ a patre
⁊ filio tanq̃ habēs eſſe ⁊ virtutē ⁊ aucto
ritatē in operando ab eis. ergo ⁊c̄. ¶ Se-
cundū dictū. Miſſio vt dicit triplicē re-
ſpectū: cōparata ad terminū eſt in diui-
nis. patet. Quia mittiꝛ filius vel ſpiri-
tuſſanct⁹ vt alicubi ad inhabitandū: et
ad poſſidendū vt donū: ⁊ vt ad aliquem
effectum operandū. ergo ⁊c̄. ¶ Quarta
diſtinctio ⁊ eſt tercia ſubdiſtinctio. Si
miſſio in iſtis inferioribꝫ cōparaꝛ ad ter-
minū ad quē. i. ad miſſum. Sic in iſtis
inferioribꝫ importat triplicē conditionē
imꝑfectionis. Quia dicit ſeparationem
ꝓpter diſtantiam termini ad mittentem
¶ Terciū dictū. Miſſio q̄tū ad iſtā con
ditionē nō eſt in diuinis. patet: quia mit
tens in diuinis ſcꝫ deus eſt vbiq̃. Corre
lariū loco huiuſmodi ꝯditionis in diui
nis eſt emanatio ſiue egreſſio miſſi a mit
tente. Secūdo dicit ſubiectionēꝫ propꝛ
differentiā mittentis ad miſſum: ſupple
in ſubſtantia. ¶ Quartū dictū. Illo mō
nō eſt miſſio in diuinis. patet: Quia in
diuinis non eſt eſſentialis diſtincto ſiue
differētia: nā omnia ſunt ibi equalis per
fectionis in mittēte ⁊ miſſo. Correlariū
Loco illius ꝯditionis in diuinis eſt ſub
auctoritatis emanatio in miſſo. Tercio
miſſio paſſiua in creaturis comparata
ad miſſum dicit mutationē ꝓpter diſtan
tiam miſſi a termino. Quia em̄ nō eſt in
termino ad quē mittitur: ideo oportet
ꝙ mutet locū. ¶ Quintū dictū. Miſſio
illo modo nō eſt in diuinis. patet Quia
in diuinis miſſus nulli loco abeſt: ideo
nō oportet ꝙ ꝑſonaliter accedat: et ideo
nō eſt ibi mutatio. ¶ Correlarium. Ta
men loco illius conditionis eſt alicuius
effectus. ſ. gratie de nouo productio.

## Querit̄ ſecundo. Utrū

miſſio in diuinis ſit ex tp̄e tm̄: an etiam
ab eterno. ¶ Reſolutio queſtionis ſtat
in vna concluſione. ¶ Miſſio in diuinis
nullo modo dicitur ex tēpore. patet quia
miſſio importat effectum nouum: puta
gratiā. Probaꝛ: quia quādo totū copu-
latum conſtituiꝛ ex partibus quarū vna
eſt ꝑfectior altera. Illud totū copulatū
denominaꝛ ab imꝑfectiori. Sed miſſio
in diuinis neceſſario importat eternū et
tp̄ale. ergo ⁊c̄. ¶ Pro ſolutōe argumen-

toꝛum Nota iſta ꝓpoſitio de rigoꝛe ſer/
monis eſt falſa. miſſio eſt deus. patet: q2
ſanctificatio creature quam dicit miſſio
nõ eſt deus. Et hoc dicit Bonauentura
ſub alijs verbis. Et q̄uis in ſequenti ſo
lutione admittat tamē hoc eſt ad oſten/
dendū fallaciā argumēti. Capiendo au
tem miſſionē pꝛo pꝛincipaliozi ſignifica
to: bene admitti poteſt.

# Queritur tercio. Cui⁹

ſit miſſio vt miſſi: Dictū eſt in p̄cedenti
queſtione q miſſio dicit triplicem reſpe/
ctum. Quia ſi eſt miſſio: eſt ab aliquo: ꝛ
eſt alicui⁹ miſſio: ꝛ eſt ad aliq̇d. Et ideo
eſt queſtionis ſenſus q̄ ſit pſona que mit
titur vel q̄ poſſit mitti: Unde hec q̄ſtio
eſt de miſſione paſſiua.

# Reſpōſio ad queſtionē

ſtat in aliquib⁹ ꝓpoſitionib⁹. ¶ Pꝛima
ꝓpoſitio. Miſſio de ſuo ſignificato ꝛ in/
tellectu impoꝛtat duo. Pꝛimo emanatio
nem. i. pductionē paſſiuā. Sc̄do conno/
tat vel ponit manifeſtationē. hoc eſt qđ
heri dictū eſt in pꝛecedenti diſtinctione.
¶ Sc̄da ꝓpō. Sola pſona in diuinis q̄
eſt pꝛoducta pōt mitti. Coꝛrelariū. Pa
ter nō pōt mitti. Et licet veniat ad ſan/
ctos eque ſicut ſpūſſanctus et manifeſtet
per cauſationē effectus: puta gratie vel
alicui⁹ alterius effectus viſibilis: non ta
men hoc ſufficit. Coꝛrelariū. Tota tri/
nitas nō mittitur: patet quia nō eſt pꝛo/
ducta. Coꝛrelariū. Eſſentia diuina nō
mittitur eadē ratione. Nota ſm docto/
rem ſubtilem in p̄ſenti diſtinctione: mit/
ti eſt manifeſtari procedere. Et hoc eſt
q dicit Auguſtin⁹. Mitti eſt cognoſci
eſſe ab alio. ¶ Concluſio. Miſſio ergo
vt miſſi nō eſt totius trinitatis nec eſſen
tialiter nec patris. Sed ſolius filij ꝛ ſpū
ritusſancti eſt miſſio vt miſſi. ¶ Pro ſe
cundo argumento Nota q dicit Johan
nis. xiiij. Si quis diligit me ſermonem
meū ſeruabit: ꝛ pater meus diliget eum
ꝛ ad eū veniemus ꝛ manſionē apud eum
faciemus. ¶ Pꝛopoſitio. Quādocunq̄
aliquis peccatoꝛ de nouo iuſtificatur et de
nouo recipit gratiā gratūfacientē: tunc
tota trinitas venit ad eū ſpeciali modo.
Illud autē venire nihil aliud eſt q̄ ſan/
ctificare ipm̄ ꝛ acceptare ad vitā eternā.
Unde tria facit valde bona in tali ad/
uentu. pꝛimo remittit peccata. ſc̄do con/
fert gratiā. Talia nō conſueuerūt face/
re pꝛincipes terreni. Quando eīm dimit
tunt offenſas raro ſpāliter honoꝛāt reos
imo raro in gratiam recipiunt ſed vel a
regno ſuo repellunt vel non curant eos.
Omnis autem peccatoꝛ moꝛtalis pꝛodi
toꝛ eſt ſui ꝛ dei ꝛ tamē deus eū recipit in
gratiā. Tercio acceptat eū ad vitā eter
nam. De potentia dei abſoluta hec poſ/
ſent ſeparari licet de potētia oꝛdinata dei
nunq̄ ſeparent. Quartū pōt ſuperaddi
quod exaudit eum in omnib⁹ rationa/
bilibus petitionibus. Dicit eīm. Petite
ꝛ accipietis.

# Queritur quarto. Cuius

ſit miſſio vt mittentis. Iſta queſtio ē de
miſſione actiua ſeu de mittēte. Circa q
notandum q de mitti cōcoꝛdant oēs do
ctoꝛes. Sed de mittere ſunt diſcoꝛdes
ſolēniſſimi viri. ſcꝫ Magiſter ſententiaꝝ
ꝛ Guilhelm⁹ altiſiodoꝛēſis: vtraq̄ tamē
eſt pꝛobabilis. ¶ Opinio magiſtri ſtat
in trib⁹ ꝓpoſitionib⁹. ¶ Pꝛima ꝓpoſitio
eſt. Mō mittere cōuenit cuilibet pſone
in diuinis. Coꝛrelariū pmū. Mittere ē
eſſentiale i diuinis. Sc̄m Coꝛrelariū.
Non eſt idē mitti ꝛ mittere. Pꝛobatur:
quia mitti eſt notionale: mittere vero ē
eſſentiale. ¶ Secūda pꝛopoſitio. Inter
mittentē ꝛ miſſum in diuinis non opoꝛ/
tet q ſit perſonalis diſtinctio. ¶ Tercia
pꝛopoſitio. Mittens ꝛ miſſum in ratio/
ne mittētis ꝛ in ratione miſſi: diſtinguū/
tur tm̄ ſm rationem intelligendi. Ut fi
lius inquantū donū mittitur. Inquan/
tum deus mittit ſeipſum. Conſimiliter

de ſpiritusancto dicendū. Unde Auguſtinus quarto de trinitate quando dicit mitti a patre filius ſine ſpiritusancto nō potuit ⁊c̄. Ad hanc auctoritatez diceret Guilhelmꝰ altiſſiodorenſis. Qꝫ ſpūſſanctus nō mittit filium ſm diuinam naturam: ſed auctoritas itelligitur de humana natura ſm ꝙ eſt minor patre. Sic dicitur Eſaie ſexageſimo primo. Spūs dñi ſuper me ad annūciandū manſuetis vel ad euangeliſanduz pauperibꝰ miſit me. Dicitur ergo de miſſione ſm naturam humanā. Uel auctoritas exponi poteſt ſic. Uerū eſt eo ꝙ impoſſibile eſt quo ad rem ꝙ filius fuerit genitus in diuinis ⁊ ſpirituſſanctus non ſpiratus ¶ Contra primam reſponſionem. Miſſio ſm diuinam naturam eſt duplex. videlicet: In mentem hominis iuſti ⁊ de iſta ſunt preſentes queſtōnes. Alia eſt miſſio que eſt diuine nature in carnem que eſt alia et alia miſſio. ergo oportet ꝙ intelligatur illa miſſio eſſe diuine nature miſſio ⁊ nō humane nature: quia illa nondū fuit nec habebat illam ⁊ de prima intelligit Auguſtinus. ¶ Secunda opinio eſt Guilhelmi altiſiodorenſis ⁊ ſtat in tribꝰ propoſitionibus. ¶ Prima propoſitio eſt. Mitti competit ſolum duabꝰ perſonis productis ſcilicet filio ⁊ ſpirituiſancto. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Mitti dicit ſubauctoritatem immiſſo: eo ꝙ producitur ab alio: ⁊ cum hoc dicit diſtinctionez qa mittitur. Probatur primum quia illud dicitur habere ſubauctoritatem ꝙ producitur ab alio. Secunda pars patet: quia nihil poteſt mittere ſeipſum.

¶ Tercia propoſitio. Mittere dicit auctoritatem et diſtinctionem in mittente ⁊ miſſo: patet quia ſemper inter mittentem ē diſtinctio realis. ¶ Primū correlarium. Mittere connotat productionem actiuam ſicut mitti productionez paſſiuum. ¶ Secundū Correlarium. Spirituſſanctus nullam perſonam mittit: patet quia nullam producit. ¶ Tercium Correlarium. Nulla perſona mittit ſeipſam. Probatur: quia nulla producit ſeipſam. ¶ Quartum Correlariū. Tantum filius et ſpirituſſanctus mittuntur ¶ Quintum Correlariū. Mittere ſolum conuenit patri et filio. ¶ Sextum Correlarium. Tantū ſunt due perſone mittentes ſicut due perſone miſſe. ¶ Seprimum Correlarium. Mittere nō eſt amplius eſſentiale ꝙ̄ mitti. Confirmāt autem ſuam opinionē tali medio. Quia pater nunꝗ̄ dicitur mitti: quia non habet ſubauctoritatem. ergo a ſimili ſpirituſſanctus nō dicitur mittere: quia non habet auctoritatem ſupra ſeipſum. Et ſic reſpondent argumentis magiſtri ⁊c̄.

Sz licet hec poſitio poſſit ſuſtineri rationabiliter. Tamē propter auctoritates ſanctorum doctorum ⁊ reuerentiam magiſtri tenebimus opinionem quam tenet magiſter. Unde dat regulam hic ſanctus Bonauentura: ꝙ nō debemus auctoritates ſanctorum ad noſtram trahere rationem. Sed magis rationem noſtram ſubijcere eiſdem. hoc eſt contra aliquos friuolos qui omnem auctoritatem nituntur exponere ſeu trahere ad propria ſentimenta ⁊c̄.

Pro ſolutione argumētorum Notande ſunt propoſitiones.

¶ Prima ꝓpoſitio. Et ſi miſſio importet de ſuo intellectu neceſſario iſta duo ſcilicet manifeſtationem perſone producte ⁊ emanationem perſone. principaliꝰ tamen importat manifeſtationem: ⁊ connotat emanationem: Patet: quia miſſio principaliter dicitur temporalis. Et ad hoc videtur eſſe Auguſtinus dicens. Mitti eſt cognoſci eſſe ab alio.

¶ Secunda propoſitio eſt. Licet manifeſtatio talis importetur per iſtud verbum mittere actiue: et ꝑ modū actionis

et permitti paſſiue: tamē emanatio ſcilicet paſſiua vniformiter ꝑ vtrūq̧ impor‑tatur. Et in hoc eſt differētia inter magiſtrū ⁊ altiſiodorenſem. Probatur. Mitti‑tere eſt manifeſtare produci. Mitti eſt manifeſtari produci ¶ Tercia ꝓpoſitio Ablatiuus reſpectu verbi paſſiui et no‑minatiuus reſpectu verbi actiui regula‑riter denotant habitudinē principij acti‑ui: vt a patre generatur filius. pater gene‑rat filiū. ¶ Quarta ꝓpō. Quādocunq̧ nominatiuus reſpectu verbi actiui ⁊ ab‑latiuus reſpectu verbi paſſiui denotat habitudinē principij reſpectu vtriuſq̧ ſcȝ tam emanationis q̄ manifeſtationis tunc talis eſt propriiſſima. vt pater mit‑tit filium. ¶ Quinta ꝓpō. Quando no‑minatiuus reſpectu verbi actiui ⁊ abla‑tiuus reſpectu verbi paſſiui denotat ha‑bitudinem ſolū reſpectu principij mani‑feſtationis ⁊ nō emanationis tunc talis eſt propria: licet non ſit ita propria ſicut p̄cedens. Unde hec eſt ꝓpria filius mittit ſe. Spūſſanctus mittit ſe. Spūſſanctus mittit filiū. ¶ Sexta propō. Quia ne‑ceſſario in perſona miſſa requiritur miſſio paſſiua ſeu emanatio paſſiua. Hinc eſt q̧ iſte negātur. Pater mittitur a ſe: tota tri‑nitas mittitur. ¶ Notandū igitur q̧ mitte‑re capitur tripliciter. Uno mō vt importat dominiū in mittente ⁊ ſeruitutē i miſſo Hoc modo dñs miſit gabrielem ad vir‑ginem glorioſam. Correlariū. Illo mō mittere dicit differentiā eſſentialē. Corre‑larium. Illo ergo modo nulla perſona mittit aliam. Scđo modo capitur mit‑tere vt dicit p̄ceſſe auctoritatē i mittente ſeu producere. Et ſubauctoritatē. id eſt ꝓduci in miſſo. Propoſitio. Hoc modo pater ⁊ filius mittunt ſpm̄ſanctū: ⁊ pa‑ter filiū. Correlariū Nulla tamen perſo‑na poteſt ſeipſaȝ mittere hoc modo: ⁊ ſic ponit diſtinctionem perſonarū. Tercio modo accipitur mittere inquantū im‑portat ſolam diſtinctionē ſm modū in‑telligendi. Sicut cum dicitur voluntas mouet ſe. Correlarium. Illo modo vna perſona mittit ſeipſam. vt cum dicitur ſpi‑ritusſanctus mittit ſe ⁊c̄.

Circa ſecundam partē huius diſtinctionis pri‑mo queritur. Utrū hec miſſio ſit ſm dona gr̄e gratūfacien‑tis vel gr̄e gratiſdate: hoc ē querere vtrū Inuiſibilis miſſio ſpūſſancti ſit ſm do‑na. ¶ Notandū q̧ rō cuiuſcunq̧ ꝓuatio‑nis ſumitur ex rōne ſui habitus: patet quia oīs priuatio ꝑ ſuū habitū habet cogno‑ſci. Inuiſibile ꝓuat viſibile. ġ ratio miſ‑ſionis inuiſibilis habȝ declarari ⁊ ſumi a rōne miſſionis viſibilis. Nota miſſio abſolute ſumpta pōt ſic diffiniri. Eſt exitus pſone a pſona ad ſanctificandum creaturā. Per exitū intelligo productio‑nem paſſiuam: ⁊ de tali dicebat chriſtus Exiui a patre. Johis. xvi. Dicitur ſecun‑do ad ſanctificandū ⁊c̄. Et hoc idem eſt qđ ad manifeſtandū. Miſſio autē viſi‑bilis vltra miſſionē in cōmuni addit: q̧ talis miſſio fiat per aliqđ viſibile ſignū non debet intelligi q̧ ſemper oporteat. Miſſio viſibilis ſic deſcribitur eſt exi‑tus perſone a perſona: ad ſanctifican‑dum creaturaȝ de nouo: vel ad denotan‑dum ipſam eſſe ſanctam: que ſanctifica‑tio fit per ſignum ſenſibile: apparens ex‑terius quod eſt ſignum ſanctificationis et termini interioris. Miſſio inuiſibilis eſt illa miſſio que fit ſine tali ſigno appa‑renti. Unde eſt exitus perſone a perſona ad ſanctificandam creaturam: que ſan‑ctificatio fit interius ſine quocunq̧ ſi‑gno exteriori de nouo facto. Licet enim in ſacramentis ſit ſignum: non tamē de nouo ſicut erat in baptizatione chriſti. ¶ Nota duplex eſt gratia. ſcilicet gra‑tiſdata ⁊ gratumfaciens. Gratia gratū‑faciens Eſt aliquis habitus ſupernatu‑ralis: infuſus immediate a deo: in crea‑tura intellectuali: Per quem habitum ipſa creatura eſt digna vita: ꝫ vita inq̧

grā duplex.

eterna: ⁊ carus ⁊ gratus deo: dicitur primo habitus ſupnaturalis: quia non pot cauſari ex puris naturalibus: habitus ponitur loco generis. ⁊ dicitur ſupnaturalis per quod excludũtur ſciētia ſapiētia ꝯſiliũ: dicitur ſcḋo imediate infuſus a deo: quia ſolum pōt creari a deo dicitur tercio i natura itellectuali propter nobilitatē habitus. dicitur quarto eſt digna vita eterna. Vñ quicunq; hꝫ gratiá illá eſt dignus vita eterna. ⁊ ecōtra: qui nō hꝫ eſt dign⁹ pena eterna. Iſta gratia eſt veſtimentū nuptiale ſine quo nemo acceptatur et admittitur ad vitam perhennē ⁊ beatā. Omnis habēs gratiā amic⁹ dei appellatur et eſt ſanct⁹: licet in hac peregrinatione exiſtentes nō ſint cōfirmati. In patria tñ ſunt ſancti ꝯfirmati. ¶ Gratia gratiſdata eſt aliqd additū naturalibus eſſentialibus creature rōnalis pparans ⁊ iuuans aliquo modo ipſam ad vſum vel habitū gratie ſcꝫ gratūfacientis. Unde gratia gratiſdata ſemper eſt accidēs. Nota duplicia ſunt Naturalia creature videlicet Eſſentialia ⁊ accidentalia. Naturalia eſſentialia ſunt eſſentia aīe: vt intellect⁹ ⁊ volūtas: que ſcꝫ ſibi neceſſario cōueniūt. Naturalia accidentalia ſunt aliq̄ accidētia que īſunt ipi aīe a pncipio ſue originis. vt ingeniū: clementia ingenita: ⁊ pulcritudo quo ad corpus. Et ſic patet primo quare dicatur additū: quia accidens. Scḋo quare dicatur naturalibus eſſentialibus: dicitur tercio nature rōnalis: quia propter iumētis nō datur gratia gratiſdata. Ultima particula dicitur iuuans ⁊c̄. quia ois gratia gratiſdata debet vel propter charitatē. ¶ Nota q; triplex ē gratia gratiſdata. ſcꝫ habitualis: actualis ⁊ motiua. Habitualis eſt donū habitua le ſupadditum naturalibus eſſentialibus ⁊c̄. vtꝫ. hoc mō ſcientia datur. Et dicitur donū habituale quia ē habitus. Nā in quolibet ſcientifico ſcientia debet ipm magis inflāmare ad ſequendū deū q; ad ſequēdū mundi vanitates. Actualis eſt donum actuale ſupadditū naturalibus eſſentialibus ⁊c̄. Hoc mō bona monitio vel bona locutio: vel aliqua flagellatio per quā de⁹ excitat mentē noſtrā ad deū querenduꝫ eſt gratia gratiſdata. ¶ Dupliciter aliqui trahuntur ad deū. Uno modo ſuauiter. Alio mō violenter. Suauiter per bonas inſpirationes. Uiolenter vero per tribulatōes ⁊ vexationes. Gratia motiua et eſt ſpāle dei auxiliū vel beneplacitū quo ipſe mouet nos ad bene agendū vel ad bene loquendū. ¶ Nota q; tercia gratia gratiſdata differt a ſcḋa: quia tercia immediate datur a deo. Et fundatur in eo loco vbi dicitur Joh. iij. Spirit⁹ vbi vult ſpirat. ⁊c̄. Hoc ſepe experiuntur multi hoies. Scḋa autē cōmuniter fit per creaturā. Nota duplici motione ſpūſſanct⁹ mouet creaturam. Uno modo motione generali. ⁊ ſic deus mouet quēlibet peccatorē: ⁊ quālibet creaturā. De hoc intelligitur dictū doctoris ſubtilis in. iiij. diſt. xiiij. dicentis. Q; ſtante influentia generali pctōr pōt dolere de pctis ſuis ⁊c̄. Hec non eſt gratia gratiſdata ſpālis cuꝫ ſit cōmunis. Alio mō mouet ſpūſſanct⁹ creaturaꝫ motione ſpeciali qñ videlicet aliquē ſubito mouet ſic patet de pphecia balaam: ⁊ alioꝝ pphetarū qui ferunt dixiſſe nō poſſum⁹ nō loqui que dixit deus ⁊c̄.

Reſpōdendo doctor ſeraphicus ponit duas opiniones: quarū primā nō multū improbat nec tñ approbat. Sed ſcḋam tenet. ¶ Prima ergo opinio ſtat in vna diſtinctione ⁊ duabus ppoſitionibus. Uide textū: quia valde clar⁹ ē. Dicit autē ſctūs Bonauētura ad primā opinionē q; dantē oppoſitū iſti⁹ ſolutionis. i. negantē q; ſapiētia dicatur a ſapere vno mō: ⁊ alio mō a ſapore. Et q; ſpūſſanct⁹ detur vt ſpūs ⁊ detur vt ſctūs. adhuc pōt ſoluere queſtionē quis ⁊c̄. ¶ Scḋa opinio ⁊ doctoris ſtat in vna diſtinctione et aliqbus ppōnibus. ¶ Diſtinctio Spiritū ſanctū dari vel mitti eſt dupliciter. vno mō ſimpliciter. alio mō quantū ad hoc. i. ſm quid. vel ad hoc. i. ad vtilitateꝫ eccleſie.

¶ Prima ꝓpoſitio Spūſſanctus nunꝙ datur ſimplr̃ alicui: nec etiā filius niſi ꝑ grām gratumfacientē: patet quia nulli datur ſpūſſanct⁹ nec fili⁹ niſi quē ſantifi/cat. ¶ Correlariū. Nunꝙ ꝓprie datur ſpūſſanct⁹ niſi habeat̃ ꝗ̄tum ad vſum ꝛ fructū: hoc eſt habere ſimplr̃. ¶ Scḋa ꝓpoſitio. Qn̄cunꝙ creatura pōt diligere deū meritorie ſic ꝙ dilectio ſit grata deo tūc h3 ſpm̄ſctm̄ ꝗ̄tū ad vſum ꝛ fructum Nota hn̄s magnā ſcientiā nō autē chari tatē habet ſpm̄ſctm̄ quo ad hoc .i. ſm ꝗd nō ſimplr̃: quia pctō2 mortalis non pōt frui ſpūſctō licet bene poſſit vti ſciētia.

## Pro ſolutōne argumētoꝝ.

Nota. Spūs dn̄i venit in eū vel ad eū ſic notat̃ ꝙ ſpūſſanct⁹ habeat̃ ſimplr̃. Sed ſup eū hoc non eſt ſemꝑ ad inhabi/tandū ſicut dr̃ ſpūs dn̄i factus ſup ſaul Propoſitio. Fili⁹ nunꝙ mittit̃ in reuela tione facta ꝑ angelum: ſed in ſola reuela tione facta imediate a deo: quia reuela/tio ſi fiat in grā gratūfaciente fili⁹ mitti tur ſimplr̃: ſi nō: mittit̃ ſm ꝗd. Propoſi tio. Filiū cognoſci ab alio ꝓcſe nō ē ipm mitti: ſed oportet ꝙ cognoſcat̃ in aliquo tanꝙ in habitaculo ¶ Notandum tn̄ ꝙ nō poſſum⁹ certitudinalr̃ cognoſcere ſpi ritūſanctū ꝛ filiū mitti niſi ex fide. Pro quo notande ſunt alique ꝓpōnes. ¶ Pri ma ꝓpoſitio. Non ſufficit qcunꝙ cogni tio filij ad hoc ꝙ fili⁹ mittat̃ ſimplr̃. Et ſic gloſand⁹ eſt Aug⁹. ꝗ dicit. Filiū mit ti eſt cognoſci ipm eſſe ab alio. S3 opor tet ꝙ cognoſcat̃ eſſe ab alio in aliu3 vt in habitaculū ꝑ charitatē. ¶ Scḋa ꝓpō Quāꝗ̄ ſpūſſanct⁹ mittat̃ ꝛ fili⁹ ad quē libet iuſtū: nullus tn̄ pōt hoc cognoſce/re naturalr̃: ſed ſola fide.

## Querit̃ ſecundo. Utrū

ſm eadē dona grē dicat̃ mitti fili⁹ ꝛ ſpiri tuſſanct⁹. Pro declaratōne hui⁹ termini dona. Nota ꝙ in ꝗlibet natura intelle/ctuali ſunt due potentie ſimpliciter beati ficabiles .ſc3: intellect⁹ ꝛ volūtas. Quia eni iſte due potentie imediate pn̄t deum diligere ꝛ amare: ſic ꝙ non deficit intelle/ctus nec voluntas donec clare de⁹ videa tur ꝛ fruat̃ in patria. Un̄ Aug⁹. in libro ꝯfeſſionū. Inquietū eſt co2 meū dn̄e do/nec requieſcat in te. Sic etiam in via ſunt dona ꝑficiētes intellectū ꝛ volūtatē Et dona intellect⁹ ſunt ꝟtutes ſeu habit⁹ in tellectuales: vt fides ſcīa ꝛc̄. dona ꝟo vo luntatis ſunt habit⁹ ſeu ꝟtutes morales habit⁹ ſc3 affectiui ꝛ grā gratūfaciens.

## Reſponſio ſancti bona

uenture doctoris ſeraphici ſtat in aliq̄b⁊ ꝓpōnib⁊. ¶ Prima ꝓpō. In miſſione inui ſibili ſemꝑ eſt donoꝝ collatio in ꝗbus ē manifeſtatio ꝛ ihabitatio pſone. Prima ps ꝓbat̃: quia nunꝙ mittit̃ aliq̄ diuia pſona ad aliquē quin det aliqḋ donum. Scḋa ps de manifeſtatōe p3: ſilr̃ et ſcīa de inhabitatōe. ¶ Scḋa ꝓpō. Poſſum⁹ loqui de donis dei trib⁊ modis. ꝑmo mō ꝗ̄tū ad radicē. ſcḋo mō ꝗ̄tū ad ad actū tercio mō ꝗ̄tū ad habitū ¶ Tercia ꝓpoſitio. Grā ſiue charitas eſt radix oīm bonoꝝ gratuitoꝝ. Probat̃. Quia nulla bona gratuita ſine charitate valent ad vitā eternā. Iſta ꝓpō ſm modū etia3 lo quēdi ſc3 de radice: patet ꝑ Gregoriū in Omelia quadā. Nec ꝗ̄cꝗ̄ h3 ram⁹ bo ni operis niſi maneat in radice charitatis ¶ Quarta ꝓpoſitio. Fili⁹ ꝛ ſpūſſanctus dant̃ i eodē dono ꝗ ad radicē p3: Quia nec fili⁹ nec ſpūſſanct⁹ ſimplr̃ dat̃ niſi grā gratūfaciēs detur. ¶ Quinta ꝓpō. Tri plices ſunt habit⁹ ſc3 pure cognoſcitiui: pure affectiui: ꝛ ꝑtim cognoſcitiui par/tim affectiui. Habitus pure cognoſciti ui dicunt̃ illi qui ſolū ꝑficiunt intellectū vt fides ſcientia. Et omnis qui pertinet ſolū ad intellectū. Alij ſunt habitus pu re appetitiui ꝛ ſunt illi ꝗ ſolū ꝑficiunt vo luntatē vt charitas ꝛ ſpes iuſticia ꝛ caſti tas ꝛc̄. Alij ſunt habitus partim cogno/ſcitiui et ꝑtim affectiui .i. partim ꝑtinēt

ad intellectū partim ad voluntatē vt eſt ſapiētia (meo iudicio) Importat eñ cognitionē dei ꝛ charitatē qua deꝰ ſapidꝰ ē ꝛ nullus alius habitꝰ. Et ſic dicit duo. ſcꝫ charitatē ꝛ ſcientiā. Vñ dicit doctor ſubtilis i tercio. diſ. xxxiiij. Qꝛ ſapia in ſacra ſcriptura pro charitate cōiter capitur: vt ibi. Beatꝰ vir q̄ in ſapia morabit̄ ¶ Sexta ꝓpō. Sicut ſpūſſanctꝰ datur ꝛ mittit̄ in habitibꝰ affectiuis ita filiꝰ dicit̄ dari in habitibꝰ cognoſcitiuis. Ex quo eñ ſpūſancto ex vi ſue ꝓductionis appropriant̄ oia que reſpiciūt voluntatem Vt pietas ꝛ miſericordia. licet eque cauſetur a patre ꝛ filio ꝛ ſpūſancto tñ appropriatur ſpūiſctō. Eodeꝫ modo declarat̄ alia ꝑs. ¶ Septima ꝓpō. In habitibus partim cognoſcitiuis partim affectiuis ſm diuerſas rōnes q̄s ꝯtinent: tā filiꝰ q̄ ſpūſſanctꝰ mittit̄. Oia dona dei que dat deus: ſoluꝫ ꝓpter duos actus dat: ſcꝫ ad inflāmandū ꝛ illumīādū. Vñ ¶ Octaua ꝓpō. Licet varia ſint dona dei tñ oia dona dei pñt reduci ad duos actꝰ. ſ. illuminationē ꝛ inflāmationē. ¶ Nona ꝓpō Quoniā iſta dona ſcꝫ illuminatio ꝛ inflāmatio ſemper ſunt coniuncta ꝛ cōiunctim dantur a deo: ideo miſſio filij ꝛ ſpirituſſancti ſunt inſeperabiles. Et licet inflāmatio ſit cōmunis tribus tamē per appropriationē eſt ſpūſſancti. Similit̄ de illuminatione eſt dicendū. Iſta propoſitio ſoluit magnā queſtionē videlicꝫ ¶ Vtrū miſſio filij ꝛ miſſio ſpirituſſancti poſſint diuidi. Dicenduꝫ ꝙ poſſumꝰ loqui de iſtis duabꝰ miſſionibꝰ duplicit̄ Uno modo quantum ad realem diſtinctionem ipſoꝝ. Alio modo quantum ad actualē ſeparationē. ¶ Propoſitio. Miſſio filij ꝛ miſſio ſpūſſancti quantū ad realem diſtinctionē ipſorum realiter diſtinguuntur: ꝛ hoc ſiue de per ſe ſignificatis ſiue de cōnotatis: pro per ſe ſignificatis ſm vnam opinionē eſt productio paſſiua. Sed due ſunt productiones paſſiue filij ꝛ ſpirituſſancti. ſcꝫ generatio et ſpiratio paſſiua. Pro cōnotatis vero etiāꝫ ſic diſtinguūtur: quia aliud eſt donum illuminatio: ꝛ aliud inflāmatio. Tamē in ſapientia concurrūt. Semper autem ex parte productionū eſt diſtīctio realis. Quantū autem ad actualem ſeparationem nunꝙ diuiduntur. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Non autē oportet ꝙ ſit tanta connexio vel vnio inter miſſionem viſibilem filij ꝛ miſſionē viſibilem ſpūſſancti: quanta eſt inter miſſionē inuiſibilem ipſorum. Patet eñ ꝙ quādo filius fuit incarnatus fuit miſſus viſibili miſſione. Sed ſpirituſſanctus tunc nō fuit viſibiliter miſſus.

## Querit̄ tercio. Utrum

ſtat in vna diſtinctione ⁊ duabus ꝓpoſitionibꝰ. Et quia de illa dictione tm̄ nō eſt dubiū nec equiuocatio. Ideo Sctūs Bonauentura diſtinguit de hac dictione ſolus. Illa em̄ dictio ſolus aliquādo capitur ſinkathegoreumatice: aliquādo kathegoreumatice. Uñ kathegoreuma eſt dictio que per ſe eſt ſcatiua alicuius rei vniuerſalis vel particularis. Dictio autem ſinkathegoreuma eſt dictio q̄ nō eſt ꝑ ſe ſignificatiua ſed eſt diſpoſitio dictionū kathegoreumaticarū. ¶ Uñ propoſitio prima. Iſtud nomē ſolus vt capitur kathegoreumatice non admittiẗ in diuinis etiam de predicatis eſſentialibus. Unde hylarius ep̄us pictauieñ. dicit. Dñs non eſt ſolitarius ꝯfitēdus. ¶ Scd̃a ꝓpoſitio. Solus kathegoreumatice captum non facit propoſitionem excluſiuā: eo ꝙ kathegoreuma non facit propoſitionem excluſiuā. Regula. Iſta dictio excluſiua ſolꝰ ſinkathegoreumatice tenta: ⁊ quelibet equiualens bñ additur termino eſſentiali poſito a parte ſubiecti reſpectu cuiuſcunqꝫ p̄dicati: ſiue ſubſtantialis: ſiue perſonalis qd̃ ſolī deo competit: vt ſolus deus creat: ſolus deus eſt pater id eſt deus eſt pater et nihil aliud a deo eſt pater ſcꝫ in diuinis. Nō ſic eſt iſta ſolus pater eſt deus.

## Solutio argumētorū.

Sophiſta vno mō idꝫ eſt ꝙ ſapiēs logicus: ſophos em̄ grece eſt ſapientie latine hoc modo accipit ſanctus Bonauētu. Alio modo capitur in malum pro aliq̄ querente vanam gloriam per falſa argumēta. ¶ In lib. Augu. de regulis fidei. Res generis vel res ſpeciei capitur pro forma cōmuni. Sed res generꝭ capitur pro ſingulari vel pro ſuppoſito. Sicut aliqui conſueuerunt dicere om̄e animal fuit in archa noe vera eſt pro generibus ſinguloꝝ nō pro ſingulis generū. ¶ Notandū tamen ꝙ ſolutio hec ſcd̃a vl' ſcd̃i argumēti nō eſt bona. Non em̄ eſt bona logica dicere ꝙ in eadē ꝓpoſitione idem terminus habeat ſuppoſitionē ſimplicē et ſuppoſitionem perſonalem. Nam ſi ſic non eſt vna. Item terminus nō ſupponit in reſpectu ad aliud ꝙ̄ ad predicatum. Unde ſoluendum eſt argumentum ſicut ſoluit doctor ſubtilis. Nam omnes moderni logici derelinquūt ip̄m Sanctū Bonauentu. in iſto. Cum ergo dicis ſi ipſa eſt vera cum ſit indefinita locutio redditur vera vel pro patre vel ꝓ filio vel ꝓ ſpirituſancto. Dico ꝙ ſub termino ſtante confuſe tm̄ non licet deſcendere ꝙ tamen tu vis facere. Eſt aūt regula doctoris ſubtilis. Om̄e ſubiectum (ſi ſit terminus cōmunis) excluſiue ſupponit confuſe tm̄. Omnis enim excluſiua affirmatiua conuertiẗ in vnaꝫ vniuerſalem affirmatiuam de terminis trāſpoſitis ſi termini eius ſint cōmunes

## Scd̃o queritur. Utruꝫ

dictio excluſiua vere poſſit addi termi-

no ſubſtantiali a parte predicati. Pro
declaratione illius termini a parte pre-
dicati ¶ Notandum primum dictum q̄
dictio excluſiua poteſt addi in propoſi-
tione tripliciter. Primo modo tanq̄ de
terminatio ſubiecti tm̄. Scd'o mō tanq̄
determinatio predicati tm̄. Tercio mō
tanq̄ determinatio totius ꝓpoſitionis.
¶ Scd'm dictum. Quandocūq̄ dictio
excluſiua vel ſignū excluſiuū ponitur in
ꝓpoſitione ſic q̄ eſt determinatio ſubie-
cti tm̄ vel predicati tm̄: tunc nō facit pro
poſitionē excluſiuam: ſed ꝓpoſitionē de
excluſo ſubiecto vel excluſo predicato.
¶ Tercium dictum. Quando ſignū ex
cluſiuum ponit̄ in propoſitione ſic q̄ de-
terminat totā ꝓpoſitionē facit ipam ex-
cluſiuā. ¶ Prima regula. Omnis pro-
poſitio de excluſo ſubiecto equiualet
vni propoſitioni kathegorice in qua po
nitur ad ſubiectum: ly exiſtens vel ali-
quid ſimile qd' exiſtit: z poſt ſubiectum
ponitur hoc complexū. Non aliud: vel
non plura: vel non plures: vt ſolus pa-
ter eſt pater Si ly ſolus determinet ſub
iectum: tm̄ tunc ſenſus exiſtēs pater: vl'
qui eſt pater: z non alius eſt pater. Un-
de lata eſt differentia inter ſenſum exclu
ſiue: z de excluſo extremo quo ad hanc z
multas alias: ſolus pater eſt de⁹: vt cū
eſt vna excluſiua eſt heretica: q2 ſenſus
eſt pater eſt deus z nullus alius a patre
eſt deus. Quando autem eſt vna de ex-
cluſo ſubiecto: tunc eſt ſenſus qui exiſtit
pater: et non alius eſt deus.

¶ Secunda regula. Omnis propoſi-
tio de predicato excluſo equiualet vni
kathegorice in qua ad predicatum po-
nitur ly exiſtens et poſt additur non ali
ud vel non plura: vel nō plures: vt iſta
Trinitas eſt vnus ſolus deus et verus
id eſt ipſa trinitas eſt exiſtens vnus de-
us et non plures. Et non debet exponi
per aliud vel per alius cum in ea pona-
tur termin⁹ numeralis qui exigit vt ex-
ponat̄ gratia pluralitatis.

Reſpondendo ad que-
ſtionē. Sanct⁹ Bonauētura ponit du-
as opiniones primam reprobat. ¶ Opi
nio prima ſtat in duobus dictis. ¶ Pri-
mum dictū. Regula. Iſta dictio ſolus
nunq̄ debet addi ad p̄dicatum: ſed om
nes propoſitiones in quib⁹ ponitur ad
predicatum ſunt improprie. Et hoc vo-
lunt probare per Auguſtinū dicentem
q̄ iſta ſit impropria: pater eſt ſolus de-
us. ¶ Scd'm dictum. Iſtud ſignum ſo-
lus additum predicato valet tantū ſeu
equiualet huic ſigno tm̄. Sed contra.
Hi in ambobus dictis deuiant. Nā ter
minus poſitus ad predicatum ſupponēs
ſuam formam ſufficienter excludit om-
ne aliud a ſe. Unde ſuperflue additur z
nugatorie ſignum excluſiuum

Secūda opinio et pro-
pria ſtat in vna diſtinctione z aliquib⁹
dictis. ¶ Diſtinctio. Hec dictio ſolus
poteſt addi termino ſubſtantiali id eſt
cōi vel eſſentiali in diuinis dupliciter.
Uno modo per ſe ſolum ſumpto. Alio
modo cum termino numerali vel parti-
tiuo ſumpto. ¶ Primū dictum. Quoti-
enſcunq̄ ſignum excluſiuum addit̄ ter-
mino eētiali a parte predicati p̄ ſe ſum
pto eſt impropria. Unde omēs tales (ſm
Bonauenturā) debent exponi ſeu refer-
ri ad ſubiectum. Unde Aug. vij. de tri-
nitate. patrem dicimus eſſe deum. Sed
non eſſe ſolum deum. ¶ Tercium dictū.
Quandocunq̄ dictio excluſiua addi-
tur termino ſubſtantiali a parte predi-
cati ſumpto cū termino numerali. pro-
poſitio eſt propria et exponitur per non
plura vel non plures. Non enim poteſt
dici q̄ ly ſolus referatur ad ſubiectum
in iſta. Trinitas eſt vnus ſolus deus cū
ibi eſſet incongruitas. Item non debet
exponi per aliud. non enim magnum di-
xiſſet Aug⁹. ſic intelligēdo quia impli-

cat contradictionem manifeſtam ꝙ aliqui ſint homines ⁊ ſint aliud ab homine nec taliter intendebant arriani ⁊ maximinus. ¶ Correlarium. Iſta dictio ſolus et quodlibet ſignum excluſiuum poteſt proprie addi termino ſubſtantiali poſito a parte predicati ſumpto cum dictione numerali: vel termino partitiuo.

## Pro ſolutione argumētorū

Nota pro penultimi ſolutione argumēti. Q? ois dictio excluſiua importat duo ſcilicet alietatem et negationem vt ſolus homo currit id eſt homo currit et nullus alius ⁊c̄. Et dicit ſanctus Bonauentura ꝙ quando ponitur ad predicatum tunc ratione negationis preponitur copule: ⁊ licet ſm ſitum ponaꝛ poſt copulam. ratione tamen alietatis poniꝛ poſt copulam. Nec eſt inconueniens ꝙ idem terminus ſm diuerſa ponaꝛ a parte predicati et ante copulam: vnde ſi dicatur video ſolum Conradum. ſenſus eſt video conradum et non video alium a conrado. In iſta ꝑpōne negatio ponitur ante copulam. ⁊ alietas poſt copulā ¶ Primum argumentum eſt tale. Hec dictio ſolum eſt diſpoſitio ſubiecti ſicut hoc ſignum omnis: ſed quando omnis additur ad predicatum: locutio eſt falſa et impropria. ergo ſimiliter quando hec dictio ſolus additur ad predicatū locutio eſt falſa et impropria. Dicendū ꝙ hoc ſignum ſolus non eſt ita propria diſpoſitio ſubiecti ſicut hoc ſignum omnis: quia omnis diſtribuit pro ſuppoſitis pro quibus termin⁹ ſubijcitur ⁊ nō predicatur ſaltem ſimul ſumptis.

Circa ſcd̄m articulum primo queriꝛ. Utrū dictio excluſiua poſſit addi termino relatiuo vel termino perſonali reſpectu predicati proprij. ¶ Nota duplex eſt relatiuū diuinis ſcʒ ad extra: et ad intra. Relatiuuʒ ad extra eſt illud ꝙ importat relationē rationis dei ad creaturas: vt creator dominus. ¶ Regula. Omnis reſpectus dei ad extra eſt rationis. Relatiuum ad intra eſt illud ꝙ importat relationē vnius perſone ad aliam. Unde relatiuum ad intra et nocionale cōuertuntur. Omne enim relatiuum ad intra eſt nocionale. Et omne nocionale eſt relatiuum ad intra. Et ſi illud relatiuū ad intra perſone ad perſonam ſit negatiuum erit negatiuum nocionale. Et ſi illud relatiuum ad intra fuerit affirmatiuum: erit nocionale affirmatiuum.

¶ Correlarium. Nullus reſpectus ad extra eſt nocionalis. Patet: quia nocionale eſt reale ſiue affirmatiuum ſiue negatiuum. ¶ Nota predicata in diuinis ſunt duplicia Quia quedaʒ ſunt cōmunia. quedam autem ſunt propria. Communia adhuc ſunt duplicia. Quia quedam ſunt eſſentialia. quedā ꝓo nocionalia. Eſſentialia ſūt illa q̄ ꝯueniūt trib⁹. Nocionalia que cōueniūt duab⁹. vt ſpiratio actiua: quia non conuenit tribus. Commune enim predicatum eſt qđ conuenit pluribus. Alia autem predicata ſunt propria. Proprium autem predicatum eſt illud ꝙ vni ſoli conuenit. Et de hoc eſt ad propoſitum. Senſus igiꝛ queſtionis eſt. Utrum illa ſit vera. Solus pater eſt pater et ſolus filius eſt fili⁹ ⁊c̄.

## Reſpōſio ſancti Bonauenture

ſtat in vna diſtinctione ⁊ ꝯcluſione. ¶ Diſtinctio eſt tal̄. Solus pōt capi dupliciter. Uno mō katbegoreumatice. ⁊ ſic eſt nomē adiectiuū ⁊ ſignificat ſolitudinē. Illo mō ſolus nō capiꝛ in ꝑpoſito. Alio mō capiꝛ ſinkatbegoreumatice. ⁊ tm̄ valet ſicut non cū alio. Et ſic facit ꝑpoſitionē excluſiuaʒ. Et ſic recipiꝛ in ꝑpoſito. ¶ Prima ꝯcluſio. Hec ꝑpoſitio ſolus pater eſt pater: eſt vera: capi

endo ly ſolus nō kathegoreumatice: ſed
ſinkathegoreumatice. Scdm enī ꝙ im/
portat puatiōnē aſſociationis vera eſt:
qz cū tripliciter poſſit eam importare in
qlibet ſenſu locutio ē vera. Poteſt ei hec
dictio ſolus ip̄ortare puatiōnē aſſociati
onis reſpectu forme termini: vt dicatur
ſolus pater id ē ille qui eſt ſolus pater: z
ſic abſq dubio habet veritatē. Solus
pater eſt pater: vel importat priuatio/
nem aſſociationis reſpectu pdicati. Et
hoc dupliciter: quia vel in participādo
vt quia alij non conueniāt: z ſic adhuc ē
vera: quia hoc predicatum pater ſoli p/
ſone patris conuenit: vel in cōparticipā
do: vt cum dicitur petrus comedit ſo/
lus: non quia alij etiam eodem tempore
non comedant: ſed quia nullus compar
ticipat cum eo ſic ſcz vt ſit comedens de
eadem portione quāuis participent alij
ſic ꝙ etiam comedūt: z ſic locutio adhuc
eſt vera: quia perſona patris non cōpar
ticipat cum alia in proprietate paterni/
tatis cum non participet. Et tamē com
participare eſt participare.

Pro ſolutione argumē
torum. Alietas eſt duplex formalis z eſt
diſtinctio formalis. Suppoſitalis z ē di
ſtinctio ſuppoſitalis. Aliud poteſt addi
termino alicui. Uno modo immediate
vt iſte eſt alius aſinus. Alio modo me/
diante ppoſitione: vt hō eſt alius ab aſi
no. Correlarium. Quandocunq ly ali
ud additur termino mediante prepoſiti
one non importat neceſſario identitatē
ſpecificam: Unde iſta eſt vera homo eſt
aliud ab aſino. Illa autem falſa homo
eſt alius aſinꝰ ab aſino. Regula. Quā
docunq iſte terminus alius addit im/
mediate alicui termino ſine prepoſitio/
ne: tunc ponit identitatem ſpecificā in/
ter extrema ipſius alietatis. Unde iſta
eſt falſa. Equus eſt alius aſinus a bru/
nello.

Scdo querit. Utrū di/
ctio excluſiua vere addat termino per/
ſonali reſpectu cōmunis pdicati. Utrū
ſcz iſta ſit vera. Solus pater ē deꝰ. Cir
ca hanc queſtionem eſt opinio antiquo/
rum doctorum que ſtat in duobꝰ dictis
falſis. Primum dictū. Hec propoſitio
ſolus pater ē deꝰ: eſt vera abſq diſtincti
one. Scdm dictū. Dictio excluſiua ad/
dita relatiuo alicui: nunq excludit ſu/
um correlatiuum. Et hic eſt defectus in
logica. z ex hoc dicto ſequitur primum.
Unde dicunt ꝙ quando dicitur Tantū
pater eſt: non excluditur filius. Habēt
autem hanc rationem: quia dictio exclu
ſiua non excludit illud ꝙ eſt de ratione
termini cui additur illud ſignum exclu
ſiuum. Patet enī ꝙ anima non excludit
in iſta: tm̄ homo currit. Et ſi arguatur
ꝙ nō ſit ſimile de anima z de filio: quia
filius opponitur patri. Habent quan/
dam reſponſionem. quere in littera Bo
nauenture. ¶ Sed hec opinio non valet.
Probatur extra litteram Bonauenture
quia primo phicorum arguit Ariſtote.
cōtra illos quos dicebat ponere omnia
vnum eſſe principium: tali modo Tan/
tum principium eſt ergo principiatum
non eſt. Scdo arguitur. Si ſic hec poſ/
ſet eſſe vera tantū creatura eſt. et creator
eſt: quia ſunt duo correlatiua ſicut argu
it Ockam. Sed contra. Quandocūq
dictio excluſiua additur alicui ſubie/
cto excludit ab eo omne illud de quo ve
re negatur vt tm̄ homo currit. ergo ca/
nis non currit Sed pater in diuinis nō
eſt filius: nec filius eſt pater. ergo dictio
excluſiua addita patri a parte ſubiecti:
excludit filium. Dubium tamen eſt an
ſignum excluſiuum additum termino
excludat partes eſſentiales eius ſeu in/
tegrales. Et licet doctor ſubtilis nō ap/
te dicat non tamen cōtradicit. Unde di/
co ꝙ de rigore ſermonis dictio excluſi/
ua addita termino ſignificante totum:

excludit partes eſſentiales ſiue integrales ſm q̄ fuerit totum. Probatur. Quandocūq̄ dictio excluſiua additur alicui termino excludit omne illud q̄ vere negatur de illo. ergo ꝛc. Tamen ſm vſum cōmunē aliq̄n cōceditur oppoſitū.

## Opinio Bonauenture ſtat in aliquibus propoſitionibus.

¶ Prima propoſitio. Dictio excluſiua addita alicui relatiuo excludit ſuū correlatiuum. ¶ Correlarium. Dictio excluſiua addita patri excludit filium. ¶ Correlariū. De rigore ſermonis iſta ꝛ ſimiles ſunt falſe. Solus pater eſt deus. patet: quia omnis propoſitio exponibilis cuius vna exponens eſt falſa ipa eſt ſimpliciter falſa. Sed vna exponens iſtius eſt falſa. ergo ꝛc. Minor ptz. Nā exponitur ſic. Solus pater eſt de⁹ ꝛ nullus alius a patre eſt deus; et hoc ſi ſit excluſiua. Q̄d autem iſta. Solus pater eſt deus vt eſt vna excluſiua exponi debeat per alius et non aliud. Probat̄ ſic. Omnis excluſiua falſa habet exponentem falſam. Sed hec. Solus pater ē deus eſt excluſiua falſa. ergo habet exponentem falſam. Sed hec exponēs nō eſt falſa. Pater eſt deus et nihil aliud a patre eſt deus. ergo habet aliam. Illam. ſ. ꝛ nullus ali⁹ a patre eſt de⁹. quā ponit ſanctus Bonauētu. Minor probatur Omnis excluſiua equipollet ſeu infert ꝛ conuertitur per vnam vniuerſalem affirmatiuam de terminis trāſpoſitis. ergo iſta: ſolus pater eſt deus infert illam omnis deus eſt pater. Sed hec eſt falſa ergo et p̄ ɔ̄ns illa ex qua ſequit̄ añcedēs patꝫ: quia valet illam. Omne q̄d eſt deus eſt pater: alioquin nō erit vniuerſalis vniuerſalitate poriſtica. Item q̄ illa ſit falſa. Solus pater eſt deus ꝛ debeat exponi per ly alius ꝛ non aliud. Probatur ex ſupradictis. Sicut probatum eſt ex pho. Signum excluſiuum excludere correlatiuum. Nec eſt ſimile de excluſiuis cōpoſitis ex extremis limitatis eo q̄ ſemper alius et aliud in creaturis ſeſe concomitantur. Item creature ſunt cōpoſite ex partibus qua propter non valet expoſitio per ly alius ¶ Nota hec. Solus pater eſt deus eſt diſtinguenda: quia in eo eſt duplex cōpoſitio ſcꝫ min⁹ principalis ratione ſcꝫ ſubiecti q̄d eſt ſolus pater: ꝛ eſt ſenſus. Ille qui eſt ſolus pater eſt deus. Alia principalis et eſt illa que denotatur per copulam: et tūc facit excluſiuam. Iſta autē diſtinctio patebit. ¶ Secunda propoſitio. Si ly ſolus facit excluſionē cōpoſitionis in ſubiecto eſt vera: quia ſic excluduntur alij in ſola forma ſubiecti: ꝛ nō in forma predicati. Et tunc non eſt excluſiua: ſed eſt vna de excluſo ſubiecto; vt ſolus pater eſt deus id eſt ille qui eſt pater ꝛ non alius eſt deus: vel exiſtens pater qui nō eſt non pater eſt deus. Auguſtin⁹. Solus ſpirituſſanct⁹ eſt tantus quantus eſt pater et filius. Si illa diſtinctio non admittitur (vt quidaꝫ doctor arguit) tūc Auguſtin⁹ dixit hereticam. patet: quia ſic exponitur ſpirituſſanctus eſt tantus quantus eſt pater et filius; ꝛ nullus alius eſt tantus quantus eſt pater ꝛ filius et ſcd̄a eſt falſa; ꝛ per conſequens heretica. Sed ſic exponitur id eſt ille qui ē ſolus ſpirituſſanct⁹ eſt tantus quātus ꝛc. ¶ Tercia propoſitio. Si ly ſolus faciat excluſionem circa compoſitionem principalem: illa ſolus pater eſt deus eſt falſa. Patet per exponentes. Et omnes ſimiles niſi addatur determinatio vt arctetur id eſt reſtringetur excluſio vt ibi. Tu ſolus altiſſimus Ieſu chriſte cū ſancto ſpiritu in gloria dei ꝛc. Unde omnes tales propoſitiones in quibus ponitur excluſiua proprie loquendo eſſent falſe: ſi dimitterentur determinationes vt Deo patri ſit gloria eiuſq̄ ſoli filio. ſed tñ addit̄ cū ſpiritu paraclito ꝛc.

Pro ſolutione argumẽtorum. Nota nemo capitur dupliciter. Uno modo proprie et de rigore ſermonis. Et ſic valet tm̃ ſicut nullus homo. Hoc modo non intelligitur iſta auctoritas nemo nouit filium niſi pater. Alio modo capitur vſualiter. ꝛ ſic ſtat pro natura aliqua non cognoſcente. et ſic iſta eſt vera. Nemo inter angelos niſi gabriel nunciauit virgini marie chriſti cõceptionem. ¶ Scdm cõmunem opinioem quandocunqꝫ additur dictio excluſiua alicui toti non excludit partem. Unde iſta nunꝗ̃ poſſet eſſe vera. Solus ſortes eſt albus: ſi excluderenť partes. ¶ Nota ꝙ his non obſtantibus ſm veros logicos dictio excluſiua addita toti de rigore ſermonis excludit partes ipſius totius; vt patet per ſuperiora. Sed contra. Si dictio excluſiua addita toti excluderet partes totius ſequeretur ꝙ excluderet diffinitionem a diffinito: ꝛ ꝯñs ab añte. ſed ꝯñs eſt falſuꝫ. ğ ꝛ añs. Rñdeo. Notandũ ꝙ duplex eſt diffinitio. Quedã eſt q̃ nihil diſtinctum realiter a diffinito addit vel ponit. ¶ Propõ. Omnis talis diffinitio nõ excluditur a diffinito Secundo. Quedam eſt que aliquid diſtinctum realiter a diffinito ponit. ¶ Propoſitio. Omnis diffinitio ſecũdo modo diſtinguitur a diffinito. Et ideo excluditur per ſignum excluſiuum vel ſaltem partes eius que realiter diſtinguunť a diffinito. ¶ Notandũ inſup ꝙ duplex ẽ conſequens. ꝛ etiam añcedens. Quodã eſt cõſequens qꝺ non diſtinguiť realiter ab antecedẽte; vt animal ad hominem. Et quolibet ſuperius ad ſuum inferius. ¶ Propoſitio. Dictio excluſiua addita tali antecedenti non excludit conſequens. Quoddam conſequens eſt qꝺ diſtinguitur realiter ab antecedente vt filius eſt conſequens ad patrem ꝛ ecõuerſo. ¶ Propoſitio. Dictio excluſiua addita tali antecedenti excludit conſequens realiter diſtinctũ ab eo ꝛc̃. Et ſic patet ſolutio argumenti.

Quarcauiceſimam ſecundam diſtinctionẽ primo queritur. ¶ Utrum deus ſit nominabilis. Nota in ꝓpoſito Nominabile Effabile Narrabile: idẽ ſunt ſm ſanctũ Bonauẽ. Nominabile ẽ illud ꝙ poteſt dici vł vocari vel appellari. Et capiť dupliciter. Uno mõ aptitudinaliter. Et ſic eſt illud qꝺ eſt aptum natum dici. Alio modo potẽtialiter. Et ſic eſt illud ꝙ poteſt dici: nec ſunt idem: conſtat eñ ꝙ cecus eſt aptus natus videre: non tamẽ poteſt videre naturaliter. Ediuerſo de lapide reſpectu vbi ſurſum. ¶ Correlarium. Omnis res creata eſt apta nata nominari.

## Reſolutio ſancti Bonauẽture ſtat in ſeptem ꝓpoſitionibus.

¶ Prima propoſitio. Sicut intelligere dicitur dupliciter: ita etiam effabile et nominabile dicitur dupliciter.

¶ Secunda propoſitio ꝛ probat primã partem. Intelligere dicitur dupliciter Uno modo per perfectam comprehenſionem. Alio modo per ſemiplenã cognitionem. Unde ille dicitur aliquid intelligere per perfectam cognitionem qñ intelligit rem ipſam quantũ ipſa eſt intelligibilis intenſiue: et omnia predicata verificabilia de ipõ extẽſiue. ¶ Correlarium. Nullus viator pro ſtatu iſto poteſt intelligere aliquã rem perfecta comprehenſione. ¶ Correlariũ. Nulla creatura q̃tumcunqꝫ beata poteſt intelligere deum primo mõ. Probatur: quia nulla habet infinitam intellectiuitateꝫ. Intelligere aliquid per ſemiplenam cognitionem eſt aliquid intelligere confuſe et imperfecte. Hec cognitio eſt nobis poſſibilis. ¶ Tercia propoſitio. Effabile eti

am dicit dupliciter. Uno modo per perfectam expreſſionem quādo exprimitur ſeu declaratur quantum declarari poteſt. Alio modo per ſemiplenam narrationem. Et eſt quando exprimitur imperfecte ſeu confuſe. ¶ Quarta propoſitio. Si effabile capitur primo mō tunc dico ꝙ ſicut deus ſibi ſolus eſt intelligibilis: ſic ſibi ſoli eſt effabilis ⁊ nominabilis: non alio nomine ꝙ̄ ipe ſit: nec alio verbo ꝙ̄ ipſe ſit. ¶ Quinta propoſitio. Sicut deus eſt nobis incōprehenſibilis ſic eſt nobis ineffabilis. Unde dionyſius de diuinis nominibꝰ. Deum neqꝫ dicere neqꝫ intelligere poſſumus id eſt cōprehenſiue. ¶ Sexta propoſitio. Quicquid contingit cognoſci cōtingit appellari. et ex hoc probatur ſexta ꝓpoſitio. Capiendo effabile ſcdo mō quēadmodum a nobis deus eſt cognoſcibilis: ſic etiam eſt effabilis a nobis. Omne enim credere eſt intelligere quoddam.

¶ Septima propoſitio. Ille qui meliꝰ cognoſcit deum diſtinctius nominat.

¶ Correlarium. Beati diſtinctius poſſunt noiare deum ꝙ̄ viatores. ¶ Aliud correlarium. Fideles diſtinctius loquūtur de deo ꝙ̄ infideles ⁊ philoſophi.

## Solutio argumētorū.

¶ Nota pro quarto argumēto pro parte vera. Q; quecunqꝫ noticia producta de aliquo obiecto eſt verbum eius. Signum autē verbi eſt vox. Nam vox eſt index verbi id eſt indicat verbum.

¶ Pro prima ratione que eſt tercium argumentum ante oppoſitum. Notandū ꝙ intellectus meus eſt proporcionatus diuine eſſentie nō tamen eſt ſimilis. Unde illa eſt falſa finiti ad infinitum nulla eſt proporcio. ¶ Pro ſcda ratione nota. forma quia eſt forma ducens nos in cognitionem alterius per repreſentationē Omnis enim forma eſt quia intellectui noſtro que eſt ratio cognoſcendi aliud per repñſentationē: vt ſunt ſpecies intelligibiles. Sed quia non habemus ſpeciem diuine eſſentie. Ideo dicit Auguſtinus. Deus qui omnem formā ſubterfugit intellectui quius eſſe non poteſt.

¶ Pro ſolutione vltimi argumenti. Notandum Q; Subſtantia ⁊ qualitas capitur dupliciter Uno modo proprie et ſtricte. Et ſic duo ſunt pdicamenta ſubſtātia ⁊ q̄litas. Alio mō large. Hoc modo omne vocat ſubſtantia qd poteſt intelligi vt quid. Ratio autē cognoſcendi illud dicit qualitas. ¶ Nota duplex eſt demonſtratio ſcꝫ ad ſenſum et ad intellectum. Prima fit per ſenſibilia. ſcda per intelligibilia ⁊c.

## Scdo queritur. Utruꝫ

deus habeat vnum ſolum nomē an plura. ¶ Pro declaratione terminorum notandū Q; Nomē prout nūc ſufficit capit tripl'r. Primo mō capitur pro omi voce ſignificatiua incōplexa. Et ſic idē ſunt nomē: dictio ⁊ terminus. Hoc modo nulla oratio eſt nomen. Iſto mō verbū participiū ⁊c. eſt nomen. Hoc modo capit hic. Alio mō pro voce ſignificatiua incōplexa ſignificante ſubſtantiā cū qualitate per modum habitus et quietis. Et ſic non capitur in titulo queſtionis. Tercio modo capitur pro fama alicuius. Un̄ Salomon. Melius eſt nomen bonum ꝙ̄ diuitie multe. Inde dicitur nominioſus id ē famoſus. Ignominioſus id eſt infamis.

## Reſponſio ſancti Bo-

nauenture ſtat in ſeptem vel octo propoſitionibus. ¶ Prima propoſitio. In qlibet nomine (capiēdo primo modo) tria ſunt ſcꝫ vox: ſignificatio: ⁊ ratio innoteſcendi quia notamen: patet exēplariter quia iſta vox homo eſt nomen habēs ſignificationē ſcꝫ habitudinem ad rem ſignificandā ⁊c. Secunda propoſitio.

Nomen capitur tripliciter Uno modo pro voce ſignificāte: vt Johannes. Aliquando pro re ſignificata. Unde Tullius. Bonum ꝫ honeſtum ſunt idē nomine id eſt eadem res ſignificata. Hoc modo accipit porphirius. ¶ Tercia propoſitio. Capiendo nomen pro voce ſignificante ſunt plura nomia dei. Tercio modo capitur pro ratione innoteſcendi ſeu pro ipſo notamine: vt factio ex humo eſt ratio innoteſcendi vel notificatio hominis. ¶ Quarta propoſitio. Accipiendo nomen pro re ſignificata qōdāmodo eſt vnum nomē in deo: qōdammō alio modo ſūt plura noia. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Si enim res capiatur eſſentialiter ꝫ nō pro re nominata nō eſt niſi vnum nomē. Capiendo vero rem perſonaliter ſic ſūt plura: vt pater vnū ꝫ ſpūſſanctus aliud. ¶ Sexta propoſitio. Capiendo nomen tercio modo pro ratione innoteſcēdi qōdāmodo eſt vnum nomen ꝫ qōdāmodo plura. ¶ Septima propoſitio Si enim accipiatur ratio innoteſcendi ex parte dei ſic innoteſcit per virtutem que vna eſt et magna: et ſic eſt vnum nomen. Si autem accipiatur ratio innoteſcendi ex parte effectuum: ſic ſunt plura nomina dei. ¶ Ultima propoſitio ꝫ octaua. Deus innoteſcit et cognoſcitur a nobis tribus vijs ſcꝫ per cauſalitatem: hoc modo deus dicit᷑ gubernator creator et cauſa prima. Hoc modo et etiā duobꝰ ſequētibus philoſophi deuꝫ cognouerūt: perfectius tamen fideles cognoſcunt. Tercio modo per ablationem; hoc modo cognoſcitur remouendo impfectiones repertas in creaturis: vt deus non eſt porcus: non eſt lapis. Tercio modo per excellentiam: vt qñ attribuimus ipſi deo oīa que dicunt perfectionē. ¶ Unde regula theological'. Quicq̇d dicit pfectionem in creaturis eſt attribuēdum deo in ſummo: vt deus eſt ſummū ens: ſummum bonū; ſumme neceſſarius.

## Solutio argumētorū.

Primum argumentum nō ſoluitur formaliter. Scōm poteſt ſic formari. Si ſunt plura nomina dei ſūt ſinonima. ergo ſuperflua. Probatur añcedens: quia omne quod eſt in deo eſt deus: omnis ergo terminus ſignificans aliquid qō eſt in deo ſignificat deum ꝫc̄. Solum illa nomina dicuntur ſinonima que ſolū differunt in voce non autē in re ſignificata. Nomina ſinonima ſunt nomina diuerſa penitus eandem rem importantia: vt Marcus tullius. Si igit᷑ marcus ſignificaret illum hominē inꝗtum phs: ꝫ ſic Tullius eundē ſignificaret inꝗtū orator nō eſſent ſinonima: non eñ inter ip̄a eſſet ſinonimia. ¶ Propō. Quāq̄ſ ſapia dina' iuſticia et bonitas ꝟitas et miſiacordia importent eandē rem habēt tamen diuerſaꝫ rōnem innoteſcendi reſpectu creaturarū. Prima pars patet. Secunda probat᷑: quia iuſticia dei innoteſcit in punitione peccatorū. Unde apoſtolus ad Hebreo. vi. Horrendū eſt incidere in manus dei viuentis; licet ſemper concurrat miſicordia etiam in inferno. Tamen magis innoteſcit in hac via penes patientiā quā habet cum peccatoribus: qꝛ poſſet eos in inſtāti punire etiam annihilando et iuſte faceret: ſed non facit. Et ſic patet argumēti ſolutio.

## Tercio querit᷑. Utrum

omnia nomina diuina dicantur trāſlatiue: an etiam quedam dicantur proprie Hugo de ſancto victore dicit ꝙ Quadruplicia ſunt nomina diuina, quedam ſunt multiuoca; quedam diuerſiuoca: alia ſimbolica ꝫ alia anagogica. Primo quedā ſunt multiuoca. Et dicunt᷑ illa q̄ ſub multiplicatione vocum important vnam et eandem rem oino: vt theos: deus. Omnia talia ſunt ſinonima in diuinis. ¶ Regula. Omnia nomina diuina multiuoca ſunt ſinonima. Alia ſunt di-

uerſiuoca. Et dicuntur illa nomina diuina que important vnū ⁊ idem ſignificatum ſub alia ⁊ alia ratione: ſicut veritas diuina ſub ratione veritatis. iuſticia diuina: miſericordia diuina: eſſentia diuina. Alia ſunt ſimbolica et dicunt illa nomina diuina que ex viſibilibꝫ creaturis quaſi tranſſumptiue attribuimus deo. Sicut lux ⁊ ardor. Dicimus enī ꝙ deus eſt lux: quia nihil obſcurū ē in deo: licet non ſit lux corporea. Sub illo modo attribuitur deo: leo. ⁊ hoc ꝓpter fortitudinem. lapis ſeu petra ꝓpter ſtabilitatem. Item chriſtus ē agnus ⁊c̄. Nota Simbolus dicit̄ eſſe collatio viſibiliū formarū ad inuiſibiles: a ſin ꝙ eſt con et bolos: qđ eſt cōuenientia. Nomina anagogica dicunt̄ nomina que attribuunt̄ deo cum exceſſu vt deus eſt ſupſubſtantialis. Et eſt hec diſtinctio Hugonis.

¶ Propriū capitur duobꝫ modis. Uno modo vt diſtinguitur ꝯtra cōmuniter. ⁊ ſic illud dicit̄ proprie cōpetere alicui qđ ſibi ſoli cōuenit. Cōmuniter enī dicitur quod pluribꝫ competit. Alio modo diſtinguitur contra tranſlatiue vel tranſſumptiue ſeu metaphorice vel ſimilitudinarie. Tunc illud cōuenit alicui proprie: quādo terminus ꝑncipaliter impoſitus eſt illi: qđ rei ineſt vere. ¶ Prima regula. Quādocunqꝫ aliquis terminus dicitur proprie de aliquo tūc res importata per talem terminū realiter cōuenit illi rei. ¶ Secunda regula. Quandocunqꝫ aliquis terminus dicitur methaphorice de aliquo tunc res importata ꝑ talem terminū non realiter ſed ſolum ſimilitudinarie conuenit illi rei. Ut pratum ridet.

## Doctor ſeraphicus reſpondendo

ponit primo opinionem que ſtat in q̄tuor dictis. ¶ Primū dictum. Nomina diuina quedā ſunt que deus impoſuit ſibimet. Alia ſunt que nos impoſuimus ei. ¶ Secundū dictum. Omnia nomia que imponit deus ſibipſi dicuntur proprie ⁊ non tranſlatiue. ¶ Tercium dictum eſt verū ⁊ valde pulchrum Et eſt tale. Licet multa nomia deus ipſe ſibi impoſuerit: tamen principaliora ſūt. Qui eſt: ⁊ Bonum. Prima pars patet per ſcripturam. Nomen meum Adonay magnum ⁊c̄. Secunda pars patet: quia Dioniſius excellentiſſimus theologus qui erat edoctus a doctore qui immediate habebat a ſancta trinitate ſcꝫ a ſancto paulo qui raptus fuit in tercium celum ⁊c̄. Dioniſius ille dicit ꝙ bonum ſit principalius Damaſcenus vero dicit quod: qui eſt ſit principalius nomē. Dicit ḡ Bonauētura Dioniſiꝰ attēdit in nomine perfectionem: quia ſm philoſophum. Bonum eſt perfectum. Damaſcenus autem abſolutionem. Bonū ẜm importat reſpectū cōmunicatiui vtercꝫ tamē proprietatem. Dicit ergo illa opinio ꝙ nomina que deus ſibi impoſuit ſunt propria ⁊ hoc quidem verum eſt

¶ Quartum dictū. Sed ꝙ vltimo dicit ꝙ omnia nomina que nos ei impoſuimꝰ ſunt tranſlatiua: hoc nō eſt verum: bene autem verum diceret ſi diceret aliqua. Cum enim cognoſcimus deum tripliciter vt in reſolutione proxime queſtionis habitum eſt. ſcilicet per effectum et per excellentiam et per ablationem ⁊c̄. Et omnibus his modis contingit deum nominare. Si per effectum: Nulla eſt ibi tranſlatio. ſimiliter ſi per excellentiam et ablationem. Patet quia tranſlatio attenditur ſm aliquam ſimilitudinē. Omnes enim transferētes ſm aliquam ſimilitudinem transferunt. ſexto topicorum

## Opinio ſancti Bonauenture

ſtat in vna diſtinctōne ⁊ tribus dictis. ¶ Diſtinctio eſt talis. Triplicia ſunt nomina aliquid in diuinis ſignificantia. Quedā nomina ſignificant rem

cuius veritas eſt in deo ⁊ oppoſitum eſt in creatura. ¶ Primū dictum. Omnia nomina talia dicūtur ꝓprie de deo ſic ꝙ per nullam ſimilitudinē: vt immēſus ¶ Correlariū. Talia nomina nō transferuntur ad diuina. Secundo ſunt que ſignificant rem cuius veritas eſt in deo: ſed ſimilitudo ē in creatura: vt ſunt omnia iſta que important perfectionem. ¶ Secundū dictum. Omnia talia nomina ſecundo modo dicta transferūtur ex creaturis ad diuina non ſm rem ſed ſm impoſitionem: quia prius impoſita ſunt creaturis. Tercio ſunt nomina que ſignificant rem cuius veritas eſt in creaturis ⁊ conſimilis proprietas reperitur in deo vt lapis et leo. ¶ Tercium dictū Omnia talia nomina tercio modo ſunt tranſlatiue dicta de diuinis. ¶ Correlarium reſponſiuum ad queſtionem Non omnia nomina dicuntur tranſlatiue de deo.

## Queritur quarto et vltimo.

Utrum omnia nomina dicta de deo dicantur ſm ſubſtantiā. ¶ Pro declaratione queſtionis. Notandum ꝙ vt vult Auguſtinus .v. de trinitate. Et eſt Regula theologicalis. Omne nomē dictū de deo vel dicitur ſm ſubſtantiā vel dicitur ſm relationem excepto iſto nomīe homo. Nam omnia nomina que dicunt de deo ſm ſubſtantiā ſunt cōmunia tribus perſonis. ¶ Notandū etiam ꝙ ſubſtantia capitur dupliciter. Uno modo ſubſtantia capitur vt eſt ens ꝑ ſe. Subſtantia vt eſt ens per ſe dicitur de omnibus in diuinis. Unde hoc modo relationes in diuinis ſunt ſubſtantie. Alio modo capitur ſubſtantia vt eſt ens ad ſe .i. abſolutum. hoc modo ſubſtantia diſtinguitur contra relationē. Et ſic capitur in titulo queſtionis. ¶ Prima ꝓpoſitio. Hoc modo nō omnia nomina de deo dicta dicuntur ſm ſubſtantiā. ¶ Secūda propoſitio. Nec omnia dicuntur de deo relatiue ſeu ſm relationē. ¶ Unde Illa dicuntur ſm relationem que ſunt nocionalia vel perſonalia. Quicquid autē dicitur ſm relationē eſt relatiuum ſed ille terminus homo nō eſt relatiuus terminus. ergo ⁊c̄.

## Reſolutio ſancti bonauenture

ſtat in vna diſtinctōne ⁊ quinqꝫ ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Diſtinctio eſt hec. Dici diuerſimode poteſt capi tripliciter. Primo modo ſm diuerſum modum eſſendi Eſt autē duplex modus eſſendi. ſcꝫ ꝑ ſe ⁊ per accidens. Secūdo modo ſm diuerſum modū intelligendi. Tercio modo ſm diuerſos modos ſe habendi. ¶ Prima propoſitio. Nulla nomina dicta in diuinis de deo dicunt ſm diuerſum modum eſſendi. patet. Quia in deo nullus eſt accidens ſed eſt vnus modus eſſendi ¶ Secunda propoſitio. Omnia ꝑdicata in deo que dicimus in diuinis dicunt ſm diuerſos modos intelligendi. Et bene patet in hac q̄ſtionis ſolutione ꝙ ſanctus Bonauētura nō poſuit diſtinctionem formalem inter attributa. Uñ non ſolum eſt dici diuerſimode ſecundo modo in nominibꝫ diuīs: ſed etiā oīmode id eſt ſm oīa genera dicere. Deus eñ dicit per modū ſubſtantie: ſapiens ꝑ modum qualitatis. immenſus per modum quātitatis. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Diuerſus modus ſe habendi eſt medius inter diuerſum modū eſſendi ⁊ inter diuerſum modum intelligendi. Diuerſus modus eſſendi dicit diuerſitatē eēntialē diuerſus modus ſe habendi arguit diſtinctionem realem perſonalē. Quomodo eñ ſe habet filius ad patrē? reſpōdetur tanq̄ productū ad producens. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Scd̄m diuerſum modum intelligendi nulla omnino attēditur in re diſtinctio. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Illa predicata dicuntur de deo ſm ſubſtantiā que

ſunt abſoluta et intrinſeca. Nomina ꝓ
relatiua dicuntur ſm relationē. ¶ Cor
relarium. Attributa ſignificata per mo
dum qualitatis dicũtur de deo ſm ſub-
ſtantiam.

Pro ſolutōne argumē-
torum ſequuntur quedã notabilia. Per
ſe aliquando opponitur illi ꝙ eſt per ac
cidens: aliquando illi qđ eſt ad aliud.
¶ Pro vltimo argumento Notandũ ꝙ
duplicia ſunt nomina relatiua in diui-
nis. Quedã ex ſuo principali intellectu
important relationē. quedam de ſecun
dario intellectu ſui important relationē
Que important relationē ex ſuo princi-
pali intellectu ſunt triplicia. Quedam
ſignificant relationē ⁊ referuntur vt pa
ter. Quedã important relationē ſed nõ
referuntur vt paternitas. Quedã nõ di
cunt relationem poſitiue ſed priuatiue.
vt ingenitũ. Nam dicitur ingenitũ. i. nõ
productũ. Que important relationē ex
conſequenti intellectu: ſimiliter ſunt tri
plicia. Quia quedam ſunt que dicũtur
relatiue tamen ex conſequenti: quia po-
nuntur pro relatiuis vt generare ⁊ gene
rari. Nam pater generat filium: filiꝰ ge-
neratur. Quedam dicuntur relatiue:
quia claudunt in ſuo ſigificato interius
relationem vt incarnari. Unde incarna-
ri nihil aliud eſt ꝙ facere incarnationē
cum hoc includens vnionem. Unde pa-
ter licet fecerit incarnationem illam be-
nedictam: nõ tamen terminat illam vnio
nem: quare nõ dicit incarnatꝰ. Senſus
enim eſt incarnatus. id eſt carni vnitus
Quedam dicuntur relatiue quia clau-
dunt relationem in ſuppoſitis vt ſimilis
⁊ equalis Non eñ ſunt ſimiles niſi quia
referuntur ⁊ diſtinguũtur. ¶ Notandũ
vlterius Qꝫ duplex eſt nomen. ſcꝫ ꝑme
impoſitionis ⁊ ſecũde impoſitionis. No
mina prime impoſitionis ſunt duplicia.
Quia quedam ſunt prime intentionis.
Alia ſecunde intentionis. Nomina pri-
me intentionis ſunt illa que ſignificant
veras res. Nomina ſecunde impoſitio-
nis dicuntur omnia illa nomina que ſi-
gnificant vlterius alia nomina vel alias
voces ſignificatiuas vel proprietates ea
rum. Exemplum primi. Nomen: verbũ
Exemplum ſecundi. Caſus. Genꝰ. Nu
merus. Figura. Item ſub alijs verbis.
Nomina prime impoſitõnis. ⁊ prime in
tentionis. Sunt omnia illa nomina que
ſignificant veras res. vt albedo: homo.
Sed nomina prime impoſitionis: et ſe
cunde intentionis. Sunt omnia illa no
mina que ſignificant intentiones ſecun-
das ſeu reſpectus rationis. vt Genꝰ: ſpe
cies. differentia ⁊c̄. ¶ Prima ꝓpoſitio.
Illud nomen tetragrãmaton nõ eſt no-
men ꝑme impoſitionis. Non enim ſigni-
ficat rem vt diſtinguitur contra vocem
Non enim ſignificat deuꝫ nec ſignificat
creaturam contra vocem diſt inguendo.
¶ Secunda propoſitio. Hoc nomē the-
tragrãmaton eſt nomen ſecunde impoſi
tionis. Probatur. Quia eſt nomen ſigni
ficans nomen q̃tuor litterarũ: qđ vix vel
oĩno nõ erat ꝓferibile. ꝑ ⁊c̄. Componit te-
tragramaton a tetra quod eſt q̃ttuor et
gramaton littera: quaſi nomen quattu-
or litterarum. Et nota ꝙ iſtud nomen
apud hebreos tante ſanctitatis reputa-
tur qđ non debeat nominari niſi a ſum-
mo ſacerdote: et ſolum in benedictioni-
bus fiendis in templo. Ideo loco illius
nominis pronunciatur hoc nomen ado-
nay ⁊c̄. Sicut apud nos hoc nomē deus
propter ſui ſanctitatem non eſſet licituꝫ
nominari: ⁊ vbicunqꝫ inueniret ſcriptuꝫ
loco illius ꝓnunciaretur dominus. Et
hoc modo tranſlatio noſtra. Exodi. vi.
(vbi dicitur in hebreo: et nomen meum
tetragramaton non indicaui eis) habet
Adonay loco nominis domini Tetra-
gramaton.

relatiua in diuinis.

CIrca diſtinctio/nem viceſimātercia3 primo queritur Utrum debuerit in diuinis transferri nomē perſone. ¶ Iſta eſt viceſimatercia diſtinctio in qua magiſter agit de trib9 nomi/nibus ſc3 perſona ſubſtantia et eſſentia. Declarationem huius termini perſona quere ſecūda diſtinctione. ¶ Hoc nomē perſona poteſt capi quatuor modis: vt colligitur ex preſenti queſtione Bona/uenture. Primo modo dicitur perſona quidā hiſtrio repſentator cōmediarum z tragediarū. Vñ idē eſt pſona latine z grece proſopon. vñ pmo mō ē hō larua/tus. i. habēs laruā ſeu obtectam faciem z hoc vt magis fingeret perſonā quā re/pſentare voluit. Et differūt comedie z tragedie: Quia in comedijs ſolum nar/rabantur facta ſimplicium ſeu plebeio/rum: In tragedijs vero facta regū et ma gnatū. Sed z alie ſunt differentie. Alio modo capitur perſona pro accidēte ſeu pro aliquo modo ſignificandi accidenta li alicuius partis orationis: z ſic ego eſt prime perſone. Tercio modo capitur p aliquo homine habēte gradum eminen/tie in eccleſia dei: vt epiſcopus z curat9. Et etiam eſt quedam tranſſumptio. Quarto modo capitur perſona p ſup/poſito nature intellectualis. Huius in/telligentiam z declaratione quere ſecun da diſtinctione huius primi.

## Reſponſio ſancti Bo/nauenture

ſtat in aliquibus ppoſitioni/bus et Correlarijs. ¶ Prima ppoſitio. Perſona de ratione ſui dicit ſuppoſitū diſtinctum aliqua proprietate ad digni tatem pertinent. Unde duo requirun/tur ad perſonam. primo eñ q ſit ſuppo/ſitum. ¶ Correlariū primū. Nullum ac cidens eſt perſona. patet quia nullu3 ac/cidens poteſt eſſe ſuppoſitum cum om/ne accidens ſit communicabile vt quo.

¶ Correlariū ſecundum. Nullum ſupe rius de genere ſubſtantie ē perſona quia omne tale eſt cōmunicabile. Correlariū terciū. Natura humana vnita verbo di uino nō eſt perſona neq3 ſuppoſitum: pa tet eadē ratione. ¶ Correlariū quartū. Anima intellectiua nō ē pſona Secūda cōditio q ſit diſtinctū aliq ppꝛietate zc. ¶ Prima ppoſitio. Omnis pſona eſt na tura intellectualis vel in ipſa: quia ſola talis habet dignitatem ſuper alia.

¶ Secunda ppoſitio. Nullum indiui/duum de genere ſubſtantie aliud ab in/diuiduo hominis z angelice nature ē p/ſona: Unde perſona dicitur quaſi per ſe vna. Sed illud eſt per ſe vnū qd eſt indi ſtinctum in ſe z diſtinctū a quolibet alio Sed nihil eſt magis tale q ſuppoſitum diſtinctum. ergo ſuppoſitū diſtinctū eſt pſona. Rurſum perſona dicitur a per/ſonando quaſi per ſe reſonādo. Reſona/re autem dicitur qd in ſono eminet alijs Et ideo perſona dicitur ſuppoſitum di ſtinctum habens dignitatē. Cetera vide in textu.. ¶ Correlarium reſponſiuum. Hoc nomē perſona ꝯuenientiſſime trāſ/fertur ad diuina. ¶ Pro ſolutōe ſcdi ar gumenti Nota aliqs ppōnes. ¶ Prima ppō. In diuinis pprie loquendo non eſt pticulare q2 nō eſt ibi ps: nec habēs ſe p modū partis. ¶ Scda ppō. Hoc nō ob/ſtante in diuinis ē pſona q2 pſona de rōe ſui nois importat pfectionē. Et licet in creaturis ſic ſit q omē ſuppoſitū ſit par ticulare z nō ecōuerſo. Nō tñ ſic eſt in di uinis. Itē licet ſit maxima cōpoſitio in/diuidui ſubſtantie materialis rōnalis: vt ſit dignius alijs. hoc tamē accidit ra tioni perſone. Eo eñ q homo eſt in ge/nere ideo oportet q ſit eggregatio mul/tarum differentiarū zc.

## Querit ſecundo. Utrū

nomen ſubſtantie dici debeat in diuinis. ¶ Pro declaratione termino2 nota Q/ ſubſtantia capitur tripl'r. Uno mō pro/

prie ꝛ ſic dicif aliqđ ens per ſe qđ nō ē in alio. Hoc mō ſubſtantia ſolū dicitur de deo: ꝛ de omnibꝫ reponibilibꝫ in predicamento ſubſtantie. Alio mō cōmuniter: ꝛ ſic dicif ens a ſe: hoc mō dicif de deo et de tribꝫ pdicamētis pmis. Ens em̄ abſolutum ꝛ ſubſtantia hoc mō ꝯuertuntur Tercio mō capitur ſubſtātia magis cōmuniter: ꝛ ſic ſumitur pro eſſentia alicuius rei. hoc mō repitur in omnibꝫ rebus Unde capiēdo ſubſtantiā tercio modo idē eſt eſſe ſubſtātiale ꝛ eſſe q̇dditatiuū.

## Reſolutio queſtionis.

ſtat in vna diſtinctione ꝛ q̇buſdā ꝑpoſitionibꝫ. ¶ Diſtinctio ē talis. Subſtantia proprie dicta capif dupl̄r. Uno modo vt dr̄ a per ſe ſtando. Alio mō prout dicif a ſubſtando alij vel alijs. ꝛ hoc tripliciter. Quia vel alij inherenti vel alij diſtinguenti vel alij ꝑficienti. ¶ Prima ꝑpō. Capiendo ſubſtantiā ꝑprie dictaꝫ primo mō: ꝑpꝛijſſime inuenif nomē ſubſtantie in deo. Nam oīa alia dependent a deo. ¶ Scđa ꝑpō. Capiendo ſubſtantiam vt dicif a ſubſtando alij tanq̄ inherenti: nullo mō dicif in diuinis. patet qꝛ quicq̇d eſt ſubſtātia hoc mō pōt ſuſcipe accidens. ¶ Tercia ꝑpoſitio. Capiēdo ſubſtantiā vt dr̄ a ſubſtando alij tanq̄ diſtinguēti: poteſt aliquo mō ꝑprie dici ſubſtātia in diuinis: licet nō omnimode proprie. patet quia paternitas ꝛ filiatio ſunt in eſſentia diuina diſtinguētes pſonas. ſcđa ps patꝫ: qꝛ ſemꝑ inter illud qđ ſubſtat et cui ſubſtat ē diſtinctio realis. Non ſic ē in diuinis. Uñ Richardꝰ dicit ꝙ melius dr̄ exiſtentia q̄ ſubſtantia. ¶ Quarta ꝑpō. Subſtantia vt dicif a ſubſtando alij vt ꝑficienti: magis ex noſtro intellectu euenit q̄ ex diuio eſſe Eſt em̄ iſte modus magis circa noſtrū intelligere q̄ circa diuinum eſſe.

## Querif tercio. Utrum

nomē eēntie dici debeat in diuis. Declarationem huius termini eſſentia habes diſtinctione ſecunda.

## Reſolutio queſtionis.

ſtat in duabꝫ ꝑpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝑpoſitio. Quatuor ſunt vocabula greca ꝛ quatuor latina eiſdē correſpondentia q̇bus doctores catholici vtunf ꝛ vti pñt licite in diuinis. Greca ſunt vſia vſioſis ipoſtaſis ꝛ proſopon. Uſia correſpōdet eſſentie. vſioſis ſubſtātie. ipoſtaſis ſubſiſtentie. ꝛ proſopon pſone. Prima ſufficientia aſſignatur ſic. quicq̇d ē in diuinis aut eſt cōmunicabile aut incōmunicabile. Si primū hoc eſt dupl̄r vel dicit q̇o eſt: vel dicit qđ eſt. Si primū ſic ſignificatur ꝑ hoc nomen eſſentia. Si ſcđm ſic ſignificaf ꝑ hoc nomē ſubſtantia. ¶ Correlariū. Illa duo noīa eſſentia ꝛ ſubſtantia tenēt ſe a ꝑtecōmunis. ¶ Scđa ꝑpō Quicq̇d ē incōmunicabile in diuinis ē diſtinctū. Illud ꝗ qđ eſt incōmunicabile in diuinis vel eſt diſtinguibile ꝛ ſic ſignificaf noīe ſubſiſtentie ſiue ipoſtaſis: vel inquantū diſtinctū ꝛ ſic ꝑ nomē ſubſtantie. Sed in hoc deficit iſta ſufficientia eo ꝙ diſtinctum ꝛ diſtinguibile oīno idē ſunt in deo Tñ hoc bñ euadunt moderni: eo ꝙ dicūt duplici noīe poſſe ſignificari: tñ nō recipif a bonauētura. ꝛ h̄ qꝛ greci vtunf vocabulo qđ ſignificat actu diſtinctū ꝛ nō aliquo qđ ſignificat diſtinguibile ꝛc̄. vt in textu. Igif licet iſta q̇tuor inuenianf in diuinis quo ē. quid ē. qui ē. ꝛ quis ē. Non tñ differunt ex natura rei ſed ſolū penes nr̄m modū intelligendi. Poſt primā ꝗ ſufficientiā ponit ſctūs Bonauentura duos alios modos ſufficientie ꝛ poſtea oēs tres reprobat ponēs quartū. Quarta ſufficientia ſctī bonauenture: licet parū a modernis doctoribꝫ differat ē hec. Cū fides dicat deum eſſe trinū ꝛ vnū inquantū dicit vnū nō poſſumus intelligere vnū quin intelligamꝰ quod ē ꝛ quo ē vnū. ꝛ quo ē vnū eſt id quo eſt: ꝛ quod ē vnū eſt id qđ eſt.

primū eſt eſſentia. ſecundum ſubſtantia Si intelligamus trinū neceſſe ē vt intelligamus eum qui diſtinguitur ⁊ quo diſtinguitur: hoc eſt proprietates. Ille autem qui diſtinguit̄ ſemꝑ ſignificatur vt diſtinctus. Et hoc poteſt eſſe dupliciter vel vt diſtinctus proprietate quacunq̄: et ſic ſignificatur nomine ſubſiſtentie q̄ dicitur prima ſubſtantia vel diſtinctum notabili proprietate ⁊ ſic dicit̄ ꝑſona.

Circa ſecundum articulum Querit̄ primo. Utrū ī diuinis numeretur hoc nomen ſubſtantia hoc eſt querere vtrum katholice poſſumus dicere ꝙ numeret̄ ſubſtantia ſeu ꝙ ſint tres ſubſtantie: ⁊ ꝯiungendo vtrum ſint tres ſubſiſtentie.

## Reſolutio queſtionis.

ſtat in vna diſtinctione ⁊ aliq̄bꝫ ꝓpōnibꝫ. ¶ Diſtinctio ē hec. Subſtantia capitur dupliciter. Uno mō put idē qđ ꝑ ſe ſtans Alio modo inquantū ſtat ſub alio. id ē ſub proprietate. Et ē aduertendū etiā ꝙ quodlibet iſtoꝝ nominū tam ſubſtantia q̄ȝ ſubſiſtentia importat actum ⁊ prepoſitionem. Patet quia ſubſtantia vno modo idē eſt qđ per ſe ſtās. Alio modo idem eſt ꝙ ſtans ſub alio. Non ſub alio quod inhereat: ſed ſub proprietate cui ſupponitur. ¶ Prima ꝓpoſitio. Capiendo ſubſtantiā primo modo tunc dico ꝙ ē vna in diuinis ⁊ nullo modo numerat̄. ¶ Secunda propoſitio. Capiendo ſubſtantiam ſecundo modo inquantū dicit reſpectum ad proprietatē tunc numeratur ⁊ ſic capitur pro perſona. ¶ Correlarium. Subſtātia primo modo capta coreſpōdet huic vocabulo greco vſioſis ¶ Corelariū. Subſtātia ſecūdo modo capta correſpondet huic vocabulo greco qđ ē ipoſtaſis: Et hoc modo accipiūt Hilarius. Anſhelmus: ⁊ aliquando ſic vſi ſunt. Sanctꝰ aūt Auguſtinꝰ ⁊ Hieronymus capiūt primo modo. Unde ſi quis noſtris temporibꝫ vellet vti ſecūdo modo tres dicens eſſe ſubſtātias articularetur pariſiꝰ ⁊ hoc propter morē vtenſium: et hoc ē ꝙ innuit doctor ſeraphicꝰ in fine huius queſtionis.

## Querit̄ ſecundo. Utrū

numeretur hoc nomē eſſentia in diuinis ⁊ ē ſenſus vtrū in deo ſint plures eſſentie

## Reſolutio q̄ſtiōis ſtat

in ſex ꝓpoſitionibus ¶ Prima ꝓpoſitio. In omni ſubſtantia cuius ē eſſe ⁊ operari: neceſſario intelligimꝰ naturam ⁊ habentem naturā. ⁊ hec ſupponit̄ a Bonauentura tanq̄ȝ maxima eo ꝙ actus ſunt ſingulariū. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Et ē correlaria ad primā. Cum in deo ſit eſſe et operari neceſſario intelligimus naturaȝ in deo ⁊ habentē naturaȝ. ¶ Tercia propoſitio. Naturam in diuinis vocamus eſſentiam: habentē naturā dicimus perſonas. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Quomodo in creatura rationali contingit vnam et eandem perſonā habere plures naturas mere diſtinctas. ſcꝫ corporalē ⁊ ſpūalem ſic ⁊ a ꝯtrario ſenſu ꝯtingit in deo ꝓpter ſummā ſimplicitatē vnā naturā a pluribus haberi: quia ꝯtingit eā haberi alio ⁊ alio modo: quia pater habet a ſe: filius a patre: ⁊ ſpirituſſanctus a patre ⁊ filio ¶ Quinta ꝓpō. Quia ergo ē vna ⁊ eadē natura tm̄ habita in diuinis ⁊ nō numerata: ideo dicit̄ tm̄ vna eſſentia. Ex hoc ſequitur ꝙ nō numerat̄ nomen eſſentie. ¶ Sexta propoſitio. Quia vero ſunt plures habentes naturam eandē in diuinis: ideo ſunt plures ꝑſone. Unde Auguſtinus improprie loq̄tur ſexto de trinitate. Cur hec tria nō dicantur vna ꝑſona ⁊ loq̄tur ibi de perſonis ꝓpter maiorem expreſſionē: ſed nullo modo vtendum eſt talibꝫ locutionibꝫ. nam imediate quis articularetur pariſiꝰ. Unde re

gula eſt. In maſculino genere vel femi/
nino genere ens ſolū ponit numerū cir/
ca ſuppoſitum ſeu trahit numerū a ſup/
poſito cui adiūgitur: vt ſunt tres entes
pater filius ⁊ ſpūſſanctus. i. tres perſone
In neutro eñ genere nō ſolum numerat
ſuppoſitū: ſed etiam forma. vnde nō de/
bet admitti ſed debet Auguſtinus glo/
ſari: cū dicit hec tria intellige tu ſcʒ ſup/
poſita. Termini autem numerales ⁊ ter
mini partitiui vt alius alter poſſunt di/
ci de ꝑſonis diuinis in maſculino ⁊ femi
nino generibus nō autē in neutro: quia
neutrū genus dicit eſſentiam. Non ergo
dicūtur plura entia in diuinis: ſicut nec
plura eſſe: quia idē eſt eſſe ⁊ eſſentia.

## Queritur tercio. Utrū

catholice poſſimus dicere plures deos.

## Reſolutio queſtionis.

Stat in trib⁹ ꝓpoſitionib⁹ ¶ Prima ꝓ/
poſitio. Catholice poſſumꝰ dicere plu/
res deos nūcupatiue. i. abuſiue. Probat
Catholice eñ locutꝰ eſt apl'us cū dicit.
Siquidē dij multi et dñi multi. ¶ Se/
cūda ꝓpoſitio: Catholice poſſimus dice
re plures deos adoptiue. probat. Quia
omnis natura rōnalis creata beatifica/
bilis ē deus adoptiue: ſed cōſtat ꝙ plu/
res ſunt tales ergo ⁊c̄. ¶ Tercia propō.
Impoſſibile ē vere et catholice dicere ꝙ
ſint plures dij eſſentialiter. Probatur.
Numerus eñ pluralis ſeu terminꝰ plu/
ralis ponit ſeu ſignificat plurificationē
ſm̄ ſuppoſitum ⁊ formam: ⁊ hoc ſi adda
tur termino ſubſtantiuo. Si autem ad
datur termino adiectiuo ſolum impor/
tat plurificationē ſuppoſitorum. Unde
hec eſt catholica. In diuinis ſunt plu/
res creantes ſed dicere pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpi/
ritusſanctus ſunt tres creatores nō reci/
pitur. De hoc vide Scotum. xij. diſtin/
ctione primi. queſtione prima. ante ar/
gumentorum principaliuʒ ſolutionem.
¶ Regula eſt quādo terminus numera
lis additur adiectiuo ſolum dicit mul/
tiplicationem ſuppoſitorum: ſed quan/
do ſubſtantiuo nō ſolum dicit multipli/
cationem ſuppoſitorum ſed etiaʒ forma
rum.

## Pro ſolutione argumē

tor̄ Notādū ꝙ ad ꝑmū argumētū ē rñſio
duplex. Una ē ꝙ habens deitatē pōt di
ci neutraliter ⁊ maſculine ⁊c̄. quere in lit
tera. ¶ Ad vltimum argumentum po/
nit duas ſolutiones quarum ſecunda eſt
melior. ¶ Ex iſtis duarum queſtionum
reſolutionibus patet ꝙ de rigore ſermo
nis iſte ſunt falſe. Eternus pater: eternꝰ
filius: eternus ſpiritusſanctus Et tamē
nō tres eterni: ſed vnus eternus. nec tres
immēſi ſed vnus immēſus ⁊ ſimiles. Et
patet: quia ipſe dicit: ſed tote tres perſō/
ne coeterne ſibi ſunt ⁊ coeq̄les. ⁊ ⁊c̄. Igit
notanduʒ ꝙ ſanctꝰ Athanaſius qui erat
magnus doctor fecit ſimbolum magis
pro omniuʒ vtilitate ꝙ̄ pro ſolis doctis
ideo non curauit quo ad omnia proprie
loqui: ſed in pluribus improprie eſt lo/
cutꝰ. Unde inter alia que dixit ait. Si/
cut anima rationalis ⁊ caro vnus eſt ho
mo: ita deus et homo vnus eſt chriſtus.
tamē patet ꝙ ibi eſt compoſitio: hic autē
nō. Similiter dicit nec tres increati nec
tres immenſi ⁊ tamen ſunt tres creantes
ergo tres omnipotentes quia eadem eſt
potentia creatiua ⁊ omnipotentia.
¶ Aliter reſponderet Sanctus Bona/
nauētura (vt videtur) de iſta. Non tres
eterni vt habetur ſecūda queſtione vice/
ſimequarte diſtinctionis. Qr eternitas
ſolum dicitur eſſentialiter nō perſonali/
ter ſicut vnus. Nihilominus tamē quo
ad rigorem ſermonis videtur tenere hoc
argumentū ſunt tres creantes. ergo tres
omnipotentes. Antecedens eñ concedi/
tur ⁊ cōſequentia probatur: quia apud
omnē doctum idem ſunt omnipotentia
⁊ potentia creatiua. ergo ⁊c̄.

Circa diſtinctio-
nem viceſimãquartã q̃ritur
primo Utrũ hoc nomẽ vn⁹
dicaꝛ in diuinis ꝓuatiue vl̃
poſitiue. Pro q̊ notãdũ q̊ triplex ẽ ter
min⁹ numeraꝛ. Aliq̃s ẽ pure numeralis
ꝛ eſt ille q̊ ſolũ importat numerũ vt tres
Alius ẽ numeralis ꝛ partitiuus ſimul:
ꝛ ẽ termin⁹ importãs numerũ vel princi
pium numeri ꝛ cũ hoc diſtinctionẽ vni⁹
ab alio vt vn⁹. Et de illo ſunt due prime
q̃ões. Tertius ẽ qui includit vtrũq; .ſ.
terminũ pure numeralẽ ꝛ terminũ nume
ralem ꝛ partitiuũ: vt trinitas q̊ termin⁹
importat numerũ pure ſcʒ tres ꝛ cũ hoc
diſtinctionẽ pſonarum. De his vltimis
duob; ſunt alie q̃tuor q̃ſtiones. Et no-
¶ Correlarium duodecimū. Licet paſſio xpi fuerit ſolum efficaciter oblata et accepta pro electis non tamen pro omnibus predeſtinatis: quia nō pro angelis: ſed tm̄ pro hominibꝰ. Probaꝛ. Quia ſi paſſio xpi fuiſſet pro angelis oblata efficaciter: hoc aut eſſet ꝓ bonis aut malis. Non malis ptz. nec pro bonis ptz: quia tm̄ propter peccata mortuus: et paſſus eſt xps. Nam angelos nuſꝗ̄ apphēdit gloſa. i. nunꝗ̄ ꝓpter angelos paſſus eſt.

¶ Auguſtinus tripliciter deſcribit pdeſtinationē. Primo in libro de fide ad petrum dicens. Predeſtinatio eſt gratuite donationis pparatio. i. preordinatio alicuius creature intellectualis ad gloriam facta a volūtate diuina. Uñ Eſaias ait ꝙ oculus non vidit nec auris audiuit zc̄. que preparauit deus diligentibus ſe et hoc ꝗ̄tum ad preparationem. Dicitur ſcđo gratuite donationis. Patet eñ ꝙ gratia gratis datur alioquin non eſſet gratia: z ſic per ſcđam particulam non ſolum gloriam: ſed etiam alia media intelligamus. ¶ Idē Auguſtinꝰ diffinit eam in libro de bono perſeuerātie dicens. Predeſtinatio eſt preſcientia beneficiorū dei et hoc concomitanter et pſuppoſitiue. ¶ Tercio in libro de predeſtinatione ſanctorum et magis proprie. Predeſtinatio eſt propoſitum miſerendi. Et debet ſic intelligi. predeſtinatio eſt propoſitum dandi vitam eternam. Unde miſericordia vno modo capitur large pro liberalitate. Hoc modo accipitur in illa auctoritate Pauli vbi dicit gloſa cui vult miſeretur id eſt miſericorditer vitam eternam largitur. Et ſic capitur in iſta deſcriptione. Predeſtinatio enim non habet pro obiecto malum: ſed ſolum gloriam. Alio modo accipitur ſtricte ſm ꝙ dictum eſt zc̄.

¶ Correlarium primum. Licet propoſitum: electio z predeſtinatio ſint idem realiter z ſm rem in deo: diſtinguuntur tamen ratione. Propoſitum enim nihil eſt niſi velle aliqđ facere. Unde ille proponit qui firmiter vult aliquid facere. Electio autem addit aliquid inꝗ̄tum ſcilicet vult illud diſtinguendo contra oppoſitum: et ſic addit ſegregationem. Si enim omnes vellet beatificare diceretur propoſitū: non autem electio. Predeſtinatio dicit aliquem firmiter aliqđ velle facere: z cum hoc conotat ſegregationem: z tercio cōnotat gloriā eternā zc̄.

¶ Secundum correlariū. Propter identitatem realem illorū trium: ſacra ſcriptura quandoꝗ̄ et doctores ſacri vtuntur vno nomine pro alio. Unde. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperamur in bonum: his qui ſm propoſitum. Gloſa id eſt ſm predeſtinationem zc̄. Ibi dicitur in gloſa ordinaria ꝙ etiam peccata cooperantur predeſtinatis in bonum ſcꝫ vt ſint cautiores: humiliores z feruentiores. Exemplum de ſancto Petro quem deus cadere permiſit: vt illum poſtea cautiorē redderet. Scđo patet exemplū de milite habente multas cicatrices: et hoc ꝓ beatis.

¶ Tercium correlariū. Gloria: vita eterna: beatitudo: viſio clara z fruitio ſeqns illā clarā viſionē oibus modis idē ſunt Et dicit vita eterna a pte poſt: nō a parte añ. ¶ Correlariū quartū. Ille ſolus dicit pdeſtinatus cui pᵽoſuit de⁹ dare vitā eternam. Unde. Cui vult miſeret z quē vult indurat. i. non miſeret. Miſericordia eñ ppriiſſime loquendo reſpicit pro obiecto ſuo miſeriā vel pene vel culpe: z ſic ſemp h3 pro obiecto remoto malum. Obiectū aūt ppinquū ipſius miſericordie eſt nolle miſeriā eē in alio: propriiſſime eñ ſm aliqs null⁹ dr̄ miſereri ſui Illud aūt obiectū ppinquū miſcdie (ſicut etia3 cuiuſlibet virtutis moralis obiectū ppinquū) eſt actus ad quem inclinat miſericordia talis habitus.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in ſex dicis. ¶ Primū dictū. Predeſtinatio duo dicit ſeu importat ſc3 pncipale ſignificatū z cōnotatū. ¶ Scdm dictum. Principale ſignificatū predeſtinationis eſt ipſa diuina volitio q̄ nihil aliud eſt q̄ eſſentia diuina. Nec tamen doctor ſubtilis cū dicit q ſit diuina volitio ɔtradicit ſancti Bonauē. ſed ſubtiliat z iuuat textum ſcti Bonauētu. ¶ Terciū dictū. Connotatū ipſi⁹ pdeſtinationis eſt triplex creatura. ſ. gratia gloria z ipſa pſona ſaluāda. Ex his pz diffinitio Scoti data de pdeſtinatione. ¶ Quartū dictū. Predeſtinatio importat illa duo ſc3 principale ſignificatū et ɔnotatū nō abſolute: ſed cū ordine añceſſionis vnius ad alteru3 ſc3 cū ordine añceſſionis diuine volitionis et eſſentie diuine ad connotatū: ſicut eternū tpale. ¶ Quintū dictum. Quia principale ſignificatū pdeſtinationis eſt eternū: ido pdeſtinatio iudicanda eſt eterna. ¶ Sextum dictu3. Quia predeſtinatio importat ſuum principale ſignificatu3 cum ordine anteceſſionis ad ɔnotatum et illa anteceſſio eſt eterna: predeſtinatio erit eterna.

## Scdo queritur. Utru3

predeſtinatio principalius importet ſcientiā an voluntatē. ¶ Reſolutio queſtionis ſtat in tribus ppoſitionib⁹. ¶ Prima ppoſitio. Cū predeſtinatio ſignificet diuinā eſſentiā: vt cauſam gr̄e z gl̄ie z hoc ſm ordinatā diſtributionē gr̄e et glorie: q̄tum eſt de ſe non tm̄ importat ſcientiā: ſed etiā voluntatē z potentiam Impoſſibile eſt eñ q deus predeſtinauerit aliquē quē non pſciuerit. ¶ Scda ppoſitio. Quia cauſalitas gr̄e z glorie attribuit pprie volūtati: vt efficiēti: ſed ſciētie vt diſponenti: z potētie vt exeqnti. Ideo etſi predeſtinatio importet illa tria: tn̄ principalius importat voluntatem. i. actū volūtatis. Scdm Bonauē. tn̄ z alios doctores etiā Scotū potētia dei non eſt aliud niſi volūtas dei. ¶ Tercia propoſitio. Quia predeſtinatio importat illa tria vel formaliter vel concomitanter vel pſuppoſitiue. Hinc eſt q Auguſtin⁹ diffinit eā p illa tria. Quo aūt intelligende ſint ille diffinitiones ſuperius dictū eſt.

Circa ſcdm articulum in ſpāli querit de neceſſitate predeſtinatiōis. Primo Utru3 predeſtinatio inferat neceſſitatē ſalutis libero arbitrio. ¶ Nota q duplex eſt neceſſitas. Quedam eſt conſequētis: z eſt illa qua aliquid ita eſt q non pōt non ita eſſe: vł qua ita ſit vt non poſſit oppoſitū eius fieri. Et dicit abſoluta. De iſta neceſſitate abſoluta eſt preſens q̄ſtio: z eſt ſenſus Utrum predeſtinatio abſolutā neceſſitatem ſalutis inferat predeſtinato: ſic q liberū arbitrium eius neceſſario ſimpliciter operetur meritorie. Seu ſuppoſito q ſim predeſtinat⁹. Querit. Utrū iſta ſit neceſſaria ego habebo gloriam. Alia eſt neceſſitas ɔſeqntie que eſt qua

vna ꝓpoſitio ſiue neceſſaria ſiue contingẽs: in bona ꝯſequentia infert aliã ſiue cõtingentẽ ſiue neceſſariã. Et de illa nõ eſt queſtio: quia oẽs doctores cõcedunt nec ẽ difficultas quin ſit neceſſaria conſequentia. Deus p̄deſtinauit iohannẽ ergo ſaluabit᷑. ¶ Itẽ duplex ẽ ſalus creature rõnalis ſcꝫ efficiens ſiue effectiua minus principalis ⁊ meritoria. Et ẽ xp̄us ſm humanã naturã. Unde. Nos autẽ gloriari oportet in cruce dñi noſtri ieſu xp̄i in quo ẽ ſalus nr̃a ⁊c̃. Alia ẽ efficiẽs principalis. Et ẽ tota trinitas. Licet ergo chriſtus ſm naturam humanã ſit redemptor noſter effectiue: meritorie ſcꝫ hoc tñ eſt minus p̄ncipaliter. Trinitas autẽ tota ẽ principalis redemptrix nr̃a. ¶ Nota ꝙ adhuc duplex ẽ ſalus. Quedam ẽ obiectiua ⁊ ẽ ipſa diuina eſſentia. Alia ẽ formalis ⁊ ẽ ipſa clara viſio ⁊ fruitio eſſentie diuine. ¶ Correlariũ. Beatitudo formalis: ſalus formalis: finis ſupnaturalis: fruitio cũ viſione ſunt idem.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in vna ꝯcluſione. ¶ Concluſio. Predeſtinatio non infert neceſſitatem ſaluti nec ĩfert neceſſitatẽ libero arbitrio. Oppoſitum huiꝰ ꝯcluſionis ẽ hereticũ. Probatur: quia p̄deſtinatio qua deus predeſtinauit hominẽ velle ſaluare nõ violentat liberũ arbitriũ nec cogit: ſed ſtat cũ ipſo dimittens eũ in ſua libertate ⁊ contingentia: ergo p̄deſtinatio nõ infert neceſſitatẽ libero arbitrio. Antecedẽs perſuadetur. Quia ſic cõtingenter quis facit bona opera vel mala cũ eſt p̄deſtinatus: ſicut ſi deus cum nõ predeſtinaſſet. Unde concluſione poſita dicit ſanctus Bonauentura. Quoniam p̄deſtinatio nõ eſt cauſa ſalutis niſi includendo merita ⁊ ita ſaluando liberum arbitrium Hec ille. Sicut eñ ſi velit quis iohanni cras aliquid dare: nõ tollit aliquid a libero arbitrio eius: ſic nec deus.

## Pro ſolutõne argumẽtorum

Notandũ ꝙ preſcientia duo importat. ſcꝫ rationẽ preſcientie: ⁊ rationẽ cauſe. Importat cauſalitatem ſcꝫ reſpectu gratie ⁊ glorie. ¶ Correlariũ. Deus non ẽ tota cauſa ſalutis tue: ſed cum voluntate tua. Quid autẽ frangis caput tuum per diuerſas cogitationes ⁊ fantaſias Facienti qđ in ſe ẽ deus nunꝙ deficiet. Unde quidã doctor. Si nõ es predeſtinatus fac vt p̄deſtineris. Unde in poteſtate tua ẽ damnari vel ſaluari: Nã xp̄us dixit. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Nouit deus mutare ſententiam ſi tu noueris mutare vitã. Unde ſi habes melancoliã ꝙ deus p̄ſciuerit te ad penã dico tibi fac quod conſulo tibi. Et tibi aſſero ⁊ promitto ⁊ pro te in die iudicij reſpondebo. Conuertaris a via tua mala: ⁊ a ſtudijs tuis inutilibꝰ. a tali occupatione tui intellectus vaniſſima ⁊ exerce te in amore ⁊ delectatione diuine benignitatis infinite: ⁊ ſaluaberis ꝑſeuerando. Quero eñ a te quare xp̄us venit in mundũ predicans ⁊c̃. Reſpondebis: propter ſalutem peccatoris. Si ego ſtans in colle viderem diuerſas vias vnam ad franckfordiã: aliam ad argentinam: ⁊ terciã ad moguntiã ⁊c̃. Quere illud in ſancto Bonauentura: quia valde clare ibi ponitur.

## Mouet igit᷑ circa quartum Argumentum queſtionem talem.

¶ Utrum p̄deſtinatus poſſit damnari

Tota reſolutio doctoris ſtat in quinꝙ ꝓpoſitionibus ⁊ vna ratione. ¶ Prima ꝓpoſitio. Hec propoſitio p̄deſtinatus poteſt damnari: eſt ſimpliciter vera: ⁊ ſine diſtinctione cõcedenda. Et poteſt ꝓbari ſic. Omnis ꝓpoſitio eſt ſimpliciter concedenda que ſic ſignificat ſicuti eſt: ſed iſta eſt huiuſmodi. ergo eſt ſimpliciter concedenda. In hac ꝓpoſitione Scotus ⁊ moderni doctores nõ ſunt cum eo

quia diſtinguunt eam. ¶ Secunda pro/
poſitio. Quāuis hec ꝓpoſitio p̄deſtina'
tum damnari eſt poſſibile: vel p̄deſtina
tum poſſe damnari ē poſſibile ſit diſtin-
guenda: quia poteſt eſſe de re vel de di-
cto. i. de ſenſu diuiſo vel cōpoſito. Hec
tamen nō eſt diſtinguenda: p̄deſtinatus
poteſt damnari. Unde ſm ipſum ē diffe
rentia inter modalez in qua ponitur di/
ctum ſcȝ in accuſatiuo: ⁊ inter modalem
in qua ponitur ſignificatū dicti in recto
¶ Regula. Omnis propoſitio modalis
in qua ponit̉ dictū ꝑ actm̄ ⁊ ꝟbū infiniti
ui modi eſt diſtinguenda: quia vel eſt de
re vel de modo ¶ Secūda regula. Om
nis ꝓpoſitio modolis in ſenſu diuiſo ſꝫ
dicit̉ eſſe de re. In ſenſu vero cōpoſito di
citur de dicto. vt clare patet in iſto Ex-
emplo. Album eſſe nigrum eſt poſſibile
Si eſt de dicto tunc ſenſus eſt. Hec pro
poſitio albū eſt nigrū eſt poſſibilis. Si
vero eſt de re tunc valet tantū. Resque
modo eſt alba poſtea pōt eſſe vel fieri ni
gra. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Iſta ꝓpoſitio p̄
deſtinatus poteſt damnari poteſt intel/
ligi ſeu imaginari triplicem habere cau
ſam veritatis. Prima eſt ſic ꝙ p̄dicatuȝ
poſſit ieſſe ſubiecto capto ſub forma im
plicata: ⁊ ſic tunc eſt ſenſus p̄deſtinatus
vt p̄deſtinatus pōt damnari. Alia eſt ꝙ
p̄dicatū poſſit ineſſe poſt formā implica
tam ſic ſcȝ ꝙ poſtq̄ȝ quis fuit p̄deſtinat⁹
heri hodie damnaret̉. Tercia ē ꝙ predi/
catum poſſit ineſſe ſubiecto non ſub for/
ma implicata nec poſt formā implicatā
ſed pōt ineſſe ſubiecto abſolute ſumpto
¶ Quarta ꝓpoſitio. Licet hec propoſi
tio predeſtinat⁹ poteſt damnari in duo-
bus primis ſenſibus nō poteſt eſſe vera
tamen in tercio eſt vera. De primo patet
quia ſicut album manens album nō po/
teſt eſſe nigrum: ſic nec p̄deſtinatus ma/
nens vel inquantū eſt predeſtinatus po-
teſt namnari. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Quo
cunq̄ȝ modo predicatuȝ illius ꝓpoſitio/
nis predeſtinat⁹ poteſt damnari poteſt
ineſſe ſubiecto illo modo ipſa eſt ſimpli-
citer concedenda. Sed illud ſolum eſt
tercio modo. ¶ Ratio. Tam fides q̄ȝ ra
tio clamant ꝙ hec cōſequentia eſt bona.
Iſte eſt predeſtinatus ergo ſaluabitur.
Hec eſt ſuppoſitio. Sed conſequens il-
lius cōſequentie eſt cōtingens. ergo etiā
autecedens illius ē contingens. Qui di
ceret contrariū huius: totam artem ſilo
giſticam deſtrueret. Uirtus eīm inferen
di concluſionē in logica vera eſt: vt op-
poſitum cōſequentis nō poſſit ſtare cum
antecedente. Sed oppoſitum cōtingen/
tis poteſt ſtare cuȝ neceſſario. Iſtum er/
go eſſe predeſtinatū nō eſt neceſſarium.
ergo vel eſt contingens vel impoſſibile.
Sed vltra iſta ē contingens. Iſte eſt pre
deſtinatus ergo poteſt nō predeſtinari.
ergo poteſt preſciri. id ē reprobari. Ne/
ceſſe ē omnē hominē eſſe predeſtinatū vel
preſcitum. ¶ Nota ꝙ preſcitū eſſe ⁊ dam
nari ſe concomitantur quia bene ſequi-
tur ille ē preſcitus. ergo ipſe damnabit̉
⁊ debet accipi preſciri proprie ⁊ nō large
¶ Ulteri⁹ dicit in lr̄a S. Bonauētura.

## Hoc tamen difficile eſt

intelligi. Poteſt tamen ſic capi ſi pre/
ſupponamus quatuor dicta vera.
¶ Primū dictuȝ. Preſens diuine eterni/
tatis circūplectitur omne tēpus Per ly
preſens intelligitur nūc vel inſtans eter
nitatis permanens non enim tranſit in
preteritum: ſed idem nunc eternitatis
quod coexiſtebat tempori in principio
mundi eſt hodie. Si enim ſm philoſo/
phos idem eſt tempus in toto vniuerſo:
eadem ergo hora que nūc eſt pn̄s: ē pn̄s
omni loco: quia ⁊ in Babylonia ⁊ Rho
me ⁊ apud imperatorem. Hoc idē pro/
batur per Anſhelmū in libro de concor/
dia p̄ſcientie ⁊ libero arbitrio: qui dicit
ꝙ ſicut p̄ſens tēpus complectitur omnē
locū: ⁊ omne qđ in loco eſt: ita p̄ſens eter

nitatis dicte tēp⁹. Et hoc necessariū ē poni quis non possum⁹ hoc plene intelligere Uidemus em̄ eius oppositū esse falsum et impossibile: quia sic hoc non esset: tunc mutaretur pōs diuine eternitatis. ¶ Scdm dictum. Deus vnico actu intelligendi simplicissimo et inuariabili intelligit omnia. ¶ Tercium dictum. Cum dicimus diuinam cognitionem vel voluntatem ordinari ad hoc cognoscibile vel aliud: vel ad creaturā non ponimus respectum in deo actu: sed solum in creatura cognita non in actu sed in habitu. id est potentia: nec de p̄senti sed de futuro. Sequēs dictum multum valet ad intelligendum propositum. ¶ Quartum dictum. Omne futurum sub ratione futuri quod semel ponitur futurum: semper fuit futurum. Et omne non futurum quod semel ponitur n̄ futurum sp̄ fuit n̄ futurū. Exēplū primi. Ista ponitur. ¶ Antichrist⁹ erit et ista semper fuit vera ab eterno. Si ergo ponas istum saluandum ab eterno verum fuit iste saluabitur. Nō videtur tamen esse simile de negatiuis. Unde licet istud positum sit verum. Christus post resurrectionem non morietur etc. Non tamen christus non morietur.

¶ Correlarium. Aliquid potest poni in esse quod tamen nō erat prius in esse et tamen sine mutatione sui.

¶ Arguitur sic. Predestinatus non potest incipere esse prescitus. ergo non potest esse prescitus. ¶ Pro quo nota q duplex est eternum. Quoddam implicat temporale. Aliud vero implicat eternū ¶ Nota q sm̄ Doctorē Subtilem Hec Predestinatus potest damnari potest et debet distingui. In sensu composito valet illam. Hec propositio. Predestinat⁹ damnatur est possibilis. In sensu autem diuiso valet illam. Qui ē vel potest esse p̄destinatus potest damnari.

## Queritur secundo. Utrū

predestinatio ponat certitudinē in euentu vel non. ¶ Notandū q quadruplex ē certitudo. Quedam ē inuariabilitatis seu immutabilitatis: et illa opponitur mutabilitati. Et est illa que negat possibilem successionem: oppositi ad oppositū cognitum certitudinaliter. Non enim deus potest cognoscere aliquod futurū et postea illud cognoscere non futurum. ¶ Correlarium. Noticia dei de futuris contingentibus ē certa hoc modo. Alia est certitudo infallibilitatis q̄ opponitur fallibilitati et deceptioni. Falli autem est rem opinari aliter esse q̄ sit pro illo nunc pro quo opinatur esse.

¶ Correlarium. Deus non potest falli: quia non cognoscit rem aliter q̄ se habeat. Tercia est certitudo necessitatis que opponitur contingentie et est illa que nō potest aliter se habere: vel non potest aliter esse q̄ sit. Hec ergo certitudo ponit necessitatem in obiecto cognito.

¶ Correlarium. Nullum futurum contingens potest esse certum certitudine necessitatis. Cognitio ergo dei de futuris contingentibus nō est certa tali certitudine. Uel sic. Deus non cognoscit futura cōtingentia tali certitudine cognoscit tamē futura ɔtingentia certitudine infallibilitatis. Quarta dicitur certitudo firmitatis que opponitur dubitationi: cōsequitur autem certitudinem infallibilitatis et ē quasi idem: et est que excludit omnem dubitationem.

## Resolutio questionis

stat in tribus dictis et vna distinctione. ¶ Distinctio. Certitudo in prescientia diuina et predestinatione potest accipi dupliciter. Uno modo a parte rei euenture vel euenientis. Alio modo ex parte dei prescientis vel preordinantis ¶ Primū dictū. Prescientia dei large vel p̄destinatio diuina nō ē certa certitudine ex parte rei euenientis: quia hec repugnat ɔtingentie

et ponit neceſſitatē in re euentura: que tamen nō eſt in ea. ¶ Corelariū. Numerus electorum. numerus damnatoꝝ. numerus cuiuſcunqꝫ rei de futuro euenientis nō eſt certus deo certitudine neceſſitatis ſeu certitudine ex parte rei eueniētis: alioquin omnes res eſſent neceſſarie ¶ Secundū dictum. Noticia dei eſt certa certitudine inuariabilitatis ⁊ infallibilitatis. Hoc ē qđ dicit ſanctus Bonauentura certitudine a parte dei cognoſcentis. ¶ Terciū dictum. Noticia dei ē certa certitudine firmitatis. ¶ Correlarium. Numerus electoꝝ eſt certus certitudine inuariabilitatꝭ infallibilitatꝭ et firmitatis ¶ Pro ſolutōe pmi argumēti Nota ꝙ aliquis poteſt dici dignus corona eterna. Uno modo ſm pſentem iuſticiam. Alio modo ſm pdeſtinationē diuinam. ¶ Prima ꝓpoſitio. Omnis homo viator quādocunqꝫ eſt in gracia ſeu charitate: tunc habet locum in paradiſo ⁊ coronam ſm preſentē iuſticiam. i. ſm illam gratiā que dicitur iuſticia infuſa quā habet pſentialiter: per quā eſt amicus dei: ⁊ ordinatur ad vitam eternā ſm eam. ¶ Secunda propoſitio. Aliquis exiſtens in inferno maiorē habuit iuſticiam ſeu ad maiorē gloriam ordinatus fuit ſm preſentem iuſticiam ꝙ̄ multi in celo. Exemplum de Juda vel aliquo heremita. ¶ Tercia ꝓpoſitio. que ponitur a Scoto in quarto. Aliquis exiſtens in inferno habet maius ius in paradiſo ꝙ̄ aliquis exiſtens in paradiſo. Et dicitur ius ſopitum a iuriſtis quia poſuit obicem. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Omnis peccator finaliter penitentiā acturus dignam eſt iuſtus ſm predeſtinationē diuinam. ¶ Nunc reſtat ſolutio duoꝝ argumētorum vltimoꝝ quoꝝ primū ſoluitur per diſtinctionē datā. Sed vltimū ē multorum ſtultoꝝ ſic dicentiū. Si certū eſt q̄ ⁊ quot ſaluabunt ita ꝙ ſic eueniet ⁊ non aliter ꝙ̄uis poſſet aliter eſſe nullus tūc pdeſtinatus damnabit: nec ecōtra. ergo nullus debet curare an faciat bene vel male: quia ſi pſcitus eſt quicquid faciet in fine damnabit. Si pdeſtinatus eſt ſaluabitur. Stultus ergo eſt qui nō comedit ⁊ letatur ⁊ non recipiat bona in vita ſua. ¶ Reſpondet ſanctꝰ Bonauētura pmo refutando ⁊ retorquēdo ſic dicens. Illud ē argumentū ſtultoꝝ quod ducit eos in torporē ⁊ impietatis excuſationē. Nam ſimiliter ſic poſſet argui. Deus pdeſtinauit Utrum tu debeas cras mori an nō ad qđ ergo bibis ⁊ comedis. Qui ſic argueret ⁊ tali rōni ꝯſentiret argueretur demētie: ſic ⁊ in ꝓpoſito. Secundo reſpondet argumentando. Tu dicis ꝙ deus pdeſtinat ⁊ ego dico ꝙ (¶ Regula prima) Deus tanqꝫ iuſtus iudex iuſte remunerat. (¶ Scđa regula) Nullum bonū irremuneratū (¶ Tercia regula) Et nullum malū impunitū. ¶ Correlariū. Nullus ergo laborat ſine fructu: nullus torpet ſine damno. ¶ Reſpōſio ſancti Bonauēture in fine. ¶ Prima ꝓpoſitio. Predeſtinatio nō ē niſi cū particulari rei euentu. patet quia non ē niſi ꝑ merita. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Deus nō preſcit in omnē rei euentū: ſed etiā cū particulari euētu. ¶ Tercia ꝓpō. Salus noſtra nō ſolū ē ex parte dei: ſed etiā ex parte noſtra (nō eīn vult inuitos) Et cū ipſe velit omnes hoīes ſaluos fieri et omnibꝫ gratiā impartiri: ſolū ex noſtra malicia vel negligentia venit defectus noſtre ſalutis. Hec Bonauētura. ¶ Nota ꝙ Scotus in quarto dicit ꝙ qñ malū dimittit impunitū: duo ſunt mala. primū eſt malum cōmiſſum vel omiſſum. ſecundū eſt ipſa impunitio.

Circa ſecundum articulū principalē qui eſt de electione queritur pmo. Utrū electio ſit in deo eternaliter vel ex tempore.

¶ Nota ꝙ triplex eſt electio. Prima eſt
electio dilectionis: ꝛ eſt preoptatio diui/
ne voluntatis qua preoptat vel vult da
re vitam eternam aliquibus creaturis
rationalibus ꝛ nō alijs. Solum vltima
particula eſt propria electioni que ad/
dit diſcretionē vel ſeparationē int᷑ aliqua.
¶ Correlariū. Electio in deo ē etna nō
temporalis. Vñ ad Ephesios ꝑmo. Ele
git nos ante mūdi ꝯſtitutionē vt eſſemꝰ
ſancti ꝛ imaculati corā ipſo. ſed cōſtat ꝙ
nihil tpale fuit ante ꝯſtitutionē mundi.
ergo ꝛc. Alia ē electio finalis gratifica
tionis ꝛ eſt collatio gr̄e finalis ipſi crea/
ture rōnali. ¶ Correlariū ꝑmū. Gratia
finalis non eſt in aliquo hoīe q̄ꝺdiu eſt in
via: quia ꝓ nullo inſtanti vie aliq̄s eſt in
gr̄a finali: ſed in ꝑmo inſtanti mortꝭ gr̄a
fit finalis q̄ i fuit. ¶ Scōm Correlariū.
Dilectio final' gratificatōis eſt tpalis.
nō etna. patet quia eſt effectus puta da
tio ſeu collatio gr̄e finalis. ¶ Terciū
correlariū. Electio finalis gratificatōis
eſt ſignū infallibile: ꝛ effectus ipſius ele/
ctionis dilectōis. ¶ Quartū correlariū.
Nulla gr̄a in via eſt certū ſignū p̄deſti/
nationis. Tercia ē electio p̄lationis. Et
eſt collatio alicuiꝰ dignitatis vel eminen
tie alicui creature rōnali: ſup alias crea/
turas rōnales quēadmodū dī eṗs eſt p̄/
latus. Vnde chriſtus. Ego elegi vos et
vnꝰ ex vobis diabolus ē. Et intelligitur
deſcṗtio de ſeculari etiā p̄latione ¶ Cor
relariū primū. Electio p̄lationis nō eſt
ſolū bonoꝝ ſed etiā maloꝝ. ¶ Secundū
correlariū. Nec eſt oīm bonoꝝ. Vñ qui
dam apparuit poſt mortē cuidā (vt ha/
betur in epl'is ſancti Iheronimi) dicēs.
Si fuiſſem de numero eṗoꝝ fuiſſem de
numero dānatoꝝ. ¶ Terciū correlariū.
Nec eſt ſignū electionis dilectōnis talis
electio.

## Reſolutio queſtionis

ſt ꝛc in vna diſtinctione ꝛ duobus dictis
¶ Diſtinctio. Electio dicit᷑ dupl'r. Vno
vt dicit dilectionē cū diſcretione ſolum.
¶ Primū dictū. Hoc mō eſt i deo. Alio
mo put dicit dilectionē cū diſcretione p̄/
cedente ꝛ deliberatōe ꝛ inq̄ſitione. ¶ Se
cundū dictū. Hoc mō eſt in creatura in
qua cadere pōt ignorātia. ¶ Correlariū
Non ſolū intellectꝰ ē diſcretiuꝰ: ſed ma/
gis voluntas. Patet eīm ꝙ illa q̄ etiā vo
luntate ſeparant᷑. puta qꝛ aliquid ad hanc
dignitatē ordinat᷑ aliud ad aliā (intelle
ctione p̄cedente voluntateꝫ) indiſtincta
intelliguntur quo ad iſtas dignitates.
¶ Secundū correlariū. Electio obiecti
ue eſt tpalis ſed realiter eſt eterna.

## Reſtat ſoluere argumē

ta. Ad illud qđ obijcit᷑ ꝙ voluntas dei ꝛ
dilectio eſt ſine diſcretione qꝛ deus vult
oēs hoīes ſaluos fieri. Dicit᷑ ꝙ duplex ē
voluntas in deo ſcꝫ añs ꝛ ꝯñs. Vñ licet
in deo ſit vnica voluntas et vnicꝰ actus
volendi ſimpliciſſimꝰ: tñ penes connota
ta ꝛ ꝓpter diuerſa obiecta volita dī du
plex vel multiplex. Volūtas añs in deo
reſpectu ſalutis hoīm ſm̄ Bonauentu/
ram eſt q̄ vult q̄tū eſt in ſe. Hanc decla
rat doctor Subtilis dicens ꝙ eſt illa q̄
deus dedit vel dat dona naturalia ipſis
hoībus ꝛ leges rectas: ꝛ adiutoria com/
munia ſufficiētia ad ſalutē: q̄bus pñt cō
ſequi beatitudinē. dona autē naturalia
ſunt intellectus ꝛ voluntas. Leges recte
ſunt deuꝫ diligere ſup oīa ꝛ primū ſicut
ſeipſum. Adiutoria ꝟo cōia ſunt ſacra/
menta. ¶ Correlariū ꝑmū. Omīa dona
naturalia (ptinēt ad voluntatē dei ante
cedentē) reſpectu ſalutis: ꝛ oīs gr̄e gra
tis date vt ſciētia: donū linguarū: inter/
pretatio ſermonum ꝛc. ¶ Scōm correla
rium. Oīa p̄cepta diuina et oīa conſilia
euangelica. ꝛc. ¶ Terciū correla. Oīa
ſacramēta fidei: oēs deuotōnes. oēs reli
giones: oēs ritus ꝓceſtantes diuinū ob/
ſequiū vt oēs orōnes ꝛ oīa opera merito
ria ptinent ad voluntatē dei anteceden/
tem. ¶ Quartū Correlariū. Voluntas

dei añs nō ſemꝑ adimpletᷣ. ¶ Voluntas ꝯñs dei reſpectu ſalutis hoim̄ ē illa qua deus efficaciter vult dare alicui ſalutē: ſic ꝙ ponit eā in effectu: ꝑpter merita p̄cedentia. ¶ Correlariū p̄mū. Hec ſemꝑ eſt efficax. ¶ Scd̄m correlariū. Hec ſemper adimpletᷣ. Et p hec intelligitᷣ z ſolutio ſancti Bonauēture z auctoritas ap̄li Similiter illa. Deus illuminat oēm hominem venientē in hunc mundū. ¶ Vel exponatᷣ p diſtributionē accomodā. Et ſic deus vult oēs hoies ſaluos fieri ſcʒ de his q̄ ſalui fiunt. Et licet Auguſtinꝰ ſic exponat z Gregorius de arimino dicat aliā non valere ꝑpter puulos qui ſe nō p̄nt baptiſare zc̄. Sed hoc argumentū nihil ꝯcludit imo ipſis pueris ſufficientia remedia a deo exhibentᷣ ſalutis: licet non imediate ſed mediante ſcʒ gentibus z alijs mediantibꝫ. Tamē iſta de voluntate añcedēte z ꝯñte q̄ ſumitᷣ a Damaſceno ē melior: licet neutra ſit rep̄hendēda.

¶ Pro declaratiōe ſolutiōis ſcd̄e rōnis aliq̄s ꝓpōnes z correla. ¶ P̄ria ꝓpō. Si adā non peccaſſet nulli reprobi fuiſſent nati. ¶ Correlariū p̄mū. Sic multi homines alios patres z matres habuiſſent ¶ Secūda ꝓpō. Si adā nō peccaſſet ſoli electi nati fuiſſent. ¶ Correlariū ſcd̄m Si adā nō peccaſſet electio qua eligitᷣ et ſeparatur bonꝰ a malo nō fuiſſet: fuiſſet tñ electio qua ſeparatur melior a minꝰ bono. ¶ Tercia ꝓpō. Si adā nō peccaſſet oēs electi nati fuiſſent. ¶ Quarta ꝓpō. Si adā nō peccaſſʒ ꝟgo glorioſa nata fuiſſʒ z filꝰ dei incarnatꝰ fuiſſet. pʒ quia xp̄us inter oēs electos ē p̄imꝰ: q2 p̄mogenitꝰ in multis fratribꝫ. ¶ Quīta ꝓpō. Si adā nō peccaſſet virgo glorioſa ꝯcepiſſet ſp̄ūſctō et genuiſſet xp̄m. Ex hoc ſeq̄tur ꝙ proſa illa de ꝟgine glorioſa vbi dr̄ ſaltem ſententialr. Ne abhorreas peccōres ſine q̄bus nūꝙ̄ digna fuiſſes tanto filio eſt falſa. ¶ Sexta ꝓpō. Si adam non peccaſſet adhuc aliqui naſcerētur perfectiores alijs patet de chriſto. ¶ Solutio tercie rationis eſt multum fecunda: z ex ipſa videtur Doctor Subtilis valde multa ſumpſiſſe ſeu induſtria permagna eduxiſſe. Dicit ergo ſanctus Bonauentura ꝙ dilectio duplex eſt. Quedaʒ eſt que oritur ex conſideratione bonitatis. Alia eſt que eſt principiū bonitatis Similiter duplex eſt electio. Quedam cauſatur a diuerſitate z p̄eminentia eligibilium. Hec cōſequitur eligibilia vt dilectio humana. Alia eſt ratio diuerſitatis i eligēdo (vt diuina) z hoc diſſimilium: non que ſunt ſed que futura ſunt. Et talis precedit eligibilia z eſt eterna. Niſi eñ eſſet diuina electio omnes eſſemus reprobi z mali. Hec Bonauētura Conſidera attentius z declara vltimaʒ propoſitionē ſatis mirabilem z egregiā atꝗ aureā. Hanc practicauit de virgine glorioſa que ait. Reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce eñ ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt zc̄. Niſi eñ eam ab eterno i dei matrē elegiſſet: nūꝙ̄ peccato originali caruiſſet zc̄.

**Queritᷣ ſecūdo quid ſit** electio. ¶ Reſolutio queſtionis ſtat in vna diſtinctione et tribus dictis. ¶ Diſtinctio eſt talis. Triplex ē electio. Eſt enim electio ſm affectionē dilectionis. ¶ Primum dictum. Electio ſm affectionem dilectionis eſt eterna: z eſt idem qḋ predeſtinatio. Alia eſt ſm effectum finalis gratificationis. ¶ Secundū dictum Electio ſm effectum finalis gratificationis eſt temporalis: z ſignum infallibile prime electionis. Tercia eſt ſm ſtatū prelationis. ¶ Terciū dictum. Electio ſm ſtatum p̄lationis eſt temporalis: et nec effectus nec ſignum eterne electionis Multi eñ (dicit Bonauētura) eliguntur mali z reprobi: z vtinam nō ſint plures mali ꝙ̄ boni.

Circa ſecundum articulum qui eſt de reprobatione ⁊ ſpecialiter de obduratione primo queritur. Utrum obduratio ſit pena vel culpa. ¶ Culpa idē eſt quod peccatū: ⁊ de hoc ſupra. Pena declaratur in textu ideo nō eſt neceſſe declarari ſpecialiter ¶ Reprobatio eſt duplex negatiua ſcʒ et affirmatiua. Et ad intelligendum hanc diuiſionem eſt neceſſarium cōſiderare quatuor ſigna Doctoris Subtilis ad hoc vt diſtincte ⁊ ſubtiliter intelligat. ¶ Notandum igitur ꝙ licet deus ab eterno pdeſtinauerit omnes electos ⁊ angelos ⁊ homines: reprobauerit ab eterno omnes malos ſm modū tamen intelligendi noſtrum quatuor poſſunt cōſiderari ſigna nature. In primo ſigno nature Judas ⁊ omnes reprobi ⁊ etiam petrus (p quē intelligo omnes predeſtinatos) fuerunt diuine voluntati pſentati per intellectū: in puris naturalibus: ⁊ in hoc ſigno nature voluit petro vitam eternam. Jude autem nihil voluit quia nihil debuit ei Habuit ergo actum negatiuū circa ipſum ⁊ omnes damnandos. In ſecundo ſigno voluit petro gratiā ⁊ nihil iude: ⁊ dicitur reprobatio negatiue. In tercio ſigno vult vtrūqꝫ eſſe de maſſa perditionis ⁊ hoc voluntate pmiſſiua. Et iſte eſt primus actus poſitiuꝰ voluntatis vniformis circa petrum ⁊ iudam. In quarto vero ſigno vult damnare poſitiue iudam. id eſt vult ſibi eternam damnationem. ¶ Unde reprobatio negatiua eſt alicui non velle dare gloriam eternam. ¶ Affirmatiua vero reprobatio eſt velle damnare vel punire aliquē pro peccatis ¶ Correlarium primū. In eodem ſigno predeſtinantur electi ⁊ reprobantur preſciti: ⁊ hoc negatiue. Patet quia in pmo ſigno iudas reprobatus eſt negatiue ⁊c. ¶ Secundū Correlarium. Reprobationis negatiue nulla eſt cauſa vel ratio ex parte obiecti: ſicut nec pdeſtinatiōis eſt cauſa obiectiualis. Et per hoc cōcordantur moderni doctores. vt Ockam ⁊ Gregorius de arimino qui videntur cōtradicere Scoto. Sed hic non eſt locutus de reprobatione negatiua. ¶ Tercium Correlariū. Non in eodem ſigno ſunt reprobati damnati affirmatiue: in quo predeſtinati ſunt electi. ¶ Quartum Correlariū. Reprobationis poſitiue eſt dabilis aliqua ratio obiectiualis ex parte obiecti propter quā reprobatur. ¶ Quintum Correlarium Propter finale peccatū preuiſum reprobatur quicunqꝫ reprobatur ¶ Sextum Correlariū. Licet pdeſtinationis nō ſit ratio ex parte obiecti tamen reprobationis poſitiue eſt ratio.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in vna diſtinctione ⁊ aliquibꝰ propoſitionibus. ¶ Diſtinctio eſt talis. Duplex eſt obduratio. Quedā eſt corporalis ſeu proprie dicta. Et eſt quedā duricies inherens formaliter alicui corpori duro: per quā ipſum eſt inhabile ad ſuſcipiendum. ſtabile ad permanendū. firmum ad rebellandum vel reſiſtendum. Alia eſt obduratio ſpiritualis ſeu metaphorice dicta. ¶ Prima propoſitio. Obduratio in ſpiritibus tranſlatiue: dicta eſt ab obduratione proprie dicta. ¶ Secunda propoſitio. Duriciē corporalem ſequitur triplex proprietas que ineſt corpori duro per eandem naturam Durum enī eſt quod eſt inhabile ad ſuſcipiendum: ſtabile ad permanendum: forte ad reſiſtendum. Duricies autem eſt qualitas quedam ſic inexiſtens lapidi ſicut aliud accidens. ¶ Tercia propoſitio eſt. Secundū iſtā triplicem proprietatē in corporalibus tranſfertur obduratio ad ſpiritum. ¶ Unde obduratio ſpiritualis ē triplex:

Quedā eſt ineptitudinis ſeu inabilita-
tis. Et eſt quedā inabilitas ſeu indiſpo
ſitio ipſi⁹ volūtatis ad ſuſcipiendū gra-
ciam dei z charitatē diuinā. Hec ē pena
nature intellectualis nō culpa proprie:
ꝓpt pctm̄ em̄ ꝑmi parentis natura nr̄a
eſt prona ad malū. Alia eſt ſtabilitatis
ſeu firmitatis z ē actus volūtatis obſti-
nate in malo cui ꝑſeueranter et firmiter
adheret. Tercia ē obduratio ſpūalis re
bellionis et ē actus volūtatis obſtinate
in malū cui ꝑtinaciter adheret: z ē prom
pta ad rebellandū ꝯtra deū: z eius man
data ¶ Quarta ꝓpō. Prima obduratio
ſpūalis: q̄ eſt ꝓmptitudo ad peccanduȝ
indiſponit nos ad recipiendū grām Sȝ
iſta pronitas ē pena originalis peccati.
¶ Quīta ꝓpoſitio. Secūda obduratio
ſpūalis ſtabilitatis: ſcȝ eſt peccatuȝ z pe
na cū diſpoſitōe: ſiue diſpoſitio pcti ꝑce-
dentis. Hec ē maior culpa multis alijs.
¶ Sexta ꝓpō. Obduratio rebellionis
eſt impugnatio veritatꝫ agnite. Et illa
eſt peſſima quia eſt ſpeciale pcti gen⁹ ſcȝ
pctm̄ in ſpm̄ſanctū. Et ſm̄ illū triplíceȝ
modū diuerſe auctoritates procedunt.
¶ Corrclariū reſponſiuū. Obduratio
vno mō eſt pena: z nihilomin⁹ alijs mo-
dis ē culpa ſiue diſpoſitio culpe. ¶ Pro
ſolutione vltimi argumēti. Nota ꝙ oīs
pena inflicta aut infligit̄ propter pecca-
ta cōmiſſa ſeu cōtracta. vel ꝓpter proba
tionē hoīm iuſtoꝝ: ſicut ipſi Iob z mar-
tyrib⁹. Aut ꝓpter gloriaȝ dei: vt de ceco
nato. Cecitas em̄ ē pena. Sed chriſtus
ait. Nec hic nec parentes eius pecca-
uit ſcȝ vt cecus naſceret̄. Triplex ē pena
ſcȝ inflicta: ꝯtracta z acta. Et licet ꝑme
due nō ſint peccata: (quia nō ſunt in po
teſtate noſtra) ſunt tamē diſpoſitio ad
peccandum.

## Querit̄ ſecundo. Utrū

obduratio ſit a deo ſiue ſit effectus dei
reprobantis. ¶ Reſolutio q̄ōnis ſtat in
quinq ꝓpōnibus cum vna diſtinctōne.

¶ Prima ꝓpoſitio. Obduratio inq̄ꝫtū
pena ē dicit ineptitudinē aīe z defectum
penalem. ¶ Secunda propoſitio. Quia
oīs pena inq̄ꝫtū pena: eſt iuſta et ordina-
ta: ideo obduratio inq̄ꝫtū pena: dicit de
fectum ordinatū ſeu iuſtū. Declaratur.
Deus em̄ nunq̄ etiam ꝑ modicū tēpus
ſiue inſtans tpis) dimittit pctm̄ ſine pe-
na. Nunq̄ em̄ dedecus culpe ē ſine deco
re iuſticie. Hinc Auguſtin⁹ in libro con
feſſionū dicit. Iuſſiſti dn̄e vt vnuſquiſq̄
peccator ſit pena ſibipſi. ¶ Notandū ꝙ
duplex ē pena reordinatiua culpe Una
ē inuolūtaria. Et ē pena īflicta quā aliq̄s
cū murmure tenet. Oīs em̄ pena infli-
cta pro pctō eſt reordinatia peccati. Et
hec pena ē duplex. Nā quedā eſt inimici
cia dei: que cuicunq̄ pctō mortali corre
ſpondet: ſic ꝙ omnes tales ſunt filij ire.
Qn̄cunq̄ em̄ peccat quis deus recedit
ab eo ſubtrahendo grām. Et licet pecca
tores minus conſiderent tamen in hoc
ſtultiſſimi ſunt. Quādurū em̄ eſſet ali-
cui prudenti viro eſſe in indignatione
mortali ſui principis: cuius manus effu
gere impoſſibile eſſet. Hec pena reordi-
nat culpā manentē: ſed nō aufert. Alia ē
pena inuoluntaria. vt ē pena infernalis.
Pena vero reordinatiua culpe volunta
ria eſt deletiua culpe. Et eſt illa qua ſcȝ
q̄s penitēdo ſe punit fructuoſe. Et ē il-
la quā acceptam⁹ in ſacramēto penitētie
¶ Tercia ꝓpoſitio. Quia obduratio in
quantū defect⁹: nō hȝ aliquā cauſaȝ niſi
deficientē: ideo de⁹ nō eſt cauſa deficiens
obduratōis: ſed liberū arbitriū deſtitu
tum. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Obduratio
inq̄ꝫtū eſt ordinata hȝ duplicē cām: vnā
merentē ſiue demerentē: z aliā retribuen
tem. Unde culpa demerentis ē cauſa me
rens. Cauſa retribuēs eſt diuina iuſti-
cia hoc loquunt̄ tres auctoritates in ꝓn-
cipio q̄ōis. ꝑma ē bti pauli ad Rom̄. ix.
Cui vult miſeretur z quē vult indurat.
¶ Quinta ꝓpoſitio. Oēs auctoritates
q̄ vident̄ ſonare ꝙ deus ſit cauſa indura

eſt talis q̄ p̄deſtinatio eſt preſcientia be neficioꝝ dei non eſt formalis: ſed debet intelligi cōcomitanter et p̄ſuppoſitiue. patet: Nihil em̄ volitū niſi precognitū. ¶ Quintū correlariū. Solus de⁹ prede ſtinare pōt. Cum em̄ de rōne ſua forma li includat diuinaꝫ voluntatē ſequit̄ q̄ non poſſit competere alicui creature. ¶ Sextū correlariū. Sicut nullus an gelus q̄ꝰtumcunq̄ ꝑfectus nec aliq̄s ſan ctus q̄ꝰtūcunq̄ beatificatus pōt beatifi care ꝓprie ꝛ principaliter aliquē: ſic nec poſſunt predeſtinare. Prima pars ptꝫ: q꞉ beatificare effectiue eſt clare oſtende re eſſentiaꝫ diuinā. ergo ꝛc̄. ¶ Septimū correlariū. Deus nullo modo eſt prede ſtinabilis. patet. Om̄e predeſtinās ha bet poteſtatē ſuꝑ predeſtinatū. ergo ꝛc̄. Vel ſic. Quicquid predeſtinat̄ cōtingē ter beatificat̄ vel beatificabitur. Sꝫ de us neceſſario beatificatur. ergo ꝛc̄. ¶ Octauū correlarium. Predeſtinatio eſt ꝯtingens. patꝫ: q꞉ nō eſt aliud q̄ꝫ vel le diuinū: vt tranſit ſuper creaturā rati onalē. Sed ſicut quicquid de⁹ ad extra agit cōtingenter agit: ſic quicquid vult ad extra ꝯtingenter vult. ¶ Nonū corre lariū. Licet predeſtinatio ſit ꝯtingens: eſt tamē eterna: licet em̄ nō det creature gloriā niſi ex tpe: voluit tn̄ dare ab eter no. Aliud em̄ eſt dare ꝛ aliud velle dare Et eſt rn̄ſiuū ad queſtionem primā Bo nauenture. ¶ Decimū correlariū. Licet deus predeſtinauerit ab eterno creatu ras rōnales: ꝛ voluerit ab eterno eis da re gl̄iam: non tn̄ voluit eis dare pro eter no. Nam nunq̄ꝫ de⁹ edificabit mihi do mum in paradiſo: niſi ego edificē cum eo. Edificare em̄ domū in paradiſo eſt mereri vitam eternā. Edificare ergo ta bernaculū in paradiſo non eſt ipſa p̄de ſtinatio: ſed effectus ipſius. ¶ Undeci mum correlarium. Licet ſint multi ꝛ va rij effectus predeſtinationis: principali ores tamē ad quos alij reducuntur ſunt quatuor ſcꝫ vocatio: iuſtificatio: magni ficatio: ꝛ xp̄i paſſio. Prima pars ptꝫ: q꞉ omnia bona tp̄alia ꝛ omnia que ſunt in vniuerſo vt terra: celum: ſol: luna: ſtelle. paradiſus ꝛ celum empireū ſunt effect⁹ predeſtinationis. Non em̄ deus indigu it: vt faceret ſolē: aues: aquā ꝛc̄. niſi pro pter electos. Unde phus. ij. phiſicoruꝫ. Sumus nos quoddāmodo finis oium. Item Geneſis primo. Dominamini pi ſcibus maris ꝛc̄. ¶ Sed pro ſcd̄a parte loquit̄ de primis apoſtolus. Quos pre ſciuit hos ꝛ p̄deſtinauit: quos predeſti nauit hos ꝛ vocauit: quos vocauit hos ꝛ iuſtificauit ꝛc̄. Ubi notandum q̄ pre ſciētia dei capitur dupliciter. Uno mo do large: Et ſic eſt reſpectu omniū futu rorum bonorum et malorū. Hoc modo accepit apl̄us preſcientiā cum dicit pre ſciuit: prout p̄ſcientia eſt quedā noticia precedens predeſtinationē. Non em̄ de us ignoranter predeſtinauit. Alio mo do capitur ſtricte pro noticia ſolum re ſpectu malorū. Vel capitur pro repro batione: ꝛ illo modo opponitur predeſti nationi. Vocatio (licet ſint alie expoſitio nes tamen hec mihi placet) eſt attractio ad fidē ſcꝫ per predicationē: vel per in ſpirationē: etiam poſt perditā innocen tiam baptiſmi: vn̄ dicit ſcriptura: trahit rebelles noſtras volūtates: qḋ et ſancta eccleſia ſepius petit. ¶ Duodecimū cor relariū. Finis ꝓpinquus ꝛ immediat⁹: ꝓpter quē creauit dn̄s vniuerſum: ſunt homies predeſtinati. ¶ Correlariū. xiij. Licet paſſio xp̄i fuiſſet ſufficiens etiam pro infinitis hominibus: ſi deus voluiſ ſet acceptare pro eis: Nunq̄ꝫ tamen fuit accepta neq̄ꝫ efficaciter oblata a xp̄o ni ſi pro electis. ¶ Quartūdecimū correla rium. Nullum bonum meritoriū eſt ſuf ficiens ad vitam eternam: niſi quia de⁹ acceptat. Et tn̄ eſt ſufficiens ad vitam eternam quantum deus acceptat: et ad tantū gradum beatitudinis: ad quantū acceptat deus. Sufficientia enim no ſtra ex deo eſt. Per magnificentiā intel

ligitur glorificatio in patria. Hic ergo
recita ſigna illa quattuor ſupradicta.
Cognoſcens enim ꝙ omnes electi pecca-
turi eſſent vel actuali peccato vel origi-
nali (excepto xp̄o et btā virgine que fuit
preſeruata) ordinauit ⁊ voluit xp̄m tan
q̃ primogenitum in multis fratrib⁹ et
perfectiſſimū electum ſatiſfacere debere
pro omnib⁹. Scd̄a particula deſcriptio
nis predeſtinationis eſt alicuius creatu
re intellectualis. ¶ Primū correlarium
Omnis natura contingenter beatifica-
bilis eſt predeſtinabilis. Probat̃: quia
omnis natura ordinabilis ad gloriam
per merita eſt p̄deſtinabilis. Sed om-
nis natura contingenter beatificabilis
eſt ordinabilis ad gloriam per merita.
ergo omnis talis eſt predeſtinabilis.
Unde duplex eſt natura beatificabilis
Quedā eſt que neceſſario eſt beatifica-
bilis: vt natura diuina. Hec nō beatifi
cat̃ per merita p̄cedentia. Alia eſt natu-
ra btificabilis ꝯtingēter: vt eſt rationa
lis natura creata ſiue angeli ſiue hoīes.
Neq̃ enim adulti neq̃ paruuli neq̃ an-
geli beatificant̃ niſi p̄cedentib⁹ meritis.
Un̄ deus ordinauit ſua ſapiētia ꝙ nul-
lus beatificabit̃ niſi per precedentia me
rita, et niſi mereat̃ vitam eternam: in ſe
vel in alio. ¶ Scd̄m correlariū. Sola
natura cōtingēter beatificabilis eſt p̄de
ſtinabilis. ¶ Terciū correlariū. Nulla
natura inferior hoīe eſt predeſtinabilis
patet: q2 ſola natura btificabilis eſt pre
deſtinabilis. Sed nulla natura inferi-
or hoīe eſt beatificabilis. ergo. ¶ Quar
tum correlariū. Omēs angeli ⁊ oēs ho
mines ſunt p̄deſtinabiles. pat3: quia ali
qui hoīes ſunt predeſtinabiles: g̃ omēs.
Et licet ꝯn̄tia non valeat gr̄a forme: tn̄
gr̄a materie bene valet: eo ꝙ ſit materia
naturalis. ¶ Quintū correlariū. Licet
oēs creature intellectuales ſint predeſti
nabiles: non tamen oēs predeſtinantur.
¶ Sextū correlariū. Predeſtinatio p̄nci
paliter reſpicit finem ſupnaturalē natu
re intellectualis. Sicut enim dictū eſt fi-
nis ſupnaturalis eſt ille qui excedit fa-
cultatē nature ſic ſc3 ꝙ ipſa ex puris na-
turalibus non pōt acquirere illum.
¶ Septimū correlariū. Licet predeſti-
natio principaliter reſpiciat gloria3: tn̄
ꝯcomitanter reſpicit vocationē ⁊ gr̄am
⁊ merita: ⁊ cetera bona in ordine ad glo
riam. ¶ Octauū correlariū. Xp̄s inter
predeſtinatos eſt p̄mus predeſtinatus.
Probatio: quia omnis ordinate volens
prius vult finē q̃ illa que ſunt ad finē.
Et ſicut prius vult finē q̃ illa que ſunt
ad finem: ita prius vult illud qd̄ eſt fini
ppinquius q̃ illud qd̄ eſt remotius a fi
ne. Sed de⁹ eſt ordinatiſſimū volēs. Et
cōſtat ꝙ xp̄s eſt ppinquior deo q̃ aliq̄s
alius ſanct⁹. ergo de⁹ prius vult gloriā
nobiliſſime aīe xp̄i q̃ alicui alteri ſctōꝝ.
Ex quo ſequit̃ ꝙ in ſignis nature ſupe-
rius dictis poſſunt aſſignari alia ſigna.
Un̄ ad Rom. viij. Xp̄s eſt primogenit⁹
in fratrib⁹. ¶ Nonū correlariū. Si adā
nō peccaſſet adhuc xp̄us incarnatus fuiſ
ſet. Probat̃: quia cū xp̄us ſit prius natu
ra p̄deſtinatus q̃ aliq̄s hoīm. Et omēs
electi fuerunt prius predeſtinati q̃ ali-
quid p̄ſciret deus de pctō: licet deus ab
eterno oīa ſimul intellexerit. ergo ſi ho-
mo non cecidiſſet adhuc fuiſſet incarna-
tus. Unde licet paſſio ſit ppter peccata
noſtra: non tn̄ p̄ncipaliter. et p̄mo eſt in-
carnatus ppter peccatū. Non enim eſt ve
riſimile ꝙ ſummu3 bonum in creatis ſit
ſolummodo occaſionatū: ⁊ non ſolū hoc
ſed occaſionatū occaſione peccati. Sed
ſummū qd̄ fecit deus eſt ꝙ aſſumpſit na
turam humanā. ergo ⁊c̄. Minor patet
per Auguſtinū. In rebus p temp⁹ ortis
ſumma gratia eſt: vt deus hoīe in vnita
te pſone copularetur. ¶ Decimū corre.
Si adam non peccaſſet xp̄s nihilominꝰ
incarnatus fuiſſet ⁊ potuiſſet veniſſe: vt
redemptor. Ubi notandū ꝙ duplex eſt
redemptio ſc3 Subleuatiua: et eſt illa
qua aliquis poſt lapſum liberat̃ ⁊ redi-

tionis debet intelligi deū eſſe cauſaʒ obdurationis ꝙ̄tum ad ordinationē: non ꝙ̄tum ad defectū. Et dat exemplum ſatis manifeſtū Si qs eēt adiudicat⁹ morti vt ſcʒ periret fame ⁊ ego poſſem ipi miniſtrare panē nec facio. Ego tūc iuſte dicor facere: licet nihil faciaʒ: ſed q2 iſtud non facere eſt ordinatū. Carentia ḡ cibi eſſet in iſto cauſa mortis: ego aūt non occidi: ſed pmiſi. Hec Bonauētu. ſententialiter. Sed pulcrius ipſe loquit̄ ⁊ alia multa ſatis pulcra ponit in littera.

## Pro argumētorum ſolutione.

¶ Pro ſolutione ſcd̄i argumenti nota ꝙ ſctūs Bonauētura arguendo dat maximā. Si aliqd eſt cauſa alicuius et oppoſitū eſt cā oppoſiti ⁊c̄. Et pmo poſterioꝝ phus dicit. Si affirmatio eſt cā affirmationis: ⁊ negatio eſt cā negationis. Vñ ſnialit̄ allegat hic ſctūs Bonauen. phm: Ut ſi habere pulmonē eſt cā reſpirādi: ⁊ nō habere eſt cā nō reſpirandi. Sed velle miſereri eſt cā gratificationis: ergo nolle miſereri eſt cauſa obdurationis. Prima ſolutio nō placet. ¶ Dicendū ergo ꝙ phs loquit̄ de cā proxima ⁊ immediata: ⁊ q̄ eſt tota cauſa non exigens aliaʒ: ⁊ in omni tali tenet (hec etiam eſt gloſa Scoti) Sed ꝙ̄uis volūtas dei ſit cauſa ⁊ efficiēs gratificationis: tñ ad ſalutē cōcurrit liberū arbitrium vt cōſentiēs. Quia ergo iſta duo ꝯcurrūt qđlibet boꝛū pōt cauſare defectum: ⁊ nō cauſat diuina volūtas q̄ eſt liberaliſſima: ſed cauſat liberū arbitriū: qđ ꝙ̄uis nō poſſit neqꝫ ſufficiat efficere: pōt tñ eſſe deficiens cauſa: que ſufficiēs eſt ad defectum effectus. In bonis enim facilius eſt deſtruere ꝙ̄ ꝯſtruere. ¶ Itē ſi aliquid per ſui preſentiā eſt cauſa alicuius: per ſui abſentiam eſt cauſa oppoſiti. Hec alia maxima eſt phi. Et ſumitur ex ſcd̄o phiſicoꝝ: vbi dicit ꝙ ſi nauta eſt cauſa ſalutis nauis per ſuam preſentiam id eſt per directioneʒ ⁊c̄. ſi ergo eſſet abſens non ſcʒ dirigendo quia dormiens vel ebrius: eſſet cauſa periclitationis nauis. Si ergo de⁹ per ſui preſentiam eſt cauſa mollificationis cordis: ꝑ ſui abſentiam eſt cauſa obdurationis. ¶ Rñdet ꝙ cū abſentia alicuius eſt malum aut ipſe ē cauſa ſue abſentie aut nō Si ille eſt cauſa ſue abſentie: dicit̄ ꝑ conſequens cauſa eſſe eius qđ incurrit̄ ex abſentia. Exemplū de interficiente nautā. Deus autem nō eſt cauſa abſentie ſue a peccatore: immo ꝙ̄tuʒ eſt de ſe ſemꝑ eſt paratus pñs eſſe (ſcʒ per grāʒ) ideo reuera nullo modo dicēdus eſt cauſa nr̄e obdurationis. Sʒ illud rōne cui⁹ ſe iuſte abſentat: ideo vere nr̄m pctm̄ ⁊ nō deus eſt cauſa. Peccata eñ nr̄a diuiſerunt inter nos ⁊ deum noſtrum.

Circa diſtinctionem q̄dragefimāprimā que duos habet articulos. Circa primū ergo articulū primo querit̄. Utrum predeſtinatio vel reprobatio in nobis habeat cauſam meritoriā. ¶ Cauſa meritoria duo includit ſcʒ cauſam ⁊ meritorium. Pro declaratione ergo notandū eſt ꝙ cauſa capitur dupliciter. Uno mō ꝓprie ⁊ ſtricte: ⁊ ſic eſt aliqua res q̄ habet aliā rem tāꝙ̄ effectum ſuum: quā cauſat ſeu efficit. Et diſtinguit̄ in efficientē: finalē: materialē et formalē. De iſta non eſt q̄ſtio pñs. Alio modo cauſa capit̄ large: ⁊ ſic dr̄ eſſe vna ꝓpō inferēs aliā naturali ꝯña: ⁊ cauſali neceſſaria: ⁊ non ecōuerſo: vt q2 ſol lucet dies ē. ¶ Regula. Qñcūqꝫ ex vna ꝓpōe infert̄ alia naturali ꝯña ⁊ nō econuerſo: tūc ipa eſt cā ſcd̄e. Et h̄ mō accipit̄ cā in qōne iſta. ¶ Prima ꝓpō. In agētib⁹ mere naturalib⁹ nō eſt reꝑibilis cā meritoria. Probat̄: q2 cauſa meritoria nō eſt niſi volūtas vel act⁹ ſequēs volūtatē: ſʒ in agētib⁹ mere naturalib⁹ nō eſt volūtas nec talia ſequunt̄ voluntatem. ergo ⁊c̄. ¶ Scd̄a ꝓpō. In ſola natura intellectu

ali reperit causa meritoria. Patet: qꝛ nihil meret niſi volēs. ergo zc. ¶ Tercia ppō In ſūpma natura intellectuali ſiue diuina non pōt repiri cā meritoria. pbat: qꝛ cā meritoria nō eſt repibilis niſi apd illā naturā q̄ pōt mereri z demereri. Sz natura diuina nō eſt hmōi. ergo zc. Maior ptz: qꝛ ið dr cā meritoria: qꝛ meret vl demeret. Minor pz: qꝛ nulla creatura pōt mereri vel demereri niſi reſpectu ei⁹ nature q̄ pōt ipaz pmiare. ¶ Quarta ppō Cauſa meritoria nō eſt proprie efficiēs nec finalis: nec formalis: nec materialis reſpectu pmij: pz: qꝛ cauſa meritoria nō eſt niſi merita: ſed ſolus de⁹ cauſat effectiue gl'iam ſubiectiuā: neqz eſt cā finalis. ergo zc. ¶ Quinta ppō. Cauſa meritoria large capta ē duplex. Una eſt mali: z hec pprie loquendo dr cā demeritoria. Alia eſt boni: z hec pprie dr meritoria. ¶ Correlariū. In titulo qōnis ſcti Bonauē. capit cauſa meritoria large. ¶ Sexta ppō. Cauſa meritoria licz nō ſit pprie cauſa eſt tñ diſpoſitio neceſſaria preqſita (ſtāte lege dei ordinatā) ad habendā gl'iam. Statuit eñ lex diuina q nullus vnqz ſaluabi ſine meritis ſuis pprijs: z hoc ſi fuerit adultus vtēs ratione: vel alienis ſi fuerit paruulus. ¶ Correlariū. Cauſa meritoria dr cauſa qꝛ diſpoſitio ad gl'iam vel ad penā.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in ſex ppoſitionibus. ¶ Prima ppō. Sicut in pdeſtinatione tria intelligun tur ſcz eternū ppoſitū: tpalis gratificatio: z finalis glorificatio: ita in obduratione tria intelligunt ſcz eternū ppoſitū tpalis obduratio: z finalis damnatio. ¶ Scda ppoſitio. Licet pena et gl'ia cadant ſimpliciter ſub merito: eternuz tñ ppoſitū (eo q eternū) nullū pōt habere meritū. Scda pars patet: qꝛ propoſitū eternuz eſt voluntas diuina. ¶ Tercia ppoſitio. Licet obduratio tpalis cadat ſimpliciter ſub merito: gratificatio tamen tpalis nō cadit ſimpliciter ſub merito: nec tñ ſimpliciter eſt extra meritū. Prima pars patet p queſtionē vltimam pterite diſtinctionis. Scda pars declaratur p ſequentem ppōnem. ¶ Quarta ppō. Triplex eſt meritum. Quoddam eſt meritū cōgrui. Et eſt qñ hō exiſtens in pctō facit qd in ſe eſt: z p ſe: vt ſi qs exiſtens in mortali pponit ɔfiteri z humiliat ſe orans deū: vt ipm eripiat a pctō. Aliud eſt meritū digni: z eſt qñ aliquis exiſtens in gratia orat vel facit opus bonum p alio. Et fit ſolum ab exiſtente in gratia. Terciū eſt meritum condigni: z eſt qñ homo exiſtēs in gratia facit aliqd opus bonuz vel orat pro ſe. Uñ nullus peccator pōt mereri merito condigni. ¶ Correlariū primū. Meritū congrui dicit meritū ſm quid a modernis: quia meritum pprie eſt reſpectu vite eterne. ¶ Scdm correlariū. Meritū tam de digno q̄ de condigno ſolū fit ab habente gratia: qꝛ non eſt dignū: vt de⁹ peccatores audiat. Uñ dicit. S. Bonauētura. Peccator qdiu eſt peccator omi bono ē indignus. patz: qꝛ peccator eſt inimicus dei mortalis. Uñ exemplariter loquendo. Sicut aliqs exiſtēs inimicus mortalis alicui⁹ eſt indignus vt elemoſynam ab eo accipiat (licet ille in tpe neceſſitatis teneat) ſic magnus elemoſynari⁹ ille id ē de⁹ nihil obligat pctōri zc. ¶ Quinta ppoſitio. Licet granficatio poſſit cadere ſub merito cōgrui: z ſub merito digni: nunqz tñ pōt cadere ſub merito cōdigni loquēdo ſcz de pma grā. ¶ Sexta ppoſitio q̄ eſt ɔcluſio rñſiua. Predeſtinatio z reprobatio qtum ad principalē ſignificatū: nunqz cadunt ſub merito tñ qtum ad connotatū cadūt ſub merito differenter tamē: quia reprobatio cadit ſub merito ſimpliciter: pdeſtinatio vero ſm quid. ¶ Correlariū primū Reprobationis ē cauſa demeritoria ex parte preſciti. Unde iſta cauſalis eſt vera. Quia iſte peccabit finalit ipſe dānabit.

¶ Scđm correlariū. Predeſtinationis non eſt cauſa ex parte pdeſtinati. Unde pz ex dictis ꝙ bene ꝯcordat doctor ſubtilis cū ſancto Bonauē. ¶ Notandū finaliter ꝙ propoſitū non dandi vitā eternam non hꝫ cauſaꝫ demeritoriā: ſed propoſitū puniendi eternaliter ꝛ obdurandi habet cauſam demeritoriā. Hoc eñ eſt connotatū: illud ꝓo ꝑ ſe ſignificatū.

## Scđo queritur. Utruꝫ

quantū ꝛ quātolibet maius: vt linea eſt
infinita .i. linea eſt aliquāta ꝛ quantoli/
bet maior. Hec expoſitio videtur magꝭ
exprimere. Sed ſic non capitur in ꝓpo/
ſito infinitū. Alio mō Infinitū capitur
kathegoreumatice: ꝛ eſt aliqua res h̄ñs
infinitatē. ¶ Scđa diuiſio. Infinitum
kathegoreumatice captū ſumit tripliciter.
ter. Primo pure negatiue: ꝛ eſt illud qđ
non habet terminū ſeu finē: nec eſt aptū
natum habere terminū. Iſto modo pū/
ctū eſt infinitum. Scđm Areſtotelē em̄
in quinto ꝛ ſexto phiſicoruꝫ. Qđ habet
terminū includit duo ꝛc̄. Alio modo ca
pitur pure priuatiue: et eſt illud qđ ca/
ret termino eſt tn̄ aptum natum habere
terminū. Uerbi gratia imaginet linea
exiſtere ablatis punctis terminantibus
ab ea. Tercio modo. Infinitū kathego
reumatice captū ſumit pure ꝯtrarie: ꝛ ē
illud qđ habet poſitiue infinitatem ꝛ de
hoc eſt ad propoſitū. ¶ Tercia diuiſio.
Infinitū kathegoreumaticū pure ꝯrie
captum eſt duplex: quoddā eſt infinitū
ꝯtrarie extra genus: ꝛ dicitur eē aliqua
res habens infinitā entitatē in ꝑfectione
cuiuſmodi eſt ſolus deus: ꝛ de hoc mem
bro eſt queſtio preſens. ¶ Quarta diui/
ſio. Infinitum ꝯtrarie in genere eſt qua
druplex ſcꝫ ſm multitudinem et corre/
ſpondet infinitati numerali: ſicut eēt in
finitus numerus: ſi poſſet eſſe vt infiniti
homines actualiter exiſtētes. Aliud eſt
infinitū ſm extenſionem vel magnitudi
nem ꝛ corr̄ndet infinitati molis. Terci/
um eſt ſm durationem. Quartum vero
ſm intenſionē: ſicut eſſet albedo habens
infinitos gradus. ¶ Quinta diuiſio.
Q̄libet illorū poteſt capi dupliciter.
ſcꝫ in actu ꝛ in potentia.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in tribus opinionibus: quarū ꝑme
due ſunt heretice. Tercia vero ē katho
lica et tenenda. ¶ Prima opinio ſtat in
vna diſtinctione ꝛ duobus dictis. ¶ Di
ſtinctio. Eſſentia diuina pōt dupliciter
ꝯſiderari. Uno mō ſub ratione eſſentie.
Alio mō ſub rōne potētie. ¶ Primū di/
ctum. Eſſentia diuina in rōne eſſentie ē
finita. ptꝫ: q2 nominat deū vt in ſe: q̇ vt
ſic eſt finitus: q2 cōprehendit a finito: vt
beatis: ꝛ hoc ptꝫ ꝓpter eſſentie ſimplici/
tatem q̄ tota videtur: ꝛ per ꝯñs compre
henditur. ¶ Scđm dictum. Eſſentia di
uina in ratione potentie eſt infinita: ptꝫ
quia vt ſic dicit reſpectū ad effectus in/
finitos. ergo ꝛc̄. ¶ Sed contra. Iſta opi
nio manifeſte eſt erronea: ptꝫ. Nam iſta
ſunt incōpoſſibilia ꝙ eſſentia ſit finita: ꝛ
potentia ſit infinita: cum ſint oīno idē.
¶ Pro declaratione tamē aliquorū iam
dictorum. Notande ſunt quedā ꝓpōnes
¶ Prima ꝓpō. Oēs bti ſunt cōprehēſo/
res comꝑhenſione ꝑfecte viſionis: ſꝫ non
cōprehēſione incluſionis. ¶ Scđa ꝓpō.

Nullus btūs (excepto xpo ſeu aīa xpi) intelligit deū quantum intelligere poſſet deo volente. ¶ Correlariū. Intellectus noſter pro ſtatu iſto nullā rem cōpreben dit. Probaṫ: q2 neq3 corpalem neq3 ſpiri tualem ſic intelligit: vt oīa pdicata de eo verificabilia cognoſcat. Item nō co/ gnoſcimus differentias indiuiduales. ¶ Scda opinio etiā ſtat in vnica diſtin ctione z duob9 dictis. ¶ Diſtinctio. Du plex eſt infinitū ſc3 ſimpliciter: z nobis. ¶ Primū dictū. Tam eſſentia q̄3 poten tia diuina eſt ſimpl'r et ſm veritatē fini/ ta: pt3. Quia eſt ipi deo finita q̄ eſt ſum ma veritas. ergo zc̄. ¶ Scdm dictum. Tam eſſentia q̄3 potentia diuina eſt no bis infinita: pt3: q2 improporcionabiliṫ nos excedit. ergo zc̄. ¶ Sed cōtra: quia ſicut ſupra probatū eſt q potentia diui na eſt actu infinita: ſic eſt z de eſſentia di uina. ¶ Tercia vero opinio katholica z tenenda ſtat in vnica pcluſione. ¶ Con cluſio. Tenendū eſt tanq̄3 verum (eo q eſt magis pſonū fidei: q̄ dicit deū immē ſum: z auctoritatibus ſanctoꝝ q̄ oēs di/ cunt deu3 infinitū) q eſſentia diuina eſt actu infinita. Un̄ Damaſcenus dicit q deus eſt quoddā pelagus ſubſtantie in/ finitum. ergo zc̄.

## Tercio queriṫ. Utrum

diuina potētia poſſit in effectū actu infi nitū. Notandū q hec q̄ſtio includit q̄t/ tuor q̄ſtiones: de quarū q̄libet eſt maxi ma difficultas pcipue ſm q tractāt mo derni doctores viri vtiq3 doctiſſimi eas ¶ Infinitum em̄ kathegorcumatice ca/ ptū cōtrarie in gn̄e eſt q̄druplex ſc3 ſm multitudinē: extenſionē: intēſionē z ſm durationē. ¶ Un̄ infinitū ſm multitu/ dinē eſt duplex. ſ. in actu z ī potētia. In/ finitu3 in actu ſm multitudinē eſt aliq̄ multitudo actu infinita q̄ nō ptingit da ri maiorē: vt ſi eēnt infiniti hoīes: mul/ titudo illoꝝ eſſet infinita taliter. Infi/ nitū vo in potētia ſm multitudinē ē ali qua multitudo actu finita data vel da/ bilis: q̄ ptingit dare maiorē in infinitū. ¶ Senſus igiṫ q̄ōis Prim9 pt eē. Utrū diuina potētia poſſit pducere infinitos hoīes: vel muſcas: z ſic de alijs ſm mul/ titudinē in actu: vel ī infinitū ī potētia. ¶ Scdo mō. Infinitū dr̄ ſm extenſionē z h' iterū ē duplex. ſ. in actu vl' in potētia In actu eſt aliq̄ multitudo hn̄s actu in finitā q̄titatē extēſiue: q̄ nō pōt eſſe ma ior extēſiue. ¶ Et de tali infinito ē ſcda pcialis difficultas. Uel eſt infinitu3 ſm potētiā: z eſt aliq̄ magnitudo hn̄s actu finitā q̄titatē extēſiue q̄ pōt eē vl' dari maior ī infinitū. Aliq̄ em̄ dicūt q ignis pōt augeri in infinitū illo mō: et ſic hec eſt vera. Omni igne dato vel dabili pōt eſſe maior. ¶ Tercio mō dr̄ infinitū ſm intēſionē: z hoc iterū aut in actu vl' in po tētia: ¶ Si in actu ſic eſt aliq̄ forma in/ tēſibilis hn̄s infinitos grad9 intēſionis pfectionales q̄ non ptingit dari maiorē ¶ Aliud aūt eſt infinitū ſm intēſionē in potentia: z ē aliq̄ forma intēſibilis data vl' dabilis q̄ pōt intēdi ī infinitū. ¶ De q̄ tercia pōt eſſe difficultas. ¶ Infinitū aūt q̄rto mō dr̄ ſm duratione: z hoc vel ſimpl'r vel ſm q̄d. ¶ Infinitū ſm durati onē ſimpl'r ē illud q̄d nō h3 pncipiū ſue durationis: nec finē. Et dr̄ alio noīe eter nū. Infinitū aūt ſm duratiōnē ſm q̄d ē illud q̄d licet habeat pncipiū ſue durati onis nō tn̄ h3 finē. Et dr̄ infinitū ſm du/ ratiōnē a pte poſt q̄d dr̄ ppetuu3. ¶ De hoc eēt q̄rta difficultas de q̄ tn̄ ſpecialiṫ tractabiṫ in ſcdo. Utrū ſc3 de9 poſſit vl' potuerit facere creaturā eterna3 ſeu ab eterno.

## Opinio modernoꝝ do

ctoꝝ. ¶ Pro q̄ poſſent allegari q̄dragin/ ta rōnes hincinde diſpſe in Hybernico. Elinckam Bockinkam. Adam z Gre/ gorio de arimino qui quaſi eſt princeps illi9 opinionis: z ſtat in q̄tuor pcluſioni bus. ¶ Prima pcluſio. De9 pōt pduce/

tē aliquā mltitudinē actu īfinitā. ¶ Se
cūda ꝯcluſio. De⁹ pōt facere aliquā ma
gnitudinē actu infinitā. ¶ Tercia ꝯclo
De⁹ pōt facere aliquā q̄litatē intēſibilē
actu infinitā. ¶ Quarta ꝯclo. De⁹ pōt
facere infinitū ſm durationē ſimplr̄ ꝛ h̄
etiam ſm plures ſcotiſtas. ¶ Probatio
harū ꝯcluſionū. Quia oē illud ē poſſi
bile deo qḋ nō includit euidēter ꝯdictōꝫ
nec ad ipm ſequitur neceſſario ꝯdictio.
Sꝫ infinitas actualis et multitudo non
includūt ꝯdictionē poni ſiſ nec ad eas ſe
quiſ neceſſario ꝯdictio. Silr̄ infinitas
actualꝭ ꝛ magnitudo ꝛc̄. nō includūt ꝛc̄.
ergo ꝛc̄. Maioꝛ eſt Scoti in qrto. Sed
minoꝛ ꝓbaſ: qꝛ infinitas ꝛ rō multitudi
nis nō repugnāt. ꝓbaſ: qꝛ rō mltitudis
ſeu multitudo inq̄tū multitudo nō in/
cludit finitatem nec infinitatem. Infi/
nitas ergo non deſtruit rationem multi
tudinis: nec rationem magnitudinis. lo
quēdo de infinito in actu in gn̄e tn̄: pꝫ
eñ ꝙ nihil aliud a deo pōt eſſe infinitū in
actu ſcꝫ in ꝑfectione. ¶ Tenēs has ꝯclu
ſiones nō dimittit Scotū. pꝫ de quarta
difficultate: qꝛ doctoꝛ ſubtilꝭ ē neuter in
ſcḋo. Soluit ei argumēta ꝓ vtraqꝫ pte
Jtē vult ꝙ finitas ꝛ infinitas nō variāt
rōnē foꝛmalē eoꝝ cui⁹ ſunt. ¶ Sꝫ h̄ nihil
videſ ad ꝓpoſitū. patꝫ eñ ꝙ dato ꝙ de⁹
faceret talia infinita: adhuc vnūqḋqꝫ ta
liū haberet finitatē entitatiuā, vt modū
intrinſecum omni creabili.

## Reſponſio ſancti Bo/

nauēture ſtat in vna diſtinctiōe ꝛ duabꝫ
ꝯcluſionibꝫ. ¶ Diſtinctio. Duplex ē in/
finitū .ſ. actu ꝛ potentia. ¶ Prima ꝯclo.
Infinitū in potētia deus facit. ¶ Scḋa
ꝯclo. Infinitū in actu nō pōt facere nec
facit. Ponit rōnē q̄ parū curaſ ab alijs.
Aliter etiā ſic ꝓbaſ. De⁹ non pōt facere
tot hoīes quin facere poſſit plures. ꝓbaſ
qꝛ q̄tcūqꝫ dederis eū feciſſe. q̄ro Utruꝫ
de⁹ poſſit facere alios aut nō. Si non. ꝗ
potētia diuina eſt infirma ꝓpt creatioꝫ
illoꝝ: ꝛ ſic finita ꝛ limitata Uel pt̄ alios
facere (ꝛ hoc mēbrū opoꝛtet admitti) ꝗ
illi q̄ adhuc pn̄t fieri additi alijs augēt
eos. ¶ Alia opinio diceret etiā ſi de⁹ fa/
ceret albedinē infinitoꝝ graduū ſeu (qḋ
idē eſt) infinitū actu ſm intenſionē: ad/
huc illa albedo eēt minoꝛis entitatis q̄
minima ſubſtātia: immo q̄ mīma qua/
litas ſpūalis alterius ſpeciei ab ipſa.
¶ Argumēta añ oppoſitū nō ſunt meli/
oꝛa q̄ fieri poſſunt. Uñ ꝛ ſctūs Bonauē
tura bñ ſoluit. Concedit aūt ꝙ de⁹ pōt
facere infinita ſinkathegoꝛeumatice ca/
piendo .i. quātūcunqꝫ multa fecerit pōt
facere plura. ¶ Argumētoꝝ declaratio
pro parte prime opinionis. Et pmū alij
ſic ſoluunt. Infinito nihil eſt maius: ve
rū eſt de infinito ſimplr̄ ſeu extra gen⁹.
Aliud eſt infinitū in genere ſeu in ſpecie
vt infinitū in multitudine ſicut infiniti
homines. Dicunt ergo. Licet deus infi/
nitos faceret homines: adhuc in entita/
te eſſent imperfectius ens q̄ minim⁹ an
gelus: quia eſt alterius rationis.
¶ Ad ſcḋam vero rationem dicerent ꝙ
caloꝛ infinitus ſm intenſionē eſt infini/
tum ſm quid ſeu in genere eēt eñ in ge/
nere qualitatis. Et eſſet imꝑfectioꝛ mi/
nima ſubſtantia. De tali infinito nō eſt
verū ꝙ ſit ſimpliciter ſimplex. De quo
infinito notande ſunt alique ꝓpōnes ſm
illā opinionē. ¶ Prima ꝓpō. Deus po/
teſt creare infinitas aīas. ¶ Scḋa ꝓpō.
Deus poteſt creare infinitas gratias in
iſtis animabus. ¶ Tercia propoſitio.
Deus poteſt ſeparare illas gratias ab
aīabus ſicut mō ſeparat q̄titatem et
q̄litatē a ſubſtātia panis in ſacramento
altaris. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Deus po/
teſt ſeparatas gratias vnire ſibiinuicē.
Sicut ſi eſſent infinite gutte aque quo
ad numerum ſeu multitudinem poſſent
vniri in vnum mare. Poſtq̄ autem eſ/
ſent vnite in vnam gratiam illa eſſet in/
finita intenſiue. Huic vltimo manifeſte
videſ Scotus in tercio diſtinctione. xiij

ꝯtradicere. ergo ⁊ illi ex quo ſequit᷑.

**Quarto querit᷑ de infi**nitate diuine potētie q̄tū ad rōnē ope/randi. Utrū ſcʒ ſe extēdat in infinitum. ¶ Pro declaratione queſtionis notādē ſunt aliq̄ ꝓpoſitiones per ordinem. ¶ Prima ꝓpoſitio. Intellectus vt ē pri or voluntate: nihil pōt cauſare niſi neceſ/ſario et naturaliter. Sed quicq̄d deus cauſat ad extra mere libere et ꝯtingēter cauſat. ¶ Scđa ꝓpō. Uolūtas diuina vt eſt opatiua ad extra ad nihil ſe exten/dit: niſi qđ eſt precognitū ab intellectu. ¶ Tercia ꝓpō. Ratio diuina operandi ad extra non ſe tenet p̄ncipaliter ex par/te voluntatis: ſed ex parte intellectus. Probat᷑. Ratio diuina opandi ad extra eſt illa ſm quā deus rōnabiliter operat᷑ ⁊ cauſat rōnabiliter. Sed cauſare rati/onabiliter p̄ncipaliter ꝑtinet ad intelle/ctum. ergo ⁊c̄. Nā deus nihil pōt opari ad extra niſi rōnabiliter: clarū eſt em̄ ꝙ de⁹ non eſt agēs ignorāter. ¶ Uñ ratio ope randi in deo eſt duplex ſcʒ habitualis: ⁊ eſt ſciētia ſiue ſapiā dei: ſiue condeſceſſio bonitatis eius: vel cōdecentia bonitatꝭ ipſius. Alia eſt actualis: ⁊ illa attendit᷑ ex parte creature. Et eſt exigentia meri toꝝ a parte creature. Et ſic mundū to/tum ⁊ oīa deus creauit ꝓpter electos.

**Sanctus Bonauentu**ra reſpōdendo ad queſtionē narrat vnā opinionē quā ⁊ mgr̄ recitat ī lr̄a: ⁊ ſtat ī vnica concluſione. ¶ Concluſio. Ratio diuine potētie eſt finita. ꝓꝫ: q: de⁹ nihil pōt facere ſeu dimittere niſi ex optima ⁊ iuſta ratione: ⁊ iſta eſt finitoꝝ: vt puta que facit. ergo eſt finita. Iſta opinio eſt erronea ⁊ bene improbat᷑ a doctore Se raphico. vide litterā. ¶ Opinio ꝓpria ſtat in quinq̄ dictis. ¶ Primū dictum. Duplex ē act⁹ diuine potētie. Unus ꝑ modū habitus ſcʒ poſſe: alius ꝑ modū actus: ſcʒ operari. Sub alijs verbis (ſm Scotū) vt actus primus: vel vt actus ſcđs. ¶ Scđm dictū. Sicut duplex eſt actus diuine potētie: ſic duplex eſt ratio operandi: ſcʒ habitualis ⁊ actualis. ¶ Tercium dictum. Ratio diuine po/tentie habitualis (q̄ eſt diuina ſciētia ⁊ diuine bonitatis cōdecētia) ſe extendit ad infinita. ꝓꝫ: q: illa eſt reſpectu oīm poſſibiliū fieri. ¶ Quartū dictum. Ra tio operandi diuine potētie actualis eſt diuina diſpoſitio ſiue p̄ſcia et meritoꝝ exigentia. ¶ Quintū dictum. Diſpoſi/tio ⁊ p̄ſcia diuina ſm ꝙ eſt ratio actua/lis in deo operandi: non extēdit ſe ad in finita. ꝓꝫ. Quia multa ſunt poſſibilia que non creabuntur.

**Circa diſtinctio**nem quadrageſimāquartā que duos habet articulos. Primo querit᷑ circa primū articulum. Utrū deus potuerit facere mundū meliorem q̄tum ad ſubſtantiā partiū integraliū. ¶ Pro terminoꝝ de/claratione. Notandū ꝙ mundus capit᷑ ſex modis. Primo pro congregatiōe vl̄ aggregatione oīm rerū creatarū ſiue il/le ſint ſubſtātie: ſiue accidentia. Et ſic omnia alia a deo ſimul aggregata ſunt mundus ſiue vniuerſum. Deus aūt eſt rector vniuerſi. Hoc modo capitur in queſtione iſta. Scđo modo capitur pro vniuerſitate creaturarum contentarum infra eandem ſperam: que a nullo conti/netur comprehendo ipām cum alijs. Et dicitur mundus ſenſibilis. Hoc mō an geli non ſunt de mundo. Solum enim corporalia hoc modo ſunt de mundo. ¶ Propoſitio. Mundus ſenſibilis fact⁹ eſt propter hominem non tamen quem/libet: ſed propter bonos tm̄. Non ſic an/geli ſunt creati propter nos: licet de⁹ ex ſua benignitate deſtinet ipſos ad nos: vt adiuuemur ab ipſis. Tercio modo capitur pro mundo architypo. Et eſt fi lius dei vel noticia diuina. Unde ſan/

ctus Auguſtin⁹ dicit ꝙ mūdus iſte ſenſibilis fact⁹ ē de nobiliſſimo mūdo Etiā ſm aliq̄s mūdus architypꝰ capit̄ ꝑ mundo exēplari. Ab archos qḋ ē pnceps ⁊ typus qḋ ē mūdus q̄ſi pncipal̄ mūd⁹. Et iſto mō mūdus nihil aliud ē niſi eſſe cognitū rerū creabiliū ſiue ydea: vt ſūt incōplexa neceſſaria aut determinatōe voluntatis: vt ꝯtingētia. Et de iſto mūdo exēplari loq̄tur Boeti⁹. iij. de ꝯſolatōne Metro nono. ad deū. Tu cuncta ſupno ducis ab exēplo. Pulchꝝ pulcherrimus ipſe. Mundū gerens: ſimiliq̄ʒ ab imagine formās. Quarto capit̄ mūdus ꝑ hoīe qui dr̄ microcoſm⁹. i. minor mūdus ſm phm ⁊ ſctm̄ Gregoriū. quia iuxta aliq̄d oīs creatura hō de hoc non eſt pn̄s q̄ſtio ſpāl'r. Quinto ꝑ ſupiori et ꝑfectiore pte mūdi ſenſibil'. videlicet pro illa pte que ꝯtinue mouet̄ ⁊ motu regulari ſcʒ ꝑ ſperis. Sexto capitur mūdus ꝑ amatoribꝫ mūdi Hec aūt acceptio mūdi ē eq̄uoca.

¶ Deinde notandū ꝙ melioritas eſt duplex. ſ. abſoluta et reſpectiua. Melioritas abſoluta dr̄ illa q̄ ꝯuenit rebꝫ ſm ſuas ſbas abſolute ſcʒ nō ꝯparando. Sic melior ē mus q̄ʒ panis. Alia eſt melioritas reſpectiua: q̄ ſcʒ ꝯuenit rebꝫ ſm ꝙ cōparant̄ vel ad agens vel ad obiectuʒ: vel ad aliq̄d aliud. Vn̄ Aug⁹. Melior eſt panis in domo q̄ʒ mus. i. ad ꝯſeruandū hoīem. Hec aūt qḋ ſolū ē de melioritate abſoluta. pʒ q₂ dicit quo ad ſubſtantiā.

¶ Poſt hec ſciendū ꝙ partes integrales vniuerſi ſunt duplices ſcʒ principales ⁊ min⁹ pncipales. Partes min⁹ pncipales dicunt̄ ille q̄ nō ſunt de ꝑfectione eſſentiali vniuerſi ſine q̄bꝫ ſcʒ vniuerſum manet eſſential'r ꝑfectū. Partes aūt pncipales dicunt̄ ille que ſunt de ꝑfectiōe eſſentiali vniuerſi ſine quibus ſcʒ vniuerſum non manet eſſentialiter ꝑfectū. Vn̄ linconienſis ſup̄ primū poſteriorꝝ dicit ꝙ oēs ſpecies ſint de ꝑfectōne eſſentiali: q₂ ꝑfectio ⁊ decor vniuerſi ſtat in diuerſitate ſpecierum. Vn̄ dicit Aug⁹. Q₂ ſi omīa eſſent oīa: ſeu vnū: oīa non eſſent oīa. Vn̄ vult linconienſis ꝙ licʒ in aliq̄bꝫ regionibꝫ ſit intēperies ꝑpter quā aliqua indiuidua multarū ſpecierū deficiant: tn̄ in alijs cōſeruāt̄. Indiuidua aūt q̄cunq̄ʒ ſint: ſunt partes integrales vniuerſi min⁹ pncipales.

¶ Correlariuʒ. Deus nullo mō ē ps vniuerſi. Probat̄. Oīs ps ē minor ⁊ imꝑfectior illo cui⁹ eſt ps: ſed deus in infinitum eſt ꝑfectior oībꝫ creatis ſimul: nec oēs creature cū deo dicūt aliq̄d ꝑfectius q̄ʒ deus ſolus. ergo ⁊c̄.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in tribꝫ dictis cum diſtinctione tali

¶ Exceſſus bonitatis eſſentialis pōt attendi dupl'r. Vno mō q̄ʒtū ad eſſentiarū nobilitatē ⁊ gradus. Alio mō q̄ʒtum ad eſſe prout ꝯcernit additionē ſiue augmētum. Tunc dicendū exēplariter ꝙ q̄ʒtū ad eſſentie nobilitatē ⁊ ſubſtantie: minimū indiuiduū auri: vt vnic⁹ aure⁹ excellit talentū argenti. Licet talentū argēti q̄ʒtū ad additionē valeret plus centū aureis. Primū dictū ¶ De⁹ ſimpl'r nō pōt facere iſtū mundū q̄ eſt (ipſo remanēte) meliorē q̄ʒtū ad ſbam ſuarū partiū integraliū. Probat̄: q₂ deus nō poteſt facere mundū hūc meliorē niſi trāſſubſtāciando faciendo de hoīe angelū ⁊ de angelo nobiliorē eſſentiā: ⁊ hoc quidem pōt: ſed mūdus iſte nō maneret tūc. g̃ ⁊c̄. Sicut in ſacramēto altaris ſba panis ⁊ vini deperdit̄ nec remanet: licet nō annihiletur. Vn̄ ſi deus vellet me mutare in angelū vtiq̄ʒ rogarē eum dicendo. Dn̄e ſufficit mihi ꝙ ſum hō: g̃ras tibi ago ꝑ eo ꝙ me creaſti. Crea dn̄e de nouo angelos q̄tq̄t tibi placent: ita tn̄ ꝙ me nō trāſſubſtanties: q₂ ſi me trāſſubſtātiaueris in angelum ego n̄ manerē. ¶ Scd̄m dictū. De⁹ ſimpl'r pōt facere alium mundū meliorē iſto. patet. Omi em̄ corpori dato vel dabili deus pōt facere nobilius corp⁹. Et pōt facere ꝑfectiores ſbas q̄ʒ ſint angeli imo dico ꝙ omni mūdo dato vel dabili

deus pōt creare meliorē. Vñ est questio nimis curioſa querere cur nō fecerit meliorē. ¶ Terciū dictū. Deus ſimpl'r pōt facere iſtū mundū eſſe meliorē q̄tū ad eſſe ſiue additionē. Nec iſta ↄ̄dicit p̄me. Poſſet eñ puerū facere (manēte ſubſtantia eius) fortem gigantem.

## Reſtat ſoluere argumēta.

¶ Pro ſcd̄o igif argumēto ſciendū q̄ deus in p̄ncipio creauit q̄tuor ſimul. ſcȝ nobiliſſimū corpus hoc ē celū empyreū qd̄ ē loc⁹ bt̄oꝝ ⁊ in ipſo creaturā ſpūalēȝ nobiliſſimā ſcȝ angelicā naturā ⁊ terraȝ vł materiā p̄mā ¶ Naturā angelicā eſſe ꝓpe deū p̄t intelligi dupl'r. Vno modo q̄tū ad attingentiā beatificā. Hoc mō intelligit ſctūs Aug⁹. Et ē illud qd̄ dixit Bonauē. q̄ ſit ꝓpe q̄tū ad imediatā receptōnē ⁊ ↄuerſionē. Alio mō p̄t intelligi q̄tū ad entitatē vel naturā ꝓpriam Sic nō intelligit q̄ angelus ſit ꝓpe deū ¶ Materia p̄ma eſt ꝓpe nihil. Iſta ꝓpō (ex Auguſtino in libro ↄfeſſionū) eſt intelligenda de iſtis q̄ ſunt de p̄dicamēto ſb̄e. vel ꝑ ſe vel reductiue ſeu tanq̄ ꝑtes ſb̄e. Inť talia eñ materia p̄ma eſt infimū nō aūt imꝑfectior q̄ntitate vł q̄litate ⁊c̄. ¶ Pro ſolutōe tercij argumēti. Nota q̄ potentia obeditiua eſt potētia paſſiua: ſm̄ quā ipſa creatura ſubicif deo: ita q̄ pōt creator de ipſa creatura ſua facere q̄cq̄d vult. ¶ Prima ꝓpō. Deus nullaȝ creaturā cōplet totał'r q̄ntū ad potētiā obedientialē totā. Probaf: q2 poſſet eaȝ anihilare: ſȝ nō facit. g̃ ⁊c̄. ¶ Scd̄a ꝓpō. Deus poſſibilitatē obediētie ī materia cōplet p̄tialiter ſm̄ diſpoſitōnes in ipſa Vñ in p̄mo phiſicoꝝ Ariſtoteles repre/hendit Anaxagorā q̄ dicebat q̄ ex quolibet fieret q̄dlibet qd̄ non ē verū. Itē de⁹ non dat alicui bt̄o tantā grām ſeu charitatem quantū eſt capax excepto chriſto. Sed deus dat vnicuiq̄ beatorum gloriam ſm̄ merita ſua. Hoc habef in mille paſſibus ſacre ſcripture.

## Querif ſecundo. Vtrū

mundus potuit fieri melior q̄tū ad partium integrantiū ꝓprietates. ¶ Pro declaratione q̄ōnis huius. Sciendū q̄ duplex eſt ꝓprietas ſcȝ eſſentiał ⁊ accidentalis. Eſſentiał eſt duplex. ſcȝ ſpeciuoca ⁊ eſt illa q̄ ↄſtituit ſpēm aliquā in eē ſpeciuoco: ⁊ eſt de eſſentia illi⁹ ſpeciei. Hoc mō rōnale eſt ꝓprietas hoīs. ¶ Propoſitio. Quelibet differentia eſſentiał cōſtitutiua ſpeciei eſt ꝓprietas eſſentiał ſpeciei quā ↄſtituit. Probaf: q2 ↄuertif cū ea ⁊ illi ſoli ↄuenit. Et de illa nō ē q̄ſtio hec. Alia ē ꝓprietas eſſentiał indiuidualis: ⁊ eſt illa q̄ ↄſtituit indiuiduū in eſſe indiuidui: vel ↄſtituit ſuppoſitū in eſſe ſuppoſiti: qd̄ d̄r propter ꝑſonas diuinas que proprie nō ſunt indiuidua: quia ibi nullū eſt indiuiduū ſeu diuiſum. Et eſt ipſa dr̄ia indiuidualis q̄ d̄r gradus ypoſtaticus. ¶ Prima ꝓpoſitio. Ois differentia indiuiduał conuertif cū ſuo indiuiduo. ¶ Secunda ꝓpō. Omnis differentia indiuidualis ſeu ꝓprietates ypoſtatice ſunt de intrinſeca ratione indiuidui ſeu ſuppoſiti. Nec̄ de illa eſt q̄ſtio p̄ſens. ¶ Proprietas autē accidentał ſimiliter eſt duplex. Quedam eſt proprietas accidentalis ꝑ ſe: ⁊ dicif propria paſſio rei cōueniens ipſi in ſcd̄o mō dicendi ꝑ ſe. Et de iſta nō videf eſſe queſtio iſta ſed p̄cedens. patet: quia ſunt eedem res cum eſſentijs ⁊ ideo variatis ſubſtantijs variantur tales proprietates neceſſario Alie ſunt proprietates accidentales per accidens: ⁊ ſunt alique entitates realiter diſtincte a ſuis ſubiectis: pertinentes ad aliquod nouem predicamentoꝝ. ¶ Propoſitio. Oīa accidentia de aliquo nouē p̄dicamētoꝝ poſſunt dici ꝓprietates ſubſtantie. Probaf. Quicq̄d ↄuenit alicui in aliquo mō ꝓprij pōt dici ꝓprietas: ſed ſic eſt de illis nouē generib⁹. patȝ diſcurrendo ꝑ ſingula. ergo ⁊c̄. Et de illis eſt queſtio iſta.

# Reſolutio queſtionis

ſtat in duabꝫ diſtinctionibꝫ. decem ꝓpoſitionibꝫ ⁊ tribꝫ dictis ¶ Prima diſtinctio Partes vniuerſi ſunt duplices. ſcʒ manētes ⁊ trāſeuntes. Partes manētes dicuntur ille ꝑtes q̄ nō poſſunt corrūpi vel deſtrui ꝟtute agentis naturalꝰ. ⁊ q̄ ſunt immediate a deo ꝓducte. vt angeli. celi. oīa elemēta. ¶ Prima ꝓpoſitio. Partes manentes vniuerſi ſunt de integritate ipſiꝰ vniuerſi. Unde ſi mūdus eſſet ſine terra nō eſſet cōpletus ſicut domꝰ ſine tecto vꝉ fundamēto. ¶ Scd̄a ꝓpō. Mundus nō pōt exiſtere ſine partibꝫ manentibꝫ patet ¶ Tercia ꝓpoſitio. Partes manētes vniuerſi ſemꝑ manebūt et nunq̄ꝫ corrūpentꝰ de potentia dei ordinata: licʒ de potētia dei abſoluta poſſent corrūpi. Un̄ xp̄us In euangelio Luce viceſimoprimo capitulo: Celū ⁊ terra tranſibunt verba autem mea non tranſibunt. poteſt intelligi dupꝉr. Uno mō quo ad motū ⁊ quo ad generationē ⁊ corruptionē: ⁊ ſic debet intelligi: quia illo mō trāſibunt. Alio mō quo ad corruptionē ſimpꝉr ⁊ ſic nō debet intelligi. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Partes manentes vniuerſi meliorabuntꝰ ⁊ renouabuntꝰ poſt iudiciuʒ. Un̄ Eſaie. iij. Erit lux lune ſicut lux ſolis. ⁊ lux ſolis ſicut lux ſeptē dierū. ¶ Partes vniuerſi trāſeuntes dicuntꝰ ille ꝑtes q̄ pn̄t corrumpi vel deſtrui ꝟtute agentis naturalꝰ: et nō ſunt imediate a deo ꝓducte. vt hic hō aſinus. leo. bos ⁊c̄. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Partes tranſeuntes vniuerſi nō ſunt de integritate vniuerſi: patʒ q2 ſi ſic q̄tidie vniuerſum aliq̄n eſſet integrū aliq̄n non ¶ Sexta ꝓpō. Oīa gn̄abilia ⁊ oīa corruptibilia ſunt ꝑtes tranſeuntes vniuerſi. ¶ Septima ꝓpō. Licet ꝑtes trāſeuntes nō ſint de ꝑfectōe eſſentiali vniuerſi: ſunt tn̄ ꝑtes vniuerſi per accidēs. ¶ Octaua ꝓpō. Licet q̄libet ſpēs ſit de ꝑfectōe vniuerſi: nullū tn̄ generabile ⁊ corruptibile eſt de ꝑfectione eſſentiali vniuerſi. patet. Perfectio em̄ eſſentialis vniuerſi ꝯſiſtit in ordine diuerſarū eſſentiarū. ¶ Nona ꝓpoſitio. De quacūq̄ꝫ ſpecie creata manent ſemꝑ indiuidua vel aliquod indiuiduum. Hoc dicitꝰ propter fenicē auem qui vnicū hʒ indiuiduū: puta in aliqua regione. ¶ Decima ꝓpō. Quelibet ſpēs in vniuerſo ē de integritate ſeu ꝑfectōne vniuerſi. ergo poſt diē iudicij vniuerſuʒ nō erit integrū nec ꝑfectum eſſentialiter. ¶ Diceretꝰ forte ꝙ eſſent de ꝑfectione mūdi ſtante motu celi ⁊ gn̄atione ⁊ corruptione. ¶ Primū dictū ſancti Bonauēture. Partes trāſeuntes ipſiꝰ vniuerſi pn̄t fieri meliores q̄ꝫtū ad ꝓprietates ſiue intelligatur de ꝓprietatibꝫ in eſſe nature: ſiue i eſſe moris. patet em̄ ꝙ tales partes quotidie meliorantꝰ ⁊ peiorantꝰ quo ad ꝓprietates naturales. patet de ſanitate et egritudine. Sic ⁊ de vicijs ⁊ ꝟtutibus. ¶ Secūda diſtinctio. Partes manētes poſſe meliorari intelligitur dupꝉr Uno mō q̄ꝫtū ad ꝓprietates in ſe et abſolute. ¶ Scd̄m dictū. Partes manētes vniuerſi pn̄t fieri meliores in ſe ⁊ abſolute q̄ꝫtū ad ꝓprietates accidētales. Alio mō pōt intelligi q̄ꝫtū ab ꝓprietates in ordine ad deū. ¶ Terciū dictuʒ. Partes manentes vniuerſi nō poſſunt fieri meliores per reſpectum ad vltimū finem. Hoc eſt verū quo ad terminum ipſius reſpectus. Tamen de hoc latius in q̄ſtione ſequenti.

# Sed queritꝰ Utrū deus

poſſit facere hominē impeccabilem per naturam. ¶ Reſpondet ſanctus Bonauentura ꝙ ſic. Sed aliter dicitur. Q2 ſi deus faceret talem hominē impeccabileʒ per naturam ille homo nō eſſet eiuſdem ſpeciei cum homine creato. Probatur: Quandocunq̄ꝫ aliquod p̄dicatum conuenit neceſſario alicui indiuiduo per rationē ſpeciei illud n̄ repugnat alij indiuiduo. Sʒ iſtud p̄dicatū peccabilitas ſeu ꝟtibilitas de bono ad malū ꝯuenit neceſſario alicui idiuiduo puta viatori per

rationem ſpeciei.ergo nõ repugnat aliq̃. Licet p̄hus diceret q etiã neceſſario conueniret cuicunq̃ indiuiduo eiuſdẽ ſpẽi. Uñ licet xp̄s nõ dicat̃ peccabil'r tñ natura hũana q̃ in xp̄o ẽ:ſimpl'r ẽ peccabilis. Uñ ſicut de⁹ cõtingent̃ ſibi vniuit illam naturã:ſic de potẽtia dei abſoluta poſſz eam dimittere: ⁊ ſic poſſet peccare ſicut alius viatoꝛ ſi de⁹ faceret eã ſcʒ naturaʒ viatoꝛẽ. ¶ Pꝛo ſolutõe penultimi argumenti Nota q illa ꝑpõ. Deus agit ex tota potẽtia ſua põt intelligi dupl'r. Uno mõ vt ly tota determinet ſeu teneat ſe ex pte potentie. Et ſic ẽ verũ:qꝛ de⁹ nõ agit ꝑ partialẽ potentiã cũ nõ habeat: ſʒ ſua volũtate agit. Alio mõ põt ly tota ſe tenere ex pte effect⁹ ſic ſcʒ q tantũ effectuʒ producat quãtũ põt ꝑducere. Et ſic eſt falſa: quia producens coꝛpoꝛalia poterat producere ſpiritualia.

Querit̃ tercio. Utrum Deus potuerit mundũ facere melioꝛeʒ q̃tũ ad oꝛdinẽ ptiũ ¶ Reſol'o q̃õis ſtat i ſeptẽ ꝑpõib⁹ ⁊ vna diſtictõe ¶ Pꝛia ꝑpõ Duplex ẽ oꝛdo partiũ vniuerſi. Quidã eſt ad ſe inuicẽ ſiue in vniuerſo. Alius ẽ ipſarũ partiũ ad deũ. Et habet̃ illa diſtinctio oꝛiginal'r ab Ariſtotele.xij.methaphiſice. vbi dicit q exercit⁹ hʒ oꝛdinẽ int̃ ſe ſeu ptes ei⁹ ad inuicẽ:⁊ etiã hʒ oꝛdinem ad ducẽ exercit⁹. Sic etiã mũdus ẽ q̃ſi exercit⁹ dei. ¶ Scda ꝑpõ. Pꝛim⁹ oꝛdo q̃ eſt ptiũ vniuerſi int̃ ſe reſpicit ſapiẽtiam diuinã appꝛopꝛiate. Scds reſpicit ſeu oñdit bonitatẽ dei. Niſi eñ bonitas diuina ꝯſeruaret res oĩo deficerẽt. Jtẽ niſi miſcdia dei tolleraret pctõꝛes: imediate ipſis peccantib⁹ a demonib⁹ ad infernum raperent̃. ¶ Tercia ꝑpõ. Oꝛdo partiũ vniuerſi int̃ ſe eſt ꝑpter aliũ oꝛdinem.ſcʒ ꝑpter oꝛdinationem ad finem. ¶ Quarta ꝑpõ. Oꝛdo partiũ in finẽ eſt nobilioꝛ q̃ oꝛdo partiũ int̃ ſe. ¶ Diſtinctio. Si loq̃mur de oꝛdine partiũ int̃ ſe diſtinguo:qꝛ poſſum⁹ loq̃ de ptib⁹ pꝛincipalib⁹ ⁊ manẽtibus.ſcʒ incoꝛruptibilib⁹ vel de partib⁹ min⁹ ꝑncipalib⁹ ⁊ nõ remanentib⁹:vt coꝛruptibilib⁹. ¶ Quinta ꝑpoſitio. Partes ꝑncipales mũdi ⁊ ꝑmanẽtes nõ potuerũt meli⁹ oꝛdinari ſimpl'r a deo:ſed ſunt optime oꝛdinate:põt pꝛobari:qꝛ in tali oꝛdine conſiſtit decoꝛ vniuerſi. Circa qð notandũ q oẽs ptes mũdi reducunt̃ ad tres.ſcʒ ad naturã intellectualẽ:naturã celeſtẽ int̃ q̃s celũ empyreum tenet ꝑmatũ:⁊ ad naturã elemẽtarem. Et ad declarandũ ꝑ incipientibus Elemẽtũ dr̃ leue ſimpl'r ⁊ leue mixtum. ſic etiam aliqð dr̃ graue ſimplicit̃ aliud aũt graue mixtũ. Elementũ leue ſimpl'r eſt illud qð nihil hʒ grauitatis ſicut eſt ignis. Sʒ natura leuis ẽ ceſſurſum ideo ignis ẽ ſupremũ. Leue aũt mixtũ ẽ illud qð hʒ aliq̃d leuitatis ⁊ aliq̃d grauitatis vt aer q̃ ſcðm tenet locũ. Sʒ ꝑpt̃ noſtrã ꝯſolationẽ eſt in aliq̃ pte cõtiguus terre Aliud ẽ elemẽtũ graue mixtũ qð ſcʒ hʒ aliq̃d grauitatis ⁊ aliq̃d leuitatis ſicut aq̃ que hʒ terciũ locũ. Non eñ imediate ſuccedit igni qꝛ directe ꝯtraiat̃ igni q̃a ignis ẽ ꝑmo calidus et ſiccus. Aqua ꝟo eſt frigida ꝑmo ⁊ humida. Ne ergo eſſet nimia eoꝝ impꝛopoꝛtio ex actõne ipſoꝝ vehemẽter ad inuicẽ violenta deus optime oꝛdinauit. Elementũ graue ſimpl'r eſt illud qð nihil hʒ leuitatis vt ẽ terra q̃ inf.mũ ſoꝛtit̃ locũ. Sic etiã ẽ de oꝛbiũ celeſtiũ oꝛdinatione puta ſtellarũ cratica rum.i.planetarũ ⁊ ſtellaꝝ fixarũ. ¶ Sexta ꝑpõ. Partes min⁹ ꝑncipales mũdi vt generabiles ⁊ coꝛruptibiles) potuerunt meli⁹ oꝛdinari a deo q̃ vt nũc ſunt oꝛdĩnate.patet:quia in fine mũdi melius oꝛdinabunt̃:quia habebunt requiẽ electi dei. ¶ Septima pꝛopoſitio. Partes vniuerſi ſiue pꝛincipales ſiue min⁹ ꝑncipales:nõ potuerunt melius oꝛdinari q̃tũ ad finem vltimũ:patet:quia nihil poteſt melius oꝛdinari niſi ad ſummũ bonum quod eſt deus. Sed omnia oꝛdinant̃ ad deũ tanq̃ ad vltimũ finẽ.ergo ⁊c̃.

## Solutio argumentoꝝ

Tercio pro argumēto qđ etiam probat ꝯdinē partiū vniuerſi nō poſſe melioꝛari. Nota ſequētes ꝓpōnes. ¶ Prima propoſitio. Quattuoꝛ elementa nō pñt melius oꝛdinari in vniuerſo ſm̄ ſuas qualitates. Duplicia em̄ ſunt elemēta .ſ. ſimboliſantia: ꝛ dſcunſilla que conueniunt in aliqua qualitate: vt aqua ꝛ terra: aer ꝛ ignis: qꝛ tam terra ꝙ̄ aqua eſt frigida ꝛ aer ꝛ ignis calidus. Quattuoꝛ em̄ ſūt qualitates ꝯtrarie. pꝛimo actiue ſcꝫ caliditas: humiditas: frigiditas et ſiccitas. Cuilibet aūt elemēto ꝯueniūt due ex ipſis. Vñ phs. ij. de gñatione. Aer eſt calidus ꝛ humidus: ignis eſt calidus et ſiccus. Aqua ē frigida ꝛ humida. Terra ꝟo eſt frigida ꝛ ſicca. Et vt ibideꝫ dicit. Ignis eſt ꝯtrarius aque: ptꝫ qꝛ calidus ꝛ ſiccus. Terra ꝟo aeri. patꝫ: qꝛ eſt frigida et ſicca: aer ꝟo eſt calidus ꝛ humidus. Elementa nō ſymboliſantia dicuntur illa q̄ non ꝯueniūt in aliqua qlitate vt aer ꝛ terra: aqua et ignis. Simboliſare aūt eſt in aliqua qualitate conuenire. Ignis em̄ vt iam dictum eſt calidus eſt ꝛ ſiccus. Aer eſt humidus ꝛ calidus niſi facta ſit alteratio in aere. Poteſt em̄ fieri frigidus: ſicut aqua q̄ de ſe eſt frigida. poteſt fieri calida ꝑ alterationem. Caliditas tñ non pͥmo ꝯuenit aeri ſicut nec aqua pͥmo eſt humida. Aqua em̄ pꝛimo eſt frigida ꝛ etiam deinde humida. Elemēta igitur ſymboliſantia vl' ſunt ambo ſupioꝛa vel ambo inferioꝛa. Aer ergo in caliditate ſymboliſat cum igne in humiditate cū aqua: ideo ꝯgrue ponitur inter ignē ꝛ aquam ꝛč. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Elemēta ſunt optime oꝛdinata ꝙ̄tum ad ſuas foꝛmas ſubſtātiales. Probaṫ. Elementa ſunt optime oꝛdinata ſm̄ ſuas qualitates. ergo etiā ꝙ̄tum ad foꝛmas ſubſtantiales. Probaṫ ꝯñtia quia oꝛdo qualitatum eſt ab oꝛdine foꝛmarū eſſentialiū ſicut ꝛ ipſe qualitates.

¶ Tercia ꝓpoſitio. Elemēta ſunt optime oꝛdinata ꝙ̄tum ad ſitum. ptꝫ ex dictis ſuperius de leui et graui. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Elementa ſunt optime oꝛdinata in vniuerſo ſm̄ propoꝛciones numerales: vel ſm̄ ꝓpoꝛcionē. Probaṫ per ſimile. Sicut ligāṫ octo ad. xxvij. p. xij. et. xviij. ita etiaꝫ ignis qui eſt leuiſſim⁹ et terra grauiſſima liganṫ per duo inter media. ¶ Ubi notandū ꝙ̄ talis poniṫ ꝓpō. Octo ꝛ. xxvij. ſūt duo pͥmi numeri ſolidi quadrati et ligantur ad inuicem per. xij. et. xviij. ¶ Unde duplex eſt numerus quadratus. Unus eſt quadrat⁹ tm̄: ꝛ eſt ille qui ꝯuenit ex ductu alicui⁹ in ſe ſemel tm̄: vt quaternarius eſt pͥm⁹ illoꝝ: bis em̄ duo ſunt quattuoꝛ. Alius eſt numerus quadratus ſolidus: q̄ ꝯuenit ex ductu duplici numeri in ſeipm̄: vt bis duo bis ſūt octo. Binarius ḡ eſt radix pꝛimi numeri q̄drati. Radix em̄ eſt numerus qui duciṫ in ſe. Dicitur auteꝫ quadratus: qꝛ diuiſim ſcriptus per vnitates ſemꝑ hꝫ quatuoꝛ latera eq̄lia: ꝛ dꝫ incipi a radice numeri q̄drati. Ali⁹ aūt dr̄ numerus ſolidus qui (ſicut coꝛp⁹ habet tres dimenſiones) habet q̄ttuoꝛ latera. Vñ numerus ſolidus pc̄iſe vl' tm̄ eſt ille q̄ ꝯuenit ex duplici ductu alicui⁹ numeri in aliū: vt bis tria bis ſunt duodecim. ¶ Documentū pͥmū. Quotieſcūꝫ aliq̄s numerus duciṫ bis in ſeipm̄: tunc cauſaṫ numerus ſolidus quadratus. ¶ Scđm documentū. Si ꝟo aliq̄s numerus bis ducaṫ in aliū eſt quidē ſolid⁹ ſed nō q̄dratus. ¶ Coꝛrelariū pͥmum. Octo eſt pꝛim⁹ numer⁹ ſolidus q̄dratus. ꝓbaṫ: qꝛ cauſaṫ ex pͥmo numero bis in ſeipſum ducto. ¶ Scđm coꝛrel'. xxvij. eſt ſcđus numerus cubicus ſiue ſolidus q̄dratus. ꝓbaṫ: qꝛ iſte eſt ſcđs numerus ſolidus q̄dratus q̄ cauſaṫ ex duplici ductu pͥmi numeri impis in ſeipſum. Sed hmōi eſt. xxvij. ꝓbaṫ: qꝛ pͥmus numerus impar eſt. tria. Sed ter tria ſunt nouē. Nouenarius ḡ eſt ſcđs numer⁹ q̄drat⁹:

ſed non eſt ſolidus. Sed ter tria ter ſūt xxvij. ſicut ter. ix. ſunt. xxvij. Et ſic patz pma pars pponis. Scda ps pponis eſt iſta: q iſti duo numeri quadrati pmi li/gantur ad inuicē p. xij. z. xviij. ¶ Prima regula. Inter quoslibet duos numeros cubicos ſunt ſemp duo media pporcio/nalia. i. duo numeri medij pporcionales ſeu pporcionātes illos. ¶ Scda regula. Iſta duo media ↄſurgūt ex ductu radi/cis ſiue lateris vnius in aliā radicē bis. ¶ Tercia regula. Maius mediū ſp erit numerus latriculus z numer⁹ mediū ſp erit aſſer. Exēplū bis duo bis ſeu octo: et ter tria ter ſiue. xxvij. ſunt duo cubici primi. Min⁹ ergo mediū qd dr aſſer (qz deſcribēdo illos numeros p vnitates bz figurā aſſeris) puenit ex ductu duplici minoris radicis ſcz minoris cubici in ra dicem maioris: vt bis duo bis ſunt. xij. Qualē ei pporcionē hñt. xxvij. ad. xviij talē pporcionē habet. xviij. ad. xij. et. xij. ad. viij. Vbiqz em̄ eſt pporcio ſeſquial/tera. Sicut em̄. xxvij. ↄtinet. xviij. z alte rā partē eius ſcz adhuc. ix. ita. xviij. ↄti/net. xij. z alterā ptē eius ſcz. vi. z. xij. ↄtī/net octo. z alterā partē eius ſcz q̄ttuor. Nō tñ eſt intelligēdū q ſit mens ſancti Bonauē. q ſit oīmoda ſiīitudo ſcz ſic q ignis excederet aquā in ſola pporcione ſeſquialtera. Phs em̄ vult q vnū elemē tū excedat aliud in pporcione decupla.

## Solutio argumentoꝝ

in oppoſitū. Et pro ſcdo z tercio argu/mētis. Notādū q duplex ē ordinatio. ſ. ppria z pticularis. Alia ē ordinatio vni/uerſalis. Et ſm hāc mūdus non pōt fie ri melioris ordinis. ¶ Itē arguit. Res in vniuerſo nō ſunt optime. g ordo earū nō eſt optim⁹ ſeu nō ſunt optime ordina te. Probat ↄñtia: qz ordo eſt reſpectus ↄñs ipſas res. Sed nullus reſpectus eſt maioris entitatis ſuo fundamento. g zc. ¶ Rñſio. Vñ ſicut aliqua entia in ſe ſūt ↄtingētia: z tñ neceſſario hñt ordinē ad deū: ita q̄uis aliqd non ſit optimū in ſe tñ optime ordinat. Similitudinis pma pars ptz: qz bñ ſequit Ego ſum: ergo de pendeo a deo: z tñ ſuz ↄtingens. Scdaz partē declarat: qz licet pes in ſe ſit igno bilior oculo: tñ eque bene eſt ſituatus ſi cut oculus.

## Quarto querit. Utruʒ

deus potuerit facere mundū antiquiorē. Hec q̄ſtio pōt duplicem habere ſenſuz. Unus eſt. Utrū de⁹ potuerit mundum facere antiquiorē. i. ab eterno. Ali⁹ eſt. Utrū de⁹ potuerit facere mundū in tpe finito tñ longiore: puta p centū vel mil le annos q̄ ſit illud a q̄ pduxit mundū

## Reſolutio queſtionis

ſtat in trib⁹ opinionibus. ¶ Prima opi/nio ſtat in vna ppōne. ¶ Propō. De⁹ nō potuit facere mūdum antiquiorē. i. ab eterno. Mens em̄. S. Bonauētu. eſt q deus nihil potuerit creare ab eterno. ¶ Quia tñ alterius opinionis ſunt aliqi theologi: vt ſctūs Thomas z aliqui aliq forte moderni: z doctor ſubtilis in ſcdo ſoluit rōnes p vtraqz opinione: ideo te/neat vnuſqſqz qd placet. Vñ nec argu/mentū Bonauētu. ↄcludit: qz minor ne gat: z ad pbationem diſtinguit de initio ſm durationē z ſm cauſalitatē. ¶ Unde ſcda opinio tenet q de⁹ nō potuit facere mundū in longiore tpe vel in tpe priori q̄ fact⁹ ſit. pbat: qz prioritas z anterioři/tas nō ſunt niſi tpis differētie: ſz tps nō fuit añ mundū: qz ſimul incepit cū mū/do: ſicut z angelus z materia pma. g zc. Illi g dicūt q q̄ſtio ſit irrōnabilis qz ſe quat imaginationē falſam q̄ſi tps poſſit eē ſine mūdo. ¶ Alia opio (. ſ. tercia) di/cit ſine diſtinctione. Sicut de⁹ pōt face/re mundū maiorē q̄ ſit iſte mundus: ſic potuit facere mundum antiquiorem. ¶ Sanctus Bonauētu. pro dicit q iſta deus potuit facere mundū antiquiorē eſt diſtinguēda: ſicut illa de⁹ pōt facere

mūdū altio:ē.i.in alio loco ꝙ̄ in quo ſit Et hoc ſuppoſito ꝙ nihil creet:tūc non pōt fieri: quia non eſt alius locus ꝙ̄ in ꝗ mundus eſt. Si aūt intelligaꝛ. Utrū poſſit facere in maiori loco creando ſcʒ aliū locū ſeu alia corpa: tunc ꝯcedendū eſt ꝙ poſſet facere aliū mundū complectentē etiā hunc mundū. Conſimilr̄ eſt diſtinguēda ꝓma. Sicut eīm potuit expectaſſe ſeu nō creaſſe mundū vſq mō: ſic potuit añ facere creando tpā etiā qð fuiſſet anterius ꝙ̄ illud qð fuit concreatum mundo.

## Secūdus articulus

lus hʒ tantū vnā queſtionē ſcʒ Utrū qð deꝰ ſemel pōt ſemp poſſit ¶ Iſta q̄ſtio eſt clara ſi intelligāꝛ dicta in ſuperioribꝰ. Utrū ſcʒ deus omē enūciabile qð ſemel ſciuit ſemp ſciat;patet eīm ꝙ q̄ñq ſciuit me eſſe Pariſius.modo aūt nō ſcit.patʒ qꝛ ego modo non ſum Pariſius: ſed ſuʒ in Maguncia. Et nullum falſum deus proprie ſcit.

## Reſolutio queſtionis

De iſto ꝗ ſophiſmate rñdendū eſt ſicut de ſciā in fine diſtinctionis.xli. Et ſunt due opiniones. ¶ Noiales q̄dā dicūt talē ꝯcluſionē. Cū potētia dei ſit oīno immutabilis ſm rē: q̄c̄q̄d pōt deꝰ ſemel ſp potuit;et quicq̄d potuit ſp pōt. ¶ Sed ꝯtra hanc arguiꝛ: ꝛ eſt vnū añ oppoſitū. Deꝰ potuit reſuſcitare xp̄m a mortuis. ꝗ pōt reſuſcitare xp̄m a mortuis. ¶ Sʒ ipſi rñdēt ꝙ nō dʒ ſic argui. Sʒ ſic debet inferri. ꝗ pōt xp̄m ſuſcitaſſe a mortuis. Sʒ in argumēto p̄dicto cōmittiꝛ fallacia figure dictionis:qꝛ cōmutaꝛ res in modum ſignificādi. ¶ Sed cōtra ipſos multū apparēter pōt ſic argui. Deꝰ potuit velle mundū nō fuiſſe: ſed mō nō pt deꝰ velle mūdū nō fuiſſe. ꝗ ꝛc̄. ¶ Itē potuit facere me non legere miſſam hodie: ſed cū legi nō pōt amplius facere me nō legiſſe.ergo ꝛc̄. ¶ Licet ergo mgr̄ ſententiarū fuerit illiꝰ opinionis:tamē non bñ ſoluunt argumentū; qꝛ dāntē oppoſitū ſolutionis eorū adhuc ꝯtingit ſoluere. Hoc nō formata rōne(in qua nō mutaꝛ tps) pōt quicq̄d potuit:ſed potuit nō feciſſe mundū. ꝗ ꝛ mō pōt non feciſſe.

## Opinio ſancti Bonauenture

uenture ſtat in ſeptē dictis. ¶ Primū dictum. Licet diuina ſciā ſit oino in ſe immutabilis:ipā tñ deſinit ſcire aliqð mutabile qð prius ſciuit. ¶ Scðm dictum Deus deſinit ſcire aliquod enunciabile qð prius ſciuit: ex eo ꝙ ip̄m prius verū efficitur falſum. ¶ Correlariū. Licet deus ſciat aliquid qð prius non ſciuit ꝛ incipit ſcire qð prius nō ſciebat: nō tñ mutatur:ſed ſolū res ſcita mutaꝛ. ¶ Tercium dictū. Diuina potētia cōnotat in re poſſibilitatē q̄ reſpicit potentiā agentē ſub rōne potētie:non ſub rōne impotentie;ſicut hō dꝛ poſſe peccare:poſſe mori qꝛ talia ſunt impotentie. ¶ Quartū dictum. Multa poſſibilia fiunt impoſſibilia p accidēs:ꝛ multa poſſibilia fiunt entia:ꝛ qñ facta ſunt; fūt impoſſibilia fieri. Prima pars patʒ: ſicut me nō fuiſſe in Maguncia fuit poſſibilis : modo eſt impoſſibilis p accidens. Unde. Impoſſibile per accidēs eſt illud qð in aliquo tpe erat verū;puta in p̄terito:ꝛ ꝓpť trāſitionē tpis ē impoſſibilis. Scðā pars patet in quotidianis generationibꝰ ꝛc̄. Tercia pars eſt ſubtilis. Circa qð Notandum ꝙ fieri (in rebus permanentibꝫ ſaltem) dicit primariam eſſe rei ſic ſcʒ ꝙ prius non fuerit. ¶ Quintum dictum. Sicut facere ꝙ non ens non ſit nihil eſt facere:ita facere quod factum eſt : nihil eſt facere. Prima pars in ſuperioribꝫ eſt declarata queſtione. Utrū ptm̄ poſſit fieri nō ptm̄. Nā ſi deꝰ faceret me poſtꝙ̄ me fecit:aut aliq̄d facit ð nouo aut nihil Si nihil facit. ꝗ nō facit. Si aūt aliq̄d facit de nouo. ꝗ non facit qð factū erat.

¶ Sextū dictū. Deus non pōt niſi q̄d poſſe eſt potētie. ¶ Septimū dictū Nulla mutatione facta in potētia dei: ſʒ deo eq̄liter manēte potēte fit aliq̄d deo impoſſibile q̄d p̄us erat ei poſſibile, ꝓpt̄ mutationē rei. Ex hoc ſequit̄ ꝙ iſta eſt neganda. Quicq̄d de⁹ ſel' pōt: ſemp pōt. ꝗ ei⁹ ɔtradictoria eſt cōcedēda. Non q̄cq̄d deus ſemel pōt: ſemp poteſt.

Circa diſtinctionē q̄dragesimāquintā (in q̄ mgr̄ ſniarū incipit tractare de volūtate diuīa) q̄ tres bʒ articulos. Prim⁹ eſt de volūtate q̄ ad q̄dditatē. Scd̄s q̄ ad cauſalitatē. Tercius ꝓ articulus eſt de voluntate q̄ ad rationē ſignificādi.

## Circa primū igitur articulū.

Primo querit̄. Utrū ſit in deo ponere voluntatē. ¶ Pro q̄onis diſcuſſiōe ſciendū ꝙ hoc complexū voluntas diuina pōt capi duob⁹ modis. ſ. ꝓprie ꝛ tropice. ¶ Volūtas diuina ꝓprie capta ſignificat voluntatē dei ſiue diuinū beneplacitū eternū: q̄d nihil aliud eſt niſi ipe de⁹. In deo em̄ duas potētias ponimus vnā cognoſcitiuā: aliā appetitiuā. Appetitiua aūt capta vt diſtinguit̄ ɔtra intellectiuā nō cognoſcit ¶ Correlariū p̄mū Volūtas ꝓprie capta eſt ipe de⁹ realit̄. ¶ Scd̄m correla. Volūtas diuina non eſt formal'r intellect⁹ diuin⁹. ¶ Terciū correla. Licet volūtas diuina nō ſit formaliter intellectus: eſt tn̄ realiter intellectus diuinus. ¶ Volūtas diuina ipꝛo prie vl' tropice ſiue methaphorice: nō ſignificat diuinū velle: ſʒ ſignificat aliq̄d q̄d eſt ſignū bn̄placiti diuini. Nā ex vſu loquendi plerūq̄ ſigna nominant̄ nominibus ſignificato2. patet. Quia elemoſynam mihi exhibitā dico miſericordiā cū tamen magis ſit ſignum miſericordie quā habʒ ille qui facit elemoſynā. Nec̄ em̄ actus miſericordie ꝓprie eſt miſericordia. Item dicitur ille fecit mihi magnam charitatē. Itē teſtamentū alicuius dicit̄ vltima voluntas eius: cum tamen magis ſit ſignū volūtatis. ¶ Unde doctores cōiter diſtinguūt de voluntate dei. Eſt em̄ duplex ſcʒ volūtas bn̄placiti ꝛ volūtas ſigni. Que diſtinctio nō eſt intelligēda ꝙ ſcʒ diuina volūtas diuerſificet̄: ſed ſolum eſt diſtinctio nominū. ¶ Prima ſcʒ volūtas bn̄placiti realiter eſt ipe de⁹: et eſt conſtructio intrāſitiua vtrobiq̄. ¶ Alia tamen eſt opinio Franciſci maronis q̄ habetur infra p̄ma queſtione tercij articuli hui⁹ diſtinctionis. ¶ Propoſitio. Voluntas ſigni nec ē formaliter in deo nec eſt realiter ipſe de⁹. ¶ Scd̄a ꝓpō. Voluntas ſigni eſt ſignū diuine volūtatis. Hec videt̄ eſſe intētio mgr̄i ſniarū in textu. ¶ Sciendū igit̄ ꝙ voluntas ſigni diuiditur in quinq̄. ſ. in p̄ceptum: ꝓhibitionē: ɔſiliū: impletionem et ꝑmiſſionē. Preceptū eſt duplex ſcʒ affirmatiuū ꝛ negatiuū: tamē ꝓprie p̄ceptū cōiter a magiſtro ſniarū ꝛ doctoribus capit̄ pro precepto affirmatiuo q̄ bona tenemur operari. Prohibitio eſt preceptum negatiuū malū deuitare demonſtrans ꝛ aſtringens. Conſiliū aūt eſt indifferens tam ad affirmatiuū q̄ȝ negatiuum preceptū. Impletio eſt ſignū volūtatis diuine: ſicut xp̄s impleuit obediētiam moriens pro nobis in cruce. ¶ Voluntas aūt beneplaciti etiā eſt duplex. ſ. ſimplicis cōplacentie: vel ſimplicis volitionis ꝛ nolitionis. Alia eſt volūtas bn̄placiti ꝓſecutionis ꝛ fuge. Hec diſtinctio (quia eſt ſubtilis) declarat̄ per illaʒ de ſcia Scientiarū em̄ quedā eſt ſimplicis noticie: ꝛ hec eſt reſpectu oīm intelligibilium poſſibilium etiam que nunq̄ȝ fient. Alia eſt ſcientia iudicatiua vel aſſentiua vel adheſiua: et hec eſt ſolum de complexis: quia eſt illa qua de⁹ iudicat aliquid eſſe vel fore verum. Volūtas ergo diuina propter connotata ꝛ non abſolute dr̄ duplex In p̄tū em̄ eſt reſpectu

oim incõplexoꝝ poſſibiliũ etiã q̃ nunq̃ erunt eſt voluntas ſimplicis cõplacẽtie Inq̃tum ꝟo eſt reſpectu eorũ que vult efficaciter eſſe vel fieri in actu: dicit̃ volũtas beneplaciti: proſecutionis ⁊ fuge.

¶ Inſuper ſciendũ ꝙ proſecutio appetitus vel volũtatis nihil aliud eſt q̃ ipm appetitũ velle aliquid fieri vel eſſe. Fuga ꝟo appetitus vel volũtatis nihil aliud eſt q̃ ipm appetitũ nolle aliquid fieri vel eſſe. Proſecutio ergo correſpõdet ſcientie ſimplicis noticie. Vñ Areſtote. vij. ethicoꝝ. Illud qđ eſt negatio ⁊ affirmatio in intellectu: eſt proſecutio et fuga in volũtate. In volũtate igit̃ nr̃a diuerſe ſunt volitiones ⁊ oppoſiti actus. ſ. velle ⁊ nolle. In deo nõ ſic: ſed ſolũ propter diuerſa obiecta eadem volũtas dei dicit̃ velle: puta reſpectu bonoꝝ: ⁊ nolle reſpectu malorum. ¶ Correlarium. In deo ponẽda eſt ꝓſecutio ⁊ fuga: ptꝫ ꝑ deſcriptionem ipſorum. Tamen pro reuerentia. S. Bonauentu. (qui negat) dicendum ꝙ proſecutio et fuga. Vno modo capiuntur proprie: ⁊ ſic ſunt in deo: ⁊ ſic ſunt hic deſcripta. Alio modo capiũtur vt includunt imperfectionẽ ⁊ indigẽtiã ſicut eſt in creaturis. Hoc modo loquitur ſctũs Bonauentura.

## Concluſio reſponſiua

eſt clariſſima non ſolum apud omẽs theologos: ſed etiã apud phõs ſcꝫ ꝙ in deo eſt ponere voluntatem. Perſuadetur tñ ⁊ rõnibus ⁊ auctoritatibus. q̃re in lr̃a.

¶ Pro ſcđo argumento id eſt ſcđa ratio ne pro parte vera. Notandum ꝙ voluptas aliquãdo ſonat in bonum: vt torrẽte voluptatis tue potabis eos: ⁊ ſic capitur pro beatitudine. Alias ſonat in malũ. Et ſic nõ accipit̃ in ꝓpoſito.

## Scđo queritur. Vtrum

voluntas dei ſit omniuolens. Et ſumitur omniuolens a volũtate: ſicut omnipotens a potentia: ⁊ a ſcientia omniſciens. Vnde quaſi grãmaticaliter loquendo. Omniſciens eſt ille qui ſcit omẽ ſcibile. Omnipotẽs: qui poteſt omne poſſibile. Omniuolens vero dicit̃ qui vult omne volibile. Vnde volitio dei eſt duplex. Vna eſt ſimplicis complacentie ⁊ diſplicentie. Alia eſt volitio dei efficax. Volitio ſimplicis cõplacentie vl' diſplicẽtie: eſt illa q̃ deus vult omne volibile. Vnde ſicut intellectus diuinus intelligit omẽ intelligibile ſiue ſit ſiue non ſit futurũ: ſic etiã volũtas diuina vult omne volibile volitione ſimplicis complacentie. ¶ Nec ſequit̃ deus nõ vult peccata: ergo non eſt omniuolens. ptꝫ: quia licet nõ velit volitione efficaci: vult tamẽ volitione ſimplicis cõplacentie ⁊ diſplicentie. Volitio efficax eſt illa q̃ de⁹ vult efficaciter aliquid eſſe vel fieri in actu: vel habet nolle efficax reſpectu alicuius ne ſit vel nẽ fiat: vel q̃ non vult efficacit̃ aliquid eſſe vel fieri in actu. ¶ Propõ. Oia q̃ ſunt volita a deo volitione efficaci qñq̃ fuerunt vel ſunt: vel qñq̃ erunt. Et oia illa que non vult deus nolitione efficaci (ſaltẽ pro illo tpe pro q̃ nõ vult) non erunt. Ex dictis intelligẽdus eſt textus. S. Bonauentu.

## Reſolutio ſancti Bonauenture

ſtat in ſeptem ꝓpoſitionib⁹.

¶ Prima ꝓpõ. Hec locutio deus eſt omniuolens eſt diſtinguenda ex eo ꝙ ly omne põt diſtribuere ſimpliciter vel vt nũc ¶ Scđa ꝓpoſitio. Si ly omne diſtribuat ſimpliciter: tunc ſenſus huius de⁹ eſt omniuolens eſt: deus vult omne volibile. patet: quia tunc diſtribuit q̃tum ad actum: ⁊ q̃tum ad habitum. Inq̃tum eñ dicitur deus vult dicit actum: volibile aũt dicit habitum. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Si omne diſtribuat vt nunc: tũc ſenſus illius ꝓpoſitionis: deus eſt omniuolens eſt: deus vult omne volitum. Tam enim ly vult q̃ volitum dicunt actum. Talis diſtinctio etiam poſſet poni in ta

libus. Deus eſt omnipotens id eſt deus poteſt omne poſſibile: vel de⁹ poteſt omne factum. Eſt tamen magna differentia quia licet multi concedant ꝙ deus vult omne volibile: illā tamē omnes negant. ¶ Quarta propoſitio. Iſta ꝓpoſitio eſt falſa: deus vult omne volibile. pꝫ ꝑ primam rationē ante oppoſitū. Ratio bene probat de volitione efficaci: et ſic debet intelligi propoſitio iſta. ¶ Quinta propoſitio. Hec ꝓpoſitio eſt falſa deus vult omne volitum. patet: quia de⁹ non vult furtum: nec fornicationē: et tamen homo vult talia. ¶ Q⁹ ſi dicatur homo non vult peccatū: ſed ſubſtratū. ¶ Contra Auguſtin⁹. Peccatū eſt adeo voluntariū ꝙ ſi non ſit voluntariū non eſt peccatum. ¶ Sexta ꝓpō. Hec ꝓpō de⁹ eſt oīuolens nullo mō eſt ꝯcedenda. pꝫ: qꝛ ſi eſſet cōcedenda: hoc eſſet in aliq̄ ſenſu illoꝝ duoꝝ: ſed in vtroqꝫ ſenſu eſt falſa. Intelligenda eſt ꝛ hec ꝓpoſitio de volitione efficaci. Sicut em̄ deus intelligit omne poſſibile ita etiā pōt: et ſicut pōt ita etiam cōplacet ſibi ꝙ poteſt talia. ¶ Septima ꝓpō. Licet hec ꝓpoſitio de⁹ eſt oīuolens ſit neganda; he tamen ſunt concedende deus eſt omniſciens: ꝛ deus eſt omnipotens. Rationes duas ponit ſed non ꝯcludūt de volitione ſimplicis complacentie ꝛ diſplicentie. Licet bene concludant de volitione efficaci.

## In fine vero argumen

torum qōnis querif. Utrum ſapientia: potentia ꝛ voluntas ſint equalis ambitus. ¶ Et rn̄det in fine qōnis ꝙ de iſtis trib⁹ poteſt loqui tripliciter. Uno modo quo ad actū. ¶ Prima ꝓpō. Scientia voluntas ꝛ potentia q̄tum ad actū ſunt equalia: quia quicq̄d de⁹ pōt et quicq̄d ſcit: hoc vult ſe poſſe: ꝛ vult ſe ſcire: ꝛ q̄cq̄d de⁹ ſcit ꝛ vult hoc pōt ſcire ꝛ pōt velle: ꝛ ſic de aliis. Alio mō poteſt loqui de ſcia: potētia ꝛ volūtate q̄ ad effectum. ¶ Scd̄a ꝓpō. Hec tria ſunt eq̄lia q̄tū ad effectū quē de⁹ facit ad extra: ſeu eq̄liter ſe extēdūt. pꝫ: qꝛ quicq̄d de⁹ facit h̄ intelligit pōt ꝛ vult. Tercio mō q̄tum ad obiectū pōt de ipis loqui. ¶ Tercia ꝓpō. Iſta tria q̄tū ad obiectū nō ſūt eq̄lia. pꝫ: qꝛ hn̄t ſe in pl⁹ ꝛ min⁹, ꝓbaf ꝑ tria dicta. ¶ Primū dictū. Scia dei ē reſpectu oim̄ entiū poſſibiliū futuroꝝ ꝛ nō futuroꝝ ꝛ reſpectu oīm bonoꝝ ꝛ maloꝝ. ¶ Scd̄m dictū. Licet potētia dei extendat ſe ad oīa poſſibilia futura ꝛ nō futura: nō tn̄ extēdit ſe ad mala ſeu peccata. ¶ Terciū dictū. Volūtas dei ſolū extendit ſe ad entia bona ꝛ futura. Et ſic pꝫ ꝙ ſp accipit voluntatē pro efficaci volūtate. Volūtas aūt ſimplicis cōplacētie ꝛ diſplicētie extendit ſe ad tot: ad quot ſe ſcientia extendit.

## Circa ſecundum

articulū querif pmo. Utrū voluntas dei ſit cauſa rerū. ¶ Notandū ꝙ ꝓprie q̄ſtio eſt de cauſa efficiente. Pro q̄ ſciendū ꝙ cauſa efficiēs ꝛ pncipiū ꝓducēs hn̄t ſe ſicut ſuperi⁹ ꝛ inferius. Oīs em̄ cauſa efficiēs eſt pncipiū ꝓducēs nō aūt ediuerſo Et ſic pꝫ ꝙ cauſa efficiēs eſt inferi⁹ ad pncipiū ꝓducens. ¶ Correlariū primū. Generare filiū de ſua rōne formali nō ē cauſare ¶ Scd̄m corre. Spirare de rōe ſua formali nō eſt cauſare. ꝓbaf: qꝛ in diuinis ad intra eſt gn̄are filiū ꝛ ſpirare ꝛ tn̄ non eſt diſtinctio eſſentialis. ¶ Terciū correl. Gn̄are ꝛ ſpirare eſt vere ꝓducere. ¶ Quartū correl. Creare eſt vere cauſare.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in ſex ꝓpōnib⁹ ſiue dictis. ¶ Primū dictū. Quāuis diuina eſſentia ſit vnū q̄d ſimpliciſſimū: tn̄ eſt pelagus ſubſtātie infinitum. Hec habet duas partes. Uū ſimpliciſſimū ꝛ ſumme ſimplex conuertunf. Et eſt illud q̄d non eſt compoſituꝫ: nec eſt cōponibile alteri: nec aliud

cum ipſo. ¶ Correlariū. Nulla creatura eſt quid ſimpliciſſimū. Scōa ps accipitur a Damaſceno pmo libro caplo ſeptimo. Et eſt methaphorica locutio: qꝛ pprie non eſt mare: ſed eſt ſenſus. Eſſentia diuina eſt infinita entitatiue. Vñ Infinitū eſt illud cui nihil deeſt entitatis: eo mō quo poſſibile eſt omnē entitatem haberi ab aliquo vno ente. Dicitur notāter eo mō quo poſſibile eſt rc. quia impoſſibile eſt ꝙ oēs perfectiones entiū formaliter ꝛ realiter includanꝛ in aliquo vno. Omne em̄ ens dicit perfectionem. ¶ Duplices autē ſunt pfectiones. ſ. ſimpliciter: ꝛ limitate. ¶ Propoſitio. Ois pfectio ſimpliciter reperiꝛ in deo in ſummo. i. cū infinitate ꝛ realiter ꝛ ex natura rei. Limitatas aūt pfectōes nō habet in ſe formaliter ꝛ ex natura rei: ſꝫ ſolū eminenter. i. habet entitatē infinitā eminentem omnibꝫ creatis ꝛ creabilibꝫ in infinitum. ¶ Scōm dictum. Oēs pfectiones ſimpliciter q̄ reperiunꝛ in creaturis per diuerſitatē ꝛ diſperſionē: nobilius ꝛ excellentius ſunt in diuinis p omnimodā identitatē: pfectionē ꝛ veritatē. Vñ licꝫ homo ſit intelligēs: volēs rc. non tñ eſt incorruptibilis: nec eſt ſimplex. ¶ Tercium dictū. Sicut in nobis hoibꝫ ſcꝫ ꝛ angelis eſt ſapia: potētia ꝛ volūtas (quoꝝ qdlibet eſt vere ens ꝛ cauſa rerū q̄ ſunt a nobis) ita illa ſunt vere in deo p oimodam vnionē. ¶ Quartū dictū. Quāuis illa tria ſint oino in deo idem: tñ quia intellectus noſter non pōt infinitatē diuine eſſentie cōprehēdere: nec p vnū verbū exp̄mere: ideo multis modis intelligim⁹ deū ꝛ diuerſis nominibꝫ exp̄mim⁹. Declaraꝛ hoc dictū p rōnem cōprehēſionis ¶ Quintū dictū. Cū alio mō intelligimus deū cum dicimus eum eſſe bonū: ꝛ alio modo cū dicimus eum eternū: recte ꝯcedimus eū ſe diffundere inq̄ꝫtum bonum: ꝛ non inq̄ntum eternus. ¶ Sextū dictū. Cū intelligam⁹ voluntatē vere eſſe in deo: ꝛ volūtati cōpetat vere pducere liberaliter ſuos effect⁹ ideo recte attribuim⁹ cauſalitatē rerū diuine voluntati. ¶ Propoſitio. Bonitas diuina eſt ratio creandi oēs res creatas: ꝛ futuras: et in rōne effectiui: et in rōne finis. Hec ppoſitio eſt multū pdicabilis. Que em̄ eſt ratio q̄re aliquis euadit peſtem mortem ꝛ multa mala alijs pereūtibꝫ rc. bonitas diuina. ¶ Notandū ꝙ ex textu. S. Bonauentu. alique habenꝛ deſcriptiones boni. Prima. Bonū ē diffuſiuū ſui ipſius. i. coicatiuū ſuipius. Scōa. Bonum eſt ppter qd ſunt oia. Bonū etiam eſt qd oia appetūt ex pmo ethicoꝝ. Itē Gregorius dicit ꝙ Amor dei ocioſus eē non pōt: operaꝛ em̄ magna ſi eſt: ſi autē non operaꝛ: amor non diciꝛ. ¶ Sciendū etiā ꝙ quidā doctor (puta robertus) dicit ꝙ licet oēs peccatores ſint mali. per antonomaſiam tñ ſoli auari ꝛ immiſeri cordes q̄ non ſubueniūt indigentibꝫ dicendi ſunt nō boni. Vñ liberales viri et miſericordes (licet etiā peccatores ſint) dicunꝛ boni. ¶ He deſcriptiones colligunꝛ ex dictis. Dionyſij in q̄rto de diuinis nominibꝫ vbi dicit. Bonitatē vt cōtinētiā: vt pncipiū: ꝛ vt finē appetūt oia rc. Vñ dicim⁹. Amor eſt quidā aureus circulus etern⁹: ex optimo ꝛ p optimū et in optimo. Et h̄ lꝫ intelligaꝛ etiā de creatꝫ tñ ad intra etiā pōt practicari. vñ amor diuin⁹ q̄ nos diligit ē ex optimo. i. a p̄re ꝛ p optimū. i. per filiū: ꝛ in optimo. i. ad ſpm̄ cui appropriaꝛ ratio finis.

## Pro argumentorū ſolutione.

Sciendum ꝙ modus pducendi naturaliter non eſt nobilior mō producendi libere: alioquin filius in diuinis nobiliori mō pduceretur quā ſpiritusſanctus. Nec modus producendi libere eſt nobilior modo producendi naturaliter. Aliud autem eſt loqui de modo agendi naturaliter et modo agentis libere. In creaturis enim per accidens: Quia voluntas non eſt omnipotens:

ideo modus agētis naturaliter in iſtis inferioribus eſt nobilior modo agentis libere. Non eñ qꝛ homo vult equus ge/nerat. Tamen ſimpliciter loquēdo de⁹ agit libere non aūt agit (ꝓprie loquēdo de agere) naturaliter. ergo ⁊c̄. De h̄ magis in ſcd̄o libro.

## Scd̄o queritur. Utruʒ

voluntas diuina ſit cauſa ⁊ immediata ¶ Pro declaratione nota ꝙ Cauſa pri/ma efficiens plures habet deſcriptiões. ¶ Prima deſcriptio. Cauſa ꝑma effici ens eſt cauſa efficiēs cuius nō eſt alia cā efficiēs. Cuius due ſunt particule. Pri ma ponit̃ loco generis. Scd̄a ad differē tiam oīm aliarū cauſarū a prima. Nam oīs cauſa efficiēs ſcd̄a (etiā ſm phos) ha bet cauſam efficientē. ¶ Correlarium. Solus deus eſt cauſa ꝑma. Eſt eñ inef fectibilis infinibilis: immateriabilis et informabilis .i. non formabilis. Scd̄a deſcriptio. Cauſa efficiēs ꝑma eſt cauſa efficiens prior omī alia cauſa efficiente. Tercia deſcriptio ⁊ redit in idē cū ſcd̄a Cauſa efficiēs prima eſt cauſa efficiens q̄ nulla alia eſt prior. De aūt vltime de ſcriptiones due ſumunt̃ ex expōne hui⁹ ſuplatiui prima. ¶ Uñ vna cauſa pōt di ci prior alia multipliciter. Primo aliq̄ cauſa dr̄ prior alia ꝑmitate ꝑfectionis: q ſcʒ eſt perfectior alia: vt ſol et ignis ſunt cauſe ꝓductiue caloris. Sol aūt eſt cau ſa prior ꝑfectione q̄ ſit ignis. ¶ Prima ꝓpō. Deus eſt cauſa ꝑma prioritate ꝑfe ctionis: pʒ: qꝛ ꝑfectiſſimus. Alia dr̄ cau ſa prior primitate illimitationis que po teſt cōcurrere ad plures effectus ꝓducē/dos: vt ſol reſpectu hominis. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Deus eſt cauſa ꝑma primita/te illimitationis. Tercio aliqua dicitur cauſa prior ꝑmitate durationis: ⁊ illa ē duplex. vt ſupra patuit diſtin. xlij. que ſtione ſcd̄a. Uñ hō in priori tpe: trahens naui q̄ alius hō eſt cauſa prior duratio ne non ſm eſſentiam ſeu naturā: ſed ſolū tpis. ¶ Tercia ꝓpō. Deus eſt cauſa pri ma prioritate durationis ſm eſſentiam ſcʒ ⁊ naturā ꝓcedentē omnem cauſam. ¶ Quarta ꝓpō. Deus nō eſt cauſa ꝑma prioritate durationis ſm tpus: ſic ſcʒ ꝙ prius tpe cauſet q̄ ſcd̄a cauſa. Hec ta/men ꝓpō intelligēda eſt reſpectu eiuſdē effectus: alioquin eſſet error. pʒ: qꝛ de⁹ prius creauit celū et terrā q̄ animalia. Sed qñ de⁹ ſol ⁊ hō generāt hominem. deus non in aliquo inſtāti tpis ꝑus cau ſat hominē ⁊ poſt ſol: qꝛ idem bis cauſe/ret qđ eſt impoſſibile. ¶ Quinta ꝓpoſi/tio. Licet de⁹ non ſit (defacto ſcʒ ⁊ regu lariter) cauſa ꝑma primitate duratiōis tpis: pōt tñ eſſe. pʒ: qꝛ poteſt impedire actionē ſolis: ⁊ poſtea ꝑmittere ſolē con/cauſare. Nulla ꝗꝫ cauſalitas ſcd̄e cau/ſe efficiētis ꝓprie requirit̃ ad cauſandū effectū cuʒ deo ꝓpter ꝑfectionē ſcd̄e cau ſe addendā cauſalitati diuine: ſed ſoluʒ ꝓpter liberā volūtatē dei. ¶ Correlariū. Poſt diem iudicij ſol ⁊ corpa celeſtia nō habebunt actionē ſuper electos. ¶ Pro ſcd̄o termino declarando (qui eſt cauſa immediata) Sciendū ꝙ cauſa immedi ata eſt illa q̄ poſita ponit̃ effectus: ⁊ qua non poſita oibus alijs ꝯcurrētibus ſm ſiſ̄es ꝓprietates: ꝯditiones ⁊ diſpoſitio/nes non ponit̃ effectus. ¶ Primū correl. Deus ē cauſa immediata cuiuſlibet rei create. pʒ: qꝛ oibus alijs ab ipo ꝯcurrē tibus ⁊c̄. nō poſito deo: nullus ſequit̃ ef/fectus: patʒ de tribus pueris in camino ignis. Uñ aliquā cauſaʒ poni intelligit dupl̄r. Uno mō ꝙ ponat̃ q̄tum ad eſſe. Hoc mō prima cauſa ſcʒ de⁹ poſitus eſt ab eterno. Alio modo q̄tum ad oꝑari. Hoc mō ⁊ non primo debet intelligi de/ſcriptio cauſe immediate. ¶ Scd̄m cor/relarium. Cauſa vniuerſalis (que remo ta non ponitur effectus) eſt eque cauſa immediata ſui effectus ſicut cauſa par/ticularis: vt ſol in generatione hominis ¶ Tercium correlarium. Omnis cau/ſa ꝓprie capta eſt cauſa immediata: di/

citur proprie capta: quia iſta ē falſa ſeu impropria. Quicqd eſt cauſa cauſe: eſt cauſa cauſati: ſicut falſum ē ꝙ auus ſit pr̄ meus. Probatio correlarij quia quelibꝫ cauſa imediate attingit effectū ꝛc. Eundeꝫ eñ calorē quem ꝓducit ignis: eundē attingit ſol in ſuo ordine. ¶ Contra. Ignis naturalr̄ ꝓduceret ignē ſi conſeruaref a deo ꝛc. Itē Nulla cauſa ē cauſa mediata ꝓprie loquēdo. Qñ ergo dr̄ Deus agit mediāte cauſa ſcđa. i. agit cū cauſa ſcđa. Deus eñ imediate oem effectum attingit. ¶ Sciendū inſup ꝙ cauſa eſt duplex. Quedā ē vniuerſalis: ꝛ eſt illa q̄ eſt indeterminata et quodāmodo illimitata: ad producendū varios effect⁹ ſpecie: eiuſdē tñ generis ꝓpinqui vel remoti. Exēplū pꝫ de ſole. Cauſa vero pticularis eſt illa: que ē ordinata ad ꝓducēdum eundē effectū ſpecie: ſub eodē genere remoto vel ꝓpinquo: vt ignis dr̄ ſub eodē genere qꝛ licet ignis in genere ſubſtantie nō poſſit niſi producere aliquod ſuppoſitū ignis: tñ producendo ignem: ꝓducit etiā calorē: ſplendorē ꝛc. ¶ Iter duplex ē cauſa. ſcꝫ Totalis ꝛ partialis. Cauſa totalis dr̄ tripl̄r. Primo quantū ad potētiā productiuā: ꝛ eſt illa q̄ quantum ē de ſe pōt ſe ſola effectū producere nulla alia ꝯcauſante ſecū ¶ Correlariū primū. Deus ē cauſa totalis hoc mō cuiuſlibet creati ¶ Scđm correlariū. Nulla cauſa ſcđa pōt hoc mō eſſe cauſa totalis. ¶ Terciū correlariū. Solus deus ē cauſa total' hoc mō. Alio mō cauſa totalis dr̄ q̄tū ad actualē productionē: ꝛ eſt illa q̄ ſe ſolo actu effectum cauſat. ¶ Primum correlariū. Deus ē cauſa totalis ſcđo mō omniū angeloꝝ. oīm gratiarūꝫ ꝛ oīm q̄ imediate creata ſunt vel creanf a deo. ¶ Scđm correlariū. Deus nō eſt cauſa total' oīm creatoꝝ q̄tū ad actualem productionē. pꝫ quia mediantibꝫ ſole. luna. celis producit gn̄abilia ꝛ corruptibilia. Tercio mō cauſa total' dicif in ſuo ordine ſcꝫ q̄ ſe ſola ſufficit ad effectū producendū in ſuo ordine ita ꝙ nō eget in ſuo ordine alia cauſa. Exēpluꝫ patet de hoīe generante hoīem: ꝛ licet ſol ꝯcurrat hoc tñ nō eſt in eodē ordine.

# Reſolutio queſtionis

ſm mentē ſcti Bonauenture ſtat in vna diſtinctōne. tribꝫ dictis. ꝛ duobꝫ correlarijs. ¶ Diſtictio In creaturis duplex ē cauſa. ſcꝫ vl'is ꝛ pticularis. Quid ſit cā vl'is ꝛ pticularꝫ patuit ī declaratōe terminoꝝ. ¶ Primū dictuꝫ. Cauſa vl'is in creaturis vno mō plus influit in effectū q̄ cā pticularis. alio mō min⁹ ¶ Scđm dictū. Cauſa vl'is q̄tū ad intimitatem (qꝛ eſt prior agens) magis influit in effectum q̄ cauſa pticularꝫ ¶ Terciū dictū Cā vl'is q̄tū ad actualitatē ꝛ q̄tū ad ea q̄ ſunt ꝓpria dei: min⁹ influit in effectuꝫ q̄ cauſa ſcđa. Probaf: qꝛ cauſa vl'is creata nō hꝫ oīmodā actualitatē: nec pfectā potentiā: ꝛ ideo nō pōt venire ad formā ſpālē niſi p agens pticulare. ¶ Primum correlariū rñſiuū. Quia volūtas diuina eſt cauſa pma ꝛ vl'iſſima ꝛ actualiſſima. ideo pt in totūꝫ ī totā rei ſbām: etiā ſine adminiclo cauſe pticl'aris ¶ Scđm correlariū rñſiuū. Et qꝛ nulla alia cauſa pt aliqd ſine ipa: ideo ipſa ē cauſa imediata in omni actōe ꝛ omni re ꝛc.

Circa terciū articulū q̄rif pmo Vtrū illa diuiſio ſeu diſtinctio ſit conueniēs. ſ. volūtas diuina alia ē bñplaciti. alia ſigni. ¶ Notādū ꝙ Franciſcus maronis dicit. Volūtas bñplaciti eſt volūtas dei efficax reſpectu cuiuſcūqꝫ ꝓducibil' vl' ꝓducti. i. ē volūtaſ dī q̄ ē determinat⁹ vltimate ad ꝓducēdū aliqd Volūtas aūt ſigni ē volūtas dei nō efficax reſpectu cuiuſcūqꝫ ꝓducibil' vl' producti. ¶ Correlariū pmū. Tā volūtas bñplaciti q̄ volūtas ſigni ē ipſemet deus. ¶ Scđm correl'. Volūtas bñplaciti ſp adimplef ¶ Terciū correlariū Volūtas ſigni nō ſp adimplef. ¶ Quartū correl'.

Voluntas ſigni ē voluntas ꝯditionata
vt deus vult omnes homines ſaluos fie
ri volitione ſcꝫ conditionata. i. ſi nō pec/
cauerint mortaliter vel ſi penituerint.
¶ Quintū correlariū. Volūtas bñpla-
citi ē volūtas abſoluta. ¶ Et licet mľti
ſcotiſte magni ſequāť eū: tñ mihi nō mul
tū placet ꝙ volūtas ſigni ſit ipſe deꝰ ſꝫ di
co ꝙ ibi ſit ꝯſtructio itrāſitiua. ſcꝫ vo/
lūtas ſigni. i. volūtas q̄ eſt ſignū: Et ido
ſicut nuꝑ declaraui ita teneo. ſcꝫ ꝙ volū
tas ſigni ē ſignū diuine volūtatis ¶ Aliť
dr̄. Q: hmōi ꝯplexū volūtas dei accipiť
dupľr. Vno mō ꝓprie. Alio mō impro-
prie vľ metaphorice. Volūtas dei ꝓprie
eſt ipſa met volūtas diuia ſeu bñplacitū
dei. Et vocať voluntas bñplaciti. i. ipm
met bñplacitū diuinū. z ē ꝯſtructio itrā
ſitiua. Alio mō capiť metaphorice z im/
proprie. Et ſic nō ē ipſa volūtas diuina
(ꝯ̄ frāciſcū maronis) nec aliq̄d formaliť
exiſtēs in deo: ſed ē aliqđ ſignū diuie vo
lūtatis. Et ē ꝯſtructio itrāſitiua nō trā
ſitiua. Vñ ſepe aliq̄ ſigna ſignificanť no
minibꝫ ſignificatoꝝ. vt cū dicimus. Iſte
fec̄ mihi magnā charitatē ¶ Primū corr.
Voluntas ſigni nō eſt voluntas diuina
¶ Scđm correlariū. Diuiſio volūtatis
in voluntatē bñplaciti z ſigni ē diuiſio
vocis in ſignificata ſeu equiuoci in ſua
equocata. ¶ Sed fortaſſis franciſcū vo
lens tenere nō multū ꝑ dicta anxiaretur
qꝛ ſicut diceret ꝙ deus ab eterno voluit
oēs hoīes ſaluos fieri: ita etiā ab eterno
voluit dare p̄cepta: ꝯſilia z hmōi. Et li/
cet velle dare p̄cepta nō ſit p̄cipere: vt tñ
aliquid ſubtiliꝰ cōſideremꝰ intelligamꝰ
ꝙ eſt p̄cipere actiue: z eſt p̄ceptio actiua
z eſt p̄ceptio paſſiua: ſaltē de prohibitio
ne magis patet. Prohibitio ergo actiua
qua deus prohibet aliq̄d non fieri nō eſt
fundamētaliter niſi diuinū velle z volū
tas dei q̄ eſt eterna. Mandatū vero ali-
quod eſt id qđ prohibeť. hō eſt cui pro/
hibetur. Sicut autē creatio actiua fun-
damētaliter capiendo nihil aliud eſt q̄ꝫ
diuina potentia z voluntas: ita p̄ceptio
prohibitio z hmōi ꝯuenienter videntur
poſſe dici fundamentaliter ſaltē loquen
do diuinum velle ſeu diuina voluntas.
Prohibitio autē eſt voluntas ſigni. Et
formaliter prohibitio actiua nō ē aliud
q̄ꝫ relacio rōnis ipſius diuini velle ad id
qđ prohibeť. Per hec dicta poſſent con-
cordari antiqui doctores z franciſcꝰ ma
ronis. ¶ Itē voluntas bñplaciti pōt di'
uidi in voluntatē antecedentē z ꝯſequen
tem. Voluntas antecedēs eſt voluntas
ſimplicis cōplacētie vel diſplicentie z ſic
antecedenter vult oīa poſſibilia. Volun
tas ꝯſequēs eſt voluntas proſecutōnis z
fuge. Preceptū. ꝯſiliū. ꝓhibitio ſunt ſi/
gna voluntatis bñplaciti ſimplicis com
placentie vľ diſplicētie. Impletio eſt ſi/
gnū voluntatis bñplaciti proſecutōnis
Permiſſio vero eſt ſignū fuge.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in tribꝫ ꝓpōnibꝫ. ¶ Prima ꝓpō. Tā
rō q̄ꝫ auctoritas compellit nos vt diſtin
guamꝰ volūtatē dei in volūtatē ſigni z ī
volūtatē bñplaciti. Apľs enī dicit p̄me
Theſſaľ. iiij. Hec eſt voluntas dei: ſctifi
catio vr̄a. Hec nō ē p̄dicatio ꝑ eſſentiā z
pꝫ: qꝛ ſctificatio nr̄a nō ē eterna: ſꝫ nihil
non eternū p̄dicať de deo ꝑ eſſentiā. & zc.
¶ Vñ p̄dicatio ī diuinis ē triplex. Una
eſt ꝑ eſſentiā: vbi ſcꝫ p̄dicatū ē de eēntia
ſubiecti: vt deꝰ ē ſpūs: vita: z hmōi. Alia
eſt p̄dicatio ꝑ cauſalitatē. vt tu es patiē
cia mea. Tercia ē ꝑ ſignificatōnē vt fiat
volūtas tua. i. fiāt p̄cepta tua z conſilia
tua ſicut ī celo. i. ſicut in angeľ vel in bo/
nis. z in t̄ra. i. in hoīb z pctoribꝫ vt ꝯuer
tanť. ¶ Scđa ꝓpō. Quēadmodū intelle
ctus qñqꝫ dr̄ vis intellectiua. qñqꝫ dr̄ ob
iectū cognitū: ita etiā voluntas aliqñ dr̄
vis volitiua: aliqñ obiectū volitū ¶ Cor
relariū. Volūtas ē vis appetitiua reſpe/
ctu cuiuſcūqꝫ appetibiľ. ¶ Tercia ꝓpō.
Ipſa vis volitiua dei ſiue ipſa volūtas
dei in ſe ē volūtas bñplaciti: obiectū ꝓo

volitũ (nõ qđlibet: ſ3 illud qđ ẽ ſignũ vo luntatꝭ bñplaciti) ẽ voluntas ſigni. Vñ licet ſolẽ lucere ſit obiectũ volitũ a deo: nõ tñ dr̃ voluntas ſigni. Jtẽ vrina eſt ſana. Hec ẽ p̃dicatio p ſignificationẽ. Solum em̃ aial eſt ſanũ formaliter.

**Querit̃ ſecundo de numero ⁊ ſufficiẽtia ſignoꝝ diuine volũtatis.** ¶ Notãdũ ꝙ mgr̃ ſniarũ qnq; ponit ſigna q̃ hoc ꝯtinent̃ verſu. Precipit ⁊ prohibet: ꝑmittit: ꝯſulit: implet.

**Reſpondẽdo ad q̃ões** ponit ſctũs Bonauẽtura duas ſufficiẽtias faciles q̃dẽ ſ3 pulchras. ¶ Ad intelligendũ ⁊ habẽdũ p̃mã ſufficiẽtiã ponit ꝓpõnẽ hãc. ¶ Volũtas diuina ꝓprie loquẽdo eſt p̃ntiũ ⁊ futuroꝝ: p̃teritoꝝ aũt nõ eſt alio mõ ꝙ̃ p̃ntiũ. Volũtas ğ diuina ſi ẽ reſpectu p̃ntis aut illud ẽ bonũ. ⁊ ſic ẽ impletio aut malũ ⁊ ſic eſt ꝑmiſſio. Si reſpectu futuri: aut illud ẽ malũ: et ſic ẽ prohibitio. aut ẽ bonũ neceſſariũ: et ſic ẽ p̃ceptio: aut bonũ ſuperogatõis. ⁊ ſic ẽ ꝯſiliũ. Vñ bonũ ſuperogatõis ẽ aliqđ bonũ opus: factũ a creatura rõnali: p̃ter illa opa ad q̃ tenet̃ p̃ceptorie de lege cõi vel obligat̃. ¶ Correlariũ. Petõr ꝓpriiſſime loquẽdo nõ ſuperogat. p3 q2 ſuperogare p̃ſupponit ꝙ aliqs faciat illđ ad qđ obligat̃. Per ſcđam ꝑticulã p3 ꝙ de⁹ nõ p̃t ꝓprie facere opa ſuperogatõis. Opus em̃ ſuperogatõis icludit meritũ ſ3 de⁹ ꝓpe nõ p̃t mereri: q2 nõ h3 ſupiorẽ ꝓpt̃ ꝑticulã eandẽ excludunt̃ irrõnalia. Propt̃ tertiã ꝑticulã ſacerdotem dicere horas nõ ẽ ſuperogatõis. Jtẽ ieiunare ꝑ q̃dragesimã nõ ẽ ſuperogatõis. Jtẽ aliqđ alicui aliqñ ẽ ſuperogatõis et poſtea nõ ẽ ſuperogatõis ſed neceſſariũ. Sicut aliquẽ ſeruare regulã fratrũ minorũ añ votũ ẽ ſuperogatõis: poſtea eſt bonũ neceſſariũ. Poſt ꝓfeſſionẽ em̃ ex cõi lege vouentiũ tenet̃: q2 vouẽtib⁹ ẽ lex poſita de reddẽdo. Bonũ aũt ſuperogatõis nõ h3 malũ oppoſitũ. ideo nec ꝯſiliũ h3 ſignũ oppoſitũ ¶ Scđa ſufficiẽtia etiã ẽ bona Voluntas em̃ diuina aut ſimpl'r vult aliqđ aut ꝯditional'r: ſiue ꝙ̃tũ ẽ in ſe: et vtroq; mõ ꝯtingit eã ſignificari. Voluntas ğ abſolute p̃t cõparari ad aliqđ aut ꝑ modũ cõplacẽtie aut diſplicẽtie. Si per modũ diſplicẽtie tunc nullo mõ fit ⁊ ita nõ p̃t ſciri aliq̃ ſigno exteriori. Si p̃mũ hoc ẽ dupl'r. aut q2 placet illud qđ fit: et ſic ẽ impletio: aut q2 placet aliud qđ ſeq̃tur ad illud qđ fit: ⁊ ſic ẽ ꝑmiſſio. Deus em̃ (ſm Auguſtinũ) nihil mali ꝑmittit quin aliqđ boni ex hoc eliciat: ſicut ꝑmiſit petrũ cadere vt eſſ3 humil' nec de ſuis ꝯfideret virib⁹. Jtẽ aliq̃s qui in iuuẽtute fuerãt caſti ꝓpter ſupbiã in ſenectute cadere ꝑmittit vt humilient̃: ⁊ cognoſcãt ſe dei gr̃a eſſe qđ ſunt. ¶ Sciẽdũ ꝙ franciſcus maronis adhuc qnq; ponit ſigna (que tñ ad hec qnq; ſupius enumerata p̃nt reduci) ſc3 monitionẽ q̃ ad ꝯſiliũ p̃t reduci: promiſſionẽ q̃ ad p̃cetũ: cõminationẽ ad prohibitionẽ: remunerationẽ ⁊ punitionem: que ad impletionem reduci poſſunt.

**Circa diſtinctionem quadrageſimãſextam.** Primo queritur. Utrum deus velit oẽs homines ſaluos fieri: voluntate beneplaciti.

**Reſponſio ad q̃ſtionẽ** ſtat in duab⁹ ꝓpõnib⁹ ⁊ earũ declaratõe. ¶ Prima propõ. Quilibet catholic⁹ neceſſario h3 illã ꝯcedere: deus vult oẽs homines ſaluos fieri (cũ ſctũs apl's dixit eã p̃ma ad Thimothũ. ij.) que propõ h3 veritatẽ de volũtate añcedete. Probatur. Ois ꝓpõ q̃ aſſerit̃ in canone ſacro biblie a q̃lib3 xp̃iano eã ap̃phẽdẽti neceſſario ẽ credẽda. S3 iſta ẽ ꝓpõ q̃ aſſerit̃ in ſacro canone biblie. ğ ⁊c̃. ¶ Scđa ꝓpõ. Et q2 illa propõ nõ põt verificari de volũtate ſigni: ideo neceſſe ẽ eã exponere de voluntate bñplaciti. Sed cũ nõ oẽs ſaluent̃ neceſſe eſt ꝙ vis fiat in mõ diſtribuẽdi ⁊c̃.

Unde ſanct⁹ Auguſtin⁹ ponit duplicē modū circa illā propoſitionē dicendo q duplex ē diſtributio. Una ē diſtributio accomoda: z eſt acceptio termini cōmunis pro ſuis ſingularib⁹ omnibus illis q̄ notant vel includunt in verbo vel participio poſito ibi: vt celū tegit oīa ſcʒ que tegunt. Deus creauit oīa ſcʒ creata vel entia que creantur. Itē exemplū ſancti Bonauēture. Oīs hō timet in mari ſcʒ qui eſt in mari. ¶ Alij dicunt. Diſtributio accomoda eſt acceptio termini cōis p ſuis ſingularib⁹ alijs ab vno: vt celum tegit oīa ſcʒ alia a ſe. Sed pma eſt magis ad mentē ſcti Auguſtini. Et dicit diſtributō accomoda. i. alijs a ſe cōmodata vl' accōmoda. i. comodata a cōi vſu loquentiū. Impropa em ē z ideo dr̄ cōmodata. Facit etiā ſcrūs Aug⁹. aliā vim in diſtributione qd pōt fieri p ſingul' generū: ſic ipſa ē falſa: qz non vult iudā ſaluare ſed dānare. Sed pro generib⁹ ſingulorū ipſa eſt vera. Et p genera ſingulorū pn̄t intelligi diuerſi ſtat⁹. vt de ſtatu mercatorū aliqui ſaluabunt z ſic de alijs. vel de grecis latinis zc̄. ¶ Sed ſm iudiciū doctoris ſubtilis meli⁹ diſtinguit iohānes damaſcen⁹ in penultimo capitulo ſcdi libri Q deus vult oēs hoīes ſaluos fieri voluntate antecedēte: nō aūt conſequente. ¶ Pro quo ſciendū q voluntas aīs dei eſt illa q̄ reſpicit dona naturalia: z regulas iuſticie legalis in vniuerſali: z adiutoria ſufficiētia ad ſalutē. Hec ē deſcriptio ad mentē ſcti Bonauēture z habet tres pticulas. Prima pticula dona naturalia. Dedit em dona naturalia ſcʒ intellectū z voluntatē ſm q̄ ſum⁹ capaces ſalutis z btitudinis. Corpus aūt z ſenſus corporales ex ꝯſequēti beatificāt. ¶ Prima ꝑpoſitio. Voluntas antecedens non ſemp adimpletur. ¶ Secūda ꝑpoſitio. Deū velle ſaluare aliquē eſt ipſum ordinari in ſalutē a deo: non autē eſt ei dare ſalutē. Secunda particula eſt. Et regulas iuſticie. Dedit em homini p̄cepta diuina p que ſufficienter pōt regulari z dirigi in his q̄ ſunt ad finē. Tercia particula. Et adiutoria zc̄. Dedit nāq adiutoria ſufficientia homini ad ſalutē zc̄. qz dedit ſacramēta ſcʒ baptiſmum penitentiam zc̄. ¶ Voluntas ꝯſequens dei ē illa que reſpicit iudicia i particulari: facta ſm merita vel demerita p̄cedentia particulariū hominū. ¶ Prima ꝑpoſitio. Voluntas aīcedens dei z ꝯditionata (z eſt qua ſcʒ aliq̄d vult ſub cōditione. i. ſi velint z ſi nō ponāt obicē) idē ſunt. ¶ Secunda ꝑpō. Voluntas ꝯn̄s dei z voluntas dei abſoluta (q̄ ē volitio dei q̄ vult efficaciter z determinate eſſe vel fieri aliquid) idē ſūt. Et hec ſemp adimpletur.

## Querit ſecundo. Utrū

deus velit mala fieri. ¶ Notandū q triplex eſt malū. Unū eſt malū nature. Et eſt quedā deformitas ſeu monſtruoſitas exiſtens i aliquo ente naturali: ꝑueniēs ex ſuperfluitate vel diminutōe materie vl' aliqua alia indiſpoſitione materie ad recipiendū formā. Aliud ē malum pene. i. ipſa pena qua aliquis affligitur vel punitur. Terciū eſt maluʒ culpe z eſt ipſa culpa qua aliquis reprobat. i. peccatuʒ Et de hoc malo proprie tractat Bonauentura queſtionē: licet etiā poſſit fieri de alijs malis. ¶ Prima ꝑpoſitio. Ens naturale eſt ens compoſitū ex materia z forma. ¶ Scda ꝑpoſitio. Malum nature nō poteſt reperiri in angelis. ¶ Tercia ꝑpoſitio. In animab⁹ intellectiuis inquantū intellectiue ſunt nō poteſt eſſe malū nature. ¶ Quarta ꝑpoſitio. Solum res corruptibiles poſſūt habere malum nature. ¶ Sciendum inſuper q duplex eſt pena. Quedā em eſt p̄ciſe afflictiua: z eſt illa que ſolum affligit tanq̄ diſconueniens potentie. vt ſi deus de potentia abſoluta daret penā virgini glorioſe Marie. Alia eſt pena non preciſe afflictiua ſed etiam punitiua. Hec ſemper eſt propter peccatuʒ precedens. Eſt

igitur illa q̄ affligit et eſt inflicta ꝑpter pctā. Oīs ḡ pena punitiua ē afflictiua ſed nō ecōuerſo. ¶ Pzimū dictū. Nulla pena ſiue afflictiua ſiue punitiua pōt in eſſe nature nō cognoſcitiue: ſꝫ ſolū in cognoſcitiua ſicut ſunt aīalia. De h̄ plus in tercio. ¶ Scdm dictuꝫ. Malū culpe nō pt inueniri niſi ī natura intellectuali creata. Uñ. Maluꝫ pzo ꝑ ſe ſignificato: nihil aliud ē q̄ carentia alicuius boni. Nā malū nature dicit ꝑuatonē debite forme naturalꝰ vt naſci cecū: ꝛ naſci cum duobꝫ capitibꝫ. Malū aūt pene ē pꝛiuatio debite ſeu ꝯuenīētis obiecti ad ipſaꝫ potētiā. Malū culpe ē carentia cōcordie q̄ deberet ineſſe voluntati nr̄e ad voluntatē diuinā in hiis q̄ nobis ſunt precepta. Pzo denoīato aūt malū eſt quidā actus poſitiuus ꝛ hoc loquendo de peccato commiſſionis.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in quatuoꝛ ꝓpōnibꝫ. ¶ Pꝛima ꝓpō. Deus nō pōt velle malū aliqđ ſub rōne foꝛmali mali. i. pꝛo ꝑ ſe ſignificato. Pꝛobatur qꝛ deꝰ nō pōt velle illud qđ ē extra rōnē obiecti diuine volūtatis: ſed malū inq̄tum malū: vel ſub rōne mali ē extra rōnē obiecti diuine volūtatis. ḡ deus nō pōt velle malū inq̄tū malū. Maioꝛ pꝫ. Minoꝛ pbaꝛ: qꝛ ſm doctoꝛē ſubtilē: obiectū volūtatis diuine ē ens inq̄tū ens. Scdm alios aūt bonū ē obiectū voluntatis. pꝫ ꝙ malū inq̄tū malū nec eſt ens nec bonū. ḡ ꝛc̄. ¶ Scda ꝓpō. Deus vult malū nature: et de facto vult. ¶ Tercia ꝓpō. Deus pt velle malū pene ꝛ de facto vult. Pꝛobantur iſte due ꝓpōnes ſimul Quia deꝰ pōt velle oē illud ex q̄ maius bonū relucet in vniuerſo: ſed ex malo nature ꝛ malo pene ſepe relucet maioꝛ bonitas ipſiꝰ dei vel hoīs. patet de ceco nato quē ſanauit dñs. Et de Job cuius patiētia pbabaꝛ ꝛ appꝛbat. ¶ Quarta ꝓpō. Deus nō vult nec pōt velle malum culpe. pꝫ qꝛ tale nō eſt volibile: qꝛ nō eſt ens: qꝛ eſt ꝑuatio rectitudinis q̄ debuit ineſſe. ¶ Hugo tñ de ſctō victoꝛe eſſe videtur illiꝰ opinionis ꝙ deꝰ velit pctā: dicit tñ deū nō eſſe cām pcti ſed aliū a deo volente. ¶ Tñ dimittendꝰ ē hugo ꝛ tenēdꝰ Auguſtinꝰ ꝛ mgr̄ ſniarū. Et licet deꝰ ꝑmittat mala fieri et ſic voluntate ſigni velit: nō tñ ſeq̇tur. ḡ vult mala. ſed ē fallacia a ſm quid ad ſimpliciter.

## Pꝛo ſolutione argumētoꝝ.

Nota pꝛo pˀmo argumēto ex anſhelmo dicētis. Deꝰ nō vult qđ īpoſſibile eſt fieri. ḡ ꝑ ꝯñtiā ecōtrario qđ poſſibile eſt fieri deꝰ vult. Sed malū ē poſſibile fieri ḡ ꝛc̄. ¶ Notandū ꝙ ꝯñtia ecōtrario (ſm Bonauēturā) nō tenet niſi in ꝯ̄dictoꝛijs ꝛ nō in ꝯtrarijs. Unde ꝯñtia ecōtrario eſt qñ in pꝛima ꝯñtia arguiꝛ ab añte ad ꝯñs: et in ſcda ex oppoſito ꝯñtis arguiꝛ ad oppoſitū añcedentis. vt ſi hō eſt: aīal eſt: ſed nullum aīal eſt. ḡ nullus hō eſt. ¶ Uñ impoſſibile ē fieri qđ deꝰ nō vult. Non velle capiꝛ dupl̄r. Uno mō negatiue ꝛ ſic ꝓpō eſt falſa: qꝛ deꝰ nō hꝫ volitionem ꝙ aliꝰ ſol fiat: ꝛ tñ non eſt īpoſſibile ſed poſſibile. Alio mō ꝑuatiue. Melius tñ dicit doctoꝛ ſubtil ꝙ capiaꝛ ꝯ̄iūcte: ꝛ ſic nō vult ē vna dictio: ꝛ ē tercia pſona huius ꝟbi nolo: ꝛ loco huiꝰ tercie pſone ꝓpꝫ differētiā expſſam et maioꝛē expſſionem quidā groſſo mō loquunꝛ dicentes nult: ſed hec dictio nō videꝛ eſſe latina. Si igitur nō vult capiꝛ ꝯ̄iūctiue ꝓpō eſt vera in ſenſu ꝯpoſito: nō in ſenſu diuiſo. ¶ Ultimū argumentū añ oppoſitū poſſet ponderari: nō tñ hꝫ magnā vim ſi apte conſidereꝛ. Poſſum eñ voluntate deliberata velle aliquē ſurgere ꝛ ipm leuare: ad qđ neceſſario ſeq̇tur ꝙ ceciderit: et tñ illud cecidiſſe mihi nō placuit: non tñ volo ꝙ ſurgat ita ꝙ nō ceciderit.

## Queriꝛ tercio. Utrum

mala fieri ſit bonū. Queſtio illa ē de malo culpe ꝛ nō de malo pene: qꝛ clarū eſt: ꝙ bonū eſt ꝙ petōꝛes puniāꝛ. Uñ tri/

plex eſt bonū. ſcʒ vtile. honeſtū ꝛ delecta
bile. Bonū vtile ē illud qđ ꝓpter ſe pro
prie non eſt appetibile: ſed ꝓpter aliquē
finē ꝯſequendū: vt potio amara infirmo
Bonum honeſtū (ſm̄ Tulliū) eſt illud
qđ ſua vi nos attrahit: et ſua dignitate
nos allicit ad ſui amorē. Bonū delecta/
bile eſt qđ cauſat delectationē in poten/
tia ꝛ quietat eā: vt pulcherrimū viſibile
Et illud ē duplex. qꝛ aliud eſt delectabi
le honeſtū: aliud vero inhoneſtū. ¶ Cor
relariū primū. q̄ſtio nō eſt de bono hone
ſto. ¶ Scḋm correlariū. Nec de bono de
lectabili: peccare em̄ ſepius ē delectabi/
le ꝛ quaſi ſemꝑ. ¶ Tercium Correlariū.
Queſtio eſt de bono vtili.

# Reſolutio queſtionis

ſtat in vndecim ꝓpōnib9. ¶ Prima ꝓpō
In opib9 humanis illud ē bonū vtile vł
ꝯferens: qđ in finē bonū ducit: ſiue ē via
ad bonū. ¶ Pro declaratione nota ꝙ eſt
dr̄ia inter opus humanū ꝛ opus hoīs.
Opus humanū eſt opus ex certa delibe
ratione ſeu a ꝓpoſito factū ab homie. vt
dicere horas ꝓpter deū. Itē de malis vt
fornicari. Itē facere foueā ad ſepeliēdū
mortuū eſt opus humanū. Opus hoīs
eſt opus ab hoīe factū ꝑter rōnē ꝛ nō de/
liberate: vt fricatio barbe ꝛ hmōi. ¶ Se
cunda ꝓpō. Aliqđ dicit̄ ducere ad bonū
finē tripl'r. ſcʒ ꝑ modū cauſe. ꝑ modū ca/
ſus. ꝛ ꝑ modū occaſionis. ¶ Tercia ꝓpō
Hec tria cauſa caſus ꝛ occaſio different
ducūt nos ad aliquē finē. ꝓbat̄. Quia
cauſa ducit nos in finē inꝗ̄tū producēs
ꝛ inꝗ̄tū intendēs. Caſus vo ducit nos
in finē inꝗ̄tū producēs: ſed nō inꝗ̄tū in
tendens. Occaſio vo ducit in finem: nec
inꝗ̄tū producēs: nec inꝗ̄tū intendens:
ſed tanꝗ̄ alliciēs ꝛ excitans. Vn̄. ij. phi
ſicoꝝ dicit̄ ꝙ q̄tuor ſunt cauſe due ꝑ ſe: ꝛ
due ꝑ accidēs. ſcʒ cauſa natural' vel agēs
naturale. Huic correſpondet caſus pro/
prie loquēdo Et cauſa libera. Huic cor
reſpondet agens fortuitū vel a fortuna.

Tamē in l'ra Bonauēture caſus nō acci
pitur ſic proprie: ſed quaſi indifferenter
¶ Quarta ꝓpō. Occaſio ē duplex. vna
eſt actiua: et eſt illa q̄ quodāmodo exci/
tat efficientē: ꝛ hʒ rōnem actiui: ſicut qñ
aliqs dat alteri occaſionē ſeu exēplū ad
peccandū: vt ſcandalū datū vel acceptū
q̄ ſunt inferiora ad occaſionē. Exemplū
de illo q̄ dicit aliū mentiri ad alliciendū
ipm ad ſe ꝑcutiēdū. Alia ē occaſio paſſi
ua: et eſt illa q̄ hʒ rōnē paſſiui tanꝗ̄ illđ
ex quo aliqs aſſumit rōnem: vt ſiquis ex
malo exēplo alterius aliqđ boni operet̄
oppoſito modo. Exēplū patet de illo q̄
ſe corrigit ꝓpter iuſticiā factum alicui
publice. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Malum
ſiue pctm̄ duo dicit: vnū formale: aliud
materiale ſiue ſubſtratū. i. naturā ordi/
nabilē: ꝛ priuationē q̄ eſt formale. Exē/
plum de crucifixione xp̄i q̄ erat formal'r
priuatio rectitudinis. pʒ quia nō confor
mabant voluntatē ſuā voluntati dei: q̄
dixit Innocentē nō occidas. Et fuit ibi
actus poſitiuus crucifixionis. Et dr̄ na
tura ordinabil' quia crucifixio illa fuit
nobis ordinata ad impetrandū eternam
bitudinē. ¶ Sexta ꝓpō. Peccatū rōne
malicie ſue ꝛ rōne ꝓuationis cōparat̄ ad
bonum qđ elicit̄ ex eo: ſicut occaſio paſſi
ua. Subſtratū autē pcti cōparat̄ ad bo
num qđ elicit̄ ex eo: ſicut occaſio actiua.
¶ Septima ꝓpō (ꝛ eſt epilogatio) Ali/
quid pōt ducere ad alterū ꝑ ſe. Alio mō
nō ꝑ ſe. ¶ Octaua ꝓpō. Illud qđ ducit
aliquid ad bonū finē ꝑ modū cauſe: illđ
habet in ſe rōnem bonitatis ꝛ ordinatio
nis. Illud vero qđ ducit alterū in bonū
finē rōne occaſionis: nō habet intra ſe ra
tionē bonitatis neceſſario. Exemplum.
Si irem ad eccleſiā ad rogandū deū vt
dimittat vobis iniuriā quā intuliſtiſ ꝛc.
¶ Nona ꝓpō. Malum qđ preciſe habet
rationem occaſionis boni nō debet dici
bonum ſimpliciter. ¶ Decima ꝓpoſitio
Cum malū non ducat de ſe neqꝫ per ſe
in rationē boni: ſequitur ꝙ malum fieri

nō debet dici bonū ſimpliciter: quia nihil habet ratione bonitatis niſi ducat ꝑ ſe in bonū. ¶ Undecima ꝑpoſitio. Mala fieri poteſt dici bonū cum additione. Unde crucifixio chriſti fuit mala: quia peccatū quo ad iudeos q̄ crucifixerunt chriſtū fuit etiā bona reſpectu dei q̄ nouit ꝛ elicuit inde bona. ¶ Itē Bonauentura dicit ꝙ iſta ꝑpoſitio quā dicit ſanctus Gregorius ſit impropria ſcʒ Iuſtū eſt vt qui in ſordib⁹ eſt ſordeſcat adhuc. patet em̄ ꝙ iniuſtū eſt ꝙ peccauit: ꝛ iniuſtius ē ꝙ plus pctā cōtinuet: Dicit ergo ſanct⁹ Bonauētura ꝙ valde ꝑ accidens intelligit̄ ſic ſcʒ quia iuſtū eſt vt peccans a deo derelinquat̄: ad qd̄ ſequit̄ ꝙ ſordidior erit.

**Reſtat diſcurrere argumenta** pro parte vera. Et ſunt illa que fiunt in oppoſitū. ꝑpter regulā que ponitur in quarta rōne ex qua ſumit̄ ꝯñtia in ipſo. Notandū ergo ꝙ ꝯſequentia in ipſo terminoꝝ eſt illa, in cui⁹ antecedēte aliqd̄ ꝑdicatū verificat̄ de ſubiecto: ꝛ in ꝯſequēte oppoſitū ꝑdicati ꝑdicatur de oppoſito ſubiecti. vt Iuſticia eſt virtus ergo iniuſticia ē viciū. Conceſſa igitur illa malū fieri eſt bonū. ſequit̄ ergo bonū fieri eſt malū. ¶ Itē per locū a ꝯuertibilibus ſequit̄. Malum fieri eſt bonū. ergo malū facere eſt bonū. ꝯſequens ē falſum: ergo ꝛ antecedens.

**Querit̄ quarto Utrum** mala fieri ſit verū. ¶ Pro quo ſciendum ꝙ duplex eſt veritas. ſcʒ in reb⁹ ꝛ in intellectu. Ueritas in rebus ē duplex. Quedam enim eſt veritas in rebus abſolute ſumpta: qñ ſcʒ non ſumit̄ in cōparatione ad intellectū. Alia eſt veritas in rebus ſumpta reſpectiue ſeu in comparatione ad intellectū. Et eſt proprie entitas rei ꝓm quā res eſt manifeſtatiua ſui: intellectui potenti eā cognoſcere. Omnis aūt veritas ſiue ꝓm ſe ſumpta ſiue nō eſt reſpectus. Ueritas abſolute ſumpta in rebus eſt cōformitas rei producte ad rem ꝑducentē: ꝛ eſt duplex ſcʒ ꝑ adequationem omnimodā. ¶ Correlariū. Solus filius ī diuinis hoc mō ē veritas. Alia ē ꝟitas (in reb⁹ abſolute ſumpta) ꝑ imitatione ꝛ eſt ꝯformitas rei pducte ad ꝑducentem ꝑ imitationem. ¶ Correlarium. Omnis creatura dicit̄ veritas reſpectu exēplaris eterni: ſeu reſpectu eſſentie diuine. ¶ Secundū correlariū. Ois imitans eſt imꝑfectior illo quē imitat̄. Nā omnis imitatio eſt cū imꝑfectione. Non igitur verū eſt ꝙ dicunt maroniſte q̄daʒ dicentes ꝙ nulla quātitas ꝛ materia prima ꝛ relationes poſſint aliquid producere: quia ſunt entitates ſteriles. Non em̄ ita ſteriles ſunt quin poſſint cōgenerare intellectionē ſui in intellectu creato. Et ꝓm hoc ens ꝯuertit̄ cū principio productiuo. Et ſic ꝯceditur illa tm̄ principiū eſt: de quo magis videbitur in principio phiſicoꝝ. Ueritas in intellectu ē duplex ꝓm ꝙ duplex ē actus intellect⁹ ſcʒ Ueritas cōplexa ꝛ eſt conformitas actus complexi ad rem intellectā complexā. Ueritas autē incomplexa eſt cōformitas act⁹ incomplexi ad rem intellectā incōplexā. ¶ Propoſitio. Falſitas opponit̄ ꝯtrarie veritati complexe. Ignorantia vero opponitur (priuatiue ꝛ nō contrarie) ſimplici veritati. ¶ Correlarium. Ueritas formaliter capta eſt in ipſo actu intelligendi complexo ſubiectiue: ꝛ in propoſitione vocali vel ſcripta tanꝙ̄ in ſigno. ¶ Propoſitio igitur vocalis vel ſcripta ideo dicit̄ vera: quia ſignificat verū. Et eſt ſimile de ſanitate que eſt ſubiectiue in corpore animalis: ꝛ in vrina q̄ dicitur ſana: quia ſignū eſt ſanitatis. Propoſitio autē mentalis ſcʒ intellectio cōplexa obiectiue ē vera vel falſa formalr̄. ¶ Correlariū. Ceſſante q̄libet actu intellect⁹ nulla ꝑpō formalr̄ ē vera vl̄ falſa. Sicut ſi nullū aīal eſſet: ſanitas non eſſet: etiā ſi vrina exiſtat. Et licʒ ſctūs Bonauētura videat̄ velle oppoſitum illius correlarij.

Tamē dicendū ē ſicut dixi: ꝙ ſi nullus intellellect⁹ ē impoſſibile eſſet: ꝛ hec ꝓpō eſſet ſcripta. De⁹ ē: ſignū veritatis eēt: ſed nulla veritas eſſet. Queſtio noſtra eſt de malis culpe.

## Reſpōſio ad queſtionē

ſtat in vnica concluſione. ¶ Concluſio. Concedendū ē ſine diſtinctione ꝙ mala fieri eſt verū. ¶ Pro ſolutione pmi argumenti. Nota hanc regulam. ¶ Regula. Quñcuꝗ mutat veritas cōplexionis in veritatē incōplexā eſt fallacia figure dictionis: nec eſt ꝯriū ꝙ ipſe dicit eſſe fallaciā accidētis: q2 vtraꝗ ē in illo argumēto. ¶ Solutio pma tercij argumēti clara eſt apud maroniſtas. q ꝯcedunt tales Chimera ē chimera ꝛ tñ illa nō h3 veritatem rei. Vñ. De fundamēto veritatis ꝓpōnis inqrendo ponit quatuor opiniones qrū qrtā ipſe tenet. Tercia ē de mente docto. ſubt. ſi itelligat fundari i actu ītelligēdi: nec argumētū bonauētu. ꝯcludit. Nec tenem⁹ ꝙ ſignū ſeu relatio ſigni formal' ſit rō veritatis: ſicut circul⁹ ante tabernā inꝯſtā ſignū nō eſt vinū. Cū etiā relatio ſigni nō pōt eſſe niſi ꝑ ꝯatōne intellect⁹: nec ē ſignū aliꝗ ſcriptura alterius rei niſi ꝑ intellectū. Pōt tñ concedi ꝙ poſito ꝑ impoſſibile (ex quo iſti termini ſunt impoſiti ad ſignificandū) ꝙ null⁹ intellect⁹ exiſteret: iſta eſſet aptitudinaliter ſignū veritatis: deus eſt.

## Querit quinto. Utrū

malū ſit ordinabile a dei volūtate. Iſta queſtio ſicut ꝛ pcedens ē de malo culpe: non aūt de malo pene inflicte: licet pctm ſit pena derelicta ſeu nature derelicte: q2 manifeſtū ē ꝙ malū inflictū ē ordinabile ꝛc. Quid ſit ordo habitū eſt diſtinctione. xxi. ¶ Duplex autē eſt ordo (vt hic ſufficit) ſcꝫ nature et iuſticie. Ordo nature prout hic capit eſt ordo eminentie vel nobilitatis eſſentiarū creaturarum ſiue ſpecierū q eſt inſtitut⁹ a deo. Voluit eñ de⁹ vnā ſpēm eſſe nobiliorē alia. Ordo vero iuſticie ē ordo creaturarū rōnalium in pmio vel ſupplicio ſm exigentiā meritorū vel demeritorū ipſarū. Iuſticia eñ punitiua ꝛ pmiatiua proprie ē reſpectu creaturarū rationaliū. Et ſolū iſte ordo ē in pmio. ¶ Propō. Nullū pctm ē ordinabile ordine nature. patet quia nō eſt eſſentia creata. Itē ordo nature eſt factus a deo: ſed deus nullū malū fecit. ¶ Eſt ergo queſtio vtrū ſit ordinabile ordine iuſticie a deo. ¶ Pro quo ſciendū ꝙ nō eſt idē malū ordinari a deo: et malum fieri a deo: q2 hoc eſt īpoſſibile. Uñ Deū ordinare malū nihil aliud ē: ꝙ̄ ꝙ deus puniat illos q fecerūt pctā. Unde dicit Boeti⁹. Pena eſt reordinatiua culpe. Et pꝫ ꝙ de⁹ oēm malū punit vel puniet. ꝗ malū eſt ordinabile a dei volūtate. Unde. Maior eſt iuſticia in inferno ꝙ̄ in curia imperatoris vel regis.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in qtuor ꝓpōnib⁹. ¶ Prima propō. Queadmodū aliqd dr̄ ſanum tripl'r ſcꝫ ſubiectiue: diſpoſitiue vel oſtenſiue: ſic aliqd dr̄ ordinatū tripl'r: q2 vel ſicut ordinis ſuſceptiuū vl' ſicut diſpoſitiuū ſcꝫ q2 diſponit ad ordinationē: vl' ſicut oſtēſiuū. Sanū ſubiectiue ē ſubiectū ſanitatis vt aial. Diſpoſitiue ſanū dr̄ illud qd diſponit ad ſanitatē vt potio. Oſtēſiue vero vrina ſana dr̄. ¶ Scḋa ꝓpō. Cum nihil ſit ordinabile tanꝙ̄ ſuſceptiuū ordinis niſi ſit aliqua natura vel ens: ſeq̄t ꝙ malū non eſt ordinabile tali mō niſi ꝑ accidēs ſcꝫ ꝑ ſubſtratū ſuū bonū. ¶ Tercia. ꝓpō. Licet malū ſit ordinabile tanꝙ̄ diſpoſitiuū; nō tñ eſt diſpoſitio ponens ſed pūans. Uñ duplex eſt diſpoſitio ſcꝫ ponēs. i. poſitiua. Et illa ē ſemꝑ aliqua entitas poſitiua. Alia eſt diſpoſitio priuans ꝛ eſt priuatio oppoſita entitati.

¶ Quarta. ꝓpō. Malum eſt ordinabile in ordine iuſticie ſicut oſtenſiuū diuine iuſticie: q2 nullū malū manet impunitū. Item ꝑ oppoſitū oſtendit pctm iuſticiā

dei ⁊ bonitatem. Oppoſita em̄ iuxta ſe
poſita magis eluceſcūt. Vn̄ ex vicio cla
rioꝛ fit virtus. Per hoc ꝗ ꝙ multi ſunt
incōtinentes. patꝫ ꝙ magna virtus eſt ⁊
magna gratia a deo iuuenē eſſe continē
tem ⁊ caſtum.

**Pro ſolutione argumē**
toꝝ. Et qn̄ in ſolutione p̄mi argumenti
dı̄ Q2 malū eſt p̄uatio particularis na/
ture. ¶ Aduertendū aūt ꝙ malū nō p̄i/
uat bonū qđ inſuit ſꝫ qđ inſuiſſet: ſi ma/
lum nō fuiſſet. Sicut cecitas nō ſp̄ p̄uat
aliq̄ qđ inſuerit: ſed qđ inſuiſſet. ¶ Oꝛ/
do nature eſt vt iuſte fiant opa nr̄a. Sꝫ
qꝛ malū p̄uat talē oꝛdinē nature: ideo
incurrit in oꝛdinē iuſticie. Itē aliq̄d po
teſt oꝛdinari in bonuꝫ finē dupl'r. Vno
mō ſm ſe ⁊ in ſe. Hoc mō malū nō eſt oꝛ
dinabile. Alio mō p accidēs ⁊ per aliud
Et illo mō malum eſt oꝛdinabile.

**Sexto querit. Utrum**
malū ſit de cōplemēto vniuerſi. i. de de/
coꝛe mundi. ¶ Reſpōdendo ad q̄onē do
ctoꝛ ſeraphicus ponit duas opiniones.
¶ Prima opinio ſtat in duob' dictis cū
diſtinctione tali. ¶ Malū pōt conſide/
rari duob⁹ modis. Vno mō vt eſt in po
tentia facientis. Alio mō vt eſt in facto.
¶ Primū dictū. Malū vt eſt in potētia
faciētis ptinet ad decoꝛē vniuerſi. Pro/
batur. Melioꝛ eſt natura intellectualis
⁊ libera ꝙ̄ natura p̄cīſe ſenſitiua que. ſ.
non eſt peccabilis. ¶ Scōm dictū. Pec/
cata in q̄ntum fiunt vel ſunt in facto id ē
in ope non ſunt de cōplemento vniuerſi
¶ Scđa opinio ſtat in trib⁹ ppōnibus
⁊ iſta diſtinctione. ¶ Decoꝛ vniuerſi eſt
duplex ſcꝫ eſſentialis ⁊ ſubſtātialis. Ali
us eſt accidentalis. Decoꝛ eſſentialis et
ſubſtātialis vniuerſi: eſt ille q̄ ↄſiſtit in
oꝛdine naturarū incoꝛruptibiliū ⁊ ſem/
per p̄manentiū. Incoꝛruptibiliū dico p
naturā: vt ſunt oēs celi: ſtelle: planete: et
quattuoꝛ elemēta. Partes accidentales
ſunt ille q̄ ſunt coꝛruptibiles p naturā.
Et ſm hoc. Decoꝛ accn̄talis eſt ille q̄ eſt
ſm partes accn̄tales. ¶ Prima ppoſitio
Mala ſiue pctā non ptinēt ad decoꝛem
vniuerſi eſſentialē: nec p ſe nec p acci/
dens. ¶ Scđa ppō. Mala ptinēt ad de/
coꝛē accn̄talē vniuerſi: nō in q̄ntum pctā
ſed in q̄ntum oꝛdinata. ¶ Tercia ppō.
Mala faciūt ad decoꝛē accn̄talē vniuer
ſi tripl'r ſcꝫ rōne ſubiecti qđ oꝛdinat'. ra/
tione oppoſiti qđ manifeſtat'. ⁊ rōne boni
qđ elicit'. Vn̄ pctōꝛ eſt ſubiectū qđ oꝛdi/
nat' per diuinaꝫ iuſticiā. ¶ Propoſitio.
Multa bona: immo maxima bona fa/
cta ſunt ⁊ fiunt q̄ non fierent niſi maluꝫ
occaſionē p̄ſtitiſſet. Exemplū eſt de ope
noſtre redēptionis. ¶ Vn̄ hic pōt elici
talis ppō (ſed certe minus ſufficienter)
Si adam nō peccaſſet xp̄s incarnat⁹ nō
fuiſſet. Et eſt de cōi intētione multoꝛuꝫ
doctoꝝ. Sed hoc nō placet doctoꝛi ſub/
tili. lib. iij. diſt. vij. q̄one p̄ma.

**Utrum. Si adam non**
peccaſſet ⁊c̄. ¶ Propter verba igitur
ſancti Bonauētu. in dubiū venit. Utrū
Si adā non peccaſſet filius dei incarna
tus fuiſſet. Pro cuius deciſione quedaꝫ
ponunt' ppōnes. ¶ Prima ppō. Si adā
nō peccaſſet nihilomin⁹ filius dei incar
natus fuiſſet. Et pbat' breuiter (qꝛ ma/
gis ptinet ad terciū) Si adā nō peccaſ/
ſet omēs electi et p̄deſtinati fuiſſent: ſed
xp̄s eſt p̄deſtinatus. ergo ſi adā nō pec/
caſſet: xp̄s fuiſſet. Sꝫ vltra: xp̄s fuiſſet:
ergo filius dei incarnatus fuiſſet. Ma/
ioꝛ pbat' (⁊ cōiter conceditur a doctoꝛib').
Eadē rōne qua ſoli p̄deſtinati nati fuiſ
ſent eadē ⁊ xp̄s: qꝛ p̄deſtinatus. ¶ Scđo
confirmat' ppō tali medio. Maximum
bonū in entib⁹ (⁊ ſignāter in hoīb⁹ vel in
natura humana) nō eſt bonū occaſiona/
tum occaſione peccati: ſed incarnatio fi
lij dei eſt optimum bonū in entibus. er/
go ⁊c̄. Minoꝛ patet per Auguſtinum.
In rebus ex tpe oꝛtis non eſt maioꝛ gra
tia ꝙ̄ vt deus homo fieret. ¶ Tercio ſic.
eſt

Quiſcunq̃ gaudet licite de aliquo: lici/
te poteſt gaudere de eo quod eſt ratio/
illius gaudij: ſed chriſtus ſumme gau/
det de eo q̃ eſt glorificatus in humana
natura. ergo poteſt etiam gaudere de il
lo quod eſt ratio ſui gaudij. Sed dicen
do propoſitionis oppoſitum: peccatum
eſt huiuſmodi (id eſt ratio propter quã
chriſtus gaudet rc̃.) ergo rc̃.
¶ Confirmatur. Dato q̃ chriſtus gau
deat de peccato: ſequitur q̃ eſt malus:
conſequens eſt falſum. ergo r antecedẽs
¶ Quarto ſic probatur. Maximum
malum nno eſt cauſa maximi boni: ſed
peccatum Ade fuit maximum malum
(ſcilicet extenſiue punitum) ergo pecca
tum Ade non fuit occaſio redemptio/
nis. ¶ Quinto. Si Adam non peccaſ/
ſet: chriſtus fuiſſet caput eccleſie. ergo
Si adam non peccaſſet: xp̃s incarnatus
fuiſſet. Añcedens probat: quia ſi adam
non peccaſſet: adhuc eccleſia tota mili/
tans katholica vnum caput habuiſſet.
Si em̃ non habuiſſet caput: fuiſſet ace/
phala r mõſtruoſa: ſicut corpus ſine ca/
pite. ¶ Si dicat: habuiſſet caput ſed nõ
xp̃m. ¶ Contra. Idem fuiſſet caput. pʒ
quia ſi adam non peccaſſet: adhuc oẽs
electi fuiſſent qui modo ſunt. ergo idem
caput qd̃ nunc eſt. ¶ Sexto probatur.
Auctoritate Bernhardi qui (exponens
illud Jone tercio.) Propter me orta eſt
tempeſtas. Dicit q̃ lucifer vidit in ver/
bo q̃ ipm̃ incarnandum eſſet: r ideo in
uidit. ergo rc̃. ¶ Septimo arguit. Prin
cipalis ratio incarnationis fuit dilectio
dei. Propter nimiam em̃ charitatẽ qua
deus dilexit mundũ eſt incarnatus (Un
de Johãnis ſexto. Sic deus dilexit mũ
dum vt filium ſuum vnigenitum daret
rc̃.) Sed deus non minꝰ dilexiſſet homi
nes ſi in ſtatu innocentie perſtitiſſent q̃̃
modo: immo magis. ergo rc̃. ¶ Secun/
da propoſitio. Si adam non peccaſſet:
nihilominus chriſtus fuiſſet filius vir/
ginis marie. Probatur. Ab eterno erat
preuiſa: vt filius dei de ea naſceret: ſed
nec peccatum nec innocentia poteſt mu/
tare eternum: cuiuſmodi eſt predeſtina
tio. ergo rc̃. ¶ Unde poſſumus (deuoti
one concitati) dicere. O glorioſiſſima
virgo: celorum regina: r dei mater imã/
culata gaude: r tuis meritis noſtra de/
le peccata: quoniã ſi noſtra peccata (que
ſolum tibi et filio tuo non gaudiuʒ ſed
maximã intulerũt triſticiaʒ) nõ fuiſſent
nihilominus digna mater dei fuiſſes.
Unde falſa eſt illa ꝓſa que cantatur in
aliquibus eccleſijs. Nec abhorre pecca/
tores ſine quibus nunq̃ digna tanto fi/
iſſes filio. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Si adã
non peccaſſet nihilominus filius dei po
tuiſſet veniſſe vt perfectiſſimꝰ redẽptor
non tamen vt redemptor ꝑ paſſionem r
mortem. ¶ Pro cuiꝰ ꝓpoſitionis expla/
natione notandum q̃ modus redimen/
di eſt duplex ſcʒ ſubleuatiuus r p̃ſerua
tiuus. Subleuatiuus (qui eſt imperfe/
ctior) eſt ille quo quis vel a pctõ actua/
li ſubleuatur vel originali. Et iſte ẽ tri
plex. Primus modus eſt quo aliquis re
dimitur a peccato poſt lapſum in mor/
tale. Hoc mõ redẽpta eſt maria magda
lena. Secundus eſt quo aliquis redimi
tur poſt lapſum in veniale r non in mor
tale. Unde dicere q̃ aliquis non poſſit
etiam per totam vitã ſuam non peccare
mortaliter eſſet erroneũ: quia deus non
obligat ad impoſſibile. Tercius modꝰ
redimẽdi ſubleuatiuus eſt quo aliquis
redimitur poſt lapſum in originale ſi/
cut liberantur cõiter pueri xp̃iani in ſa
cramento baptiſmatis. ¶ Modus autẽ
redimendi preſeruatiuus (qui perfecti/
or eſt) ſimiliter tres habet modos ſcd̃m
q̃ triplex eſt peccatum ſcʒ mortale: veni
ale et originale. Primus igitur mo/
dus (qui et quartus eſt in ordine) eſt q̃
aliquis redimitur preſeruatiue ne poſ/
ſit cadere in mortale. Hoc modo fuerũt

redempti apoſtoli per aduentum ſpiri tuſſancti in die penthecoſtes. Quintus eſt quo aliquis redimitur preſeruatiue ne cadat: non ſolum in mortalia: ſed nec in venialia. Et ſm aliquos ſic fuit ſanctus Johānes baptiſta redemptus. Et recipiunt occaſionem ex illo dicto quod de eo canit eccleſia. Ne leui ſaltem famine ꝛc̄. Sed hoc non aſſero. Nam Auguſtinus aliter videtur dicere ſuper illam auctoritatem. Omnes peccauerūt. Et ſi dicimus quia peccatum non habem⁹ nos ꝛc̄. Sextus modus eſt quo aliquis redimitur preſeruatiue ne ſcʒ cōtrahat peccatum mortale: actuale: nec originale: nec veniale. Et ſic beata maria fuit redempta. ¶ Sciendum inſuper pro declaratione illius propoſitionis quā ſanctus Bonauentura allegat ꝛ eſt gregorij in benedictione cerei paſcalis. O felix culpa que talem ac tantum meruit habere redemptorem: ꝙ ipſa de rigore ſermonis ꝛ in ſenſu quem faciunt verba iſta eſt falſiſſima. Patet. Quia quicq̄d eſt felix eſt bonum. Sed culpa eſt felix. ergo culpa eſt bonum. tenet conſequentia in darij. Sed cōcluſio eſt falſa. ergo aliqua premiſſarum. Non maior: ergo minor Maior. ſcʒ Quicq̄d eſt felix ꝛc̄. ¶ Probatur. Quia omnis felicitas eſt bona. ergo omne felix eſt bonum. per locum a coniugatis qui tenet in predicatis per ſe cuiuſmodi ſunt felicitas et felix. Falſitas cōcluſionis patet: quia per culpam intelligimus peccatum mortale. ¶ Confirmatur. Quia ſanctus Bonauentura (vt ſupra patuit) dicit ꝙ falſum ſit: malū fieri eſſe bonum. ergo magis illa eſt falſa. Malum eſt bonum. ¶ Arguitur ſecundo in Ferion. Nulla miſeria eſt felix: ſed culpa eſt miſeria. ergo culpa nō eſt felix. ¶ Uel aliter arguitur in Celarent. Nulla miſeria eſt felix. Omis culpa ē miſeria. ergo nulla culpa eſt felix. Maior probaꝛ: q2 miſeria et felicitas ſunt duo oppoſita ex ſuis rōnibus formalib⁹ icōpoſſibilia. Sed taliū neutruʒ poteſt predicari de altero: nec in abſtracto nec in concreto.

¶ Tercio ſic arguitur. Nullum demeritum ex ſua ratione formali mereꝛ aliquod bonum: ſed culpa eſt demeritum ergo culpa non meretur ꝛc̄. ¶ Item ſanctus Bonauentura in tercio dicit ꝙ incarnatio chriſti nō cadat ſub merito creature. ergo ꝑpō falſa. ¶ Dicit quidā anglicus Johānes roditon doctor: ꝙ cum illa ſit falſa de rigore ſermonis: ꝛ de⁹ nō indigeat nr̄o mendacio ad laudes ſuas ideo ſit delenda illa bn̄dictio cerei ſeu corrigenda. Sed ait cardinales plus curare de mulis ſuis ꝛ mēſis q̄ de altaribus. Sed ſentiamus nō plus q̄ oportet ſapere: ſed ad ſobrietatē vel q̄ auferꝛ culpa. ¶ Notandū tamen ꝙ illa propoſitio in ſenſu quem intendit eccleſia ꝛ quē ſanctus Gregorius intendebat eſt vera: ꝛ eſt ille. O felix culpa id eſt O felix eſt q̄ meruit nob: ita ꝙ felix conſtruaꝛ cum modo redimēdi ꝛ nō cū culpa: ꝛ q̄ id eſt q̄ modus redimendi culpā Ade q̄ fuit ꝑ talē ꝛ tantū redemptorē. De⁹ em̄ potuit redimere hominē per angelū vel per alium iuſtū ꝛc̄.

## Utrum vniuerſum ſine

malis ꝛ ſine pctīs ſit ſimplr̄ melius ꝛ ꝑfectius ꝛ magis decorū: q̄ vniuerſuʒ cū bonis ꝛ malis. ¶ Reſpondent aliq̄ Q ſi mundus eſſet ſine malis ꝛ pctīs nō eēt melior q̄ ſit iſte mundus cū peccatis: et hoc ideo q2 de⁹ multa bona elicit ex peccatis. ¶ Sed illud aliquib⁹ doctoribus nō placet. Quare aliter reſpōdeꝛ ꝑ vnā ꝓpoſitionē: ꝛ aliqua correlaria. ¶ Propoſitio. Uniuerſuʒ ſine malis ꝛ ſine peccatis eſt ſimpliciter melius: ſimplr̄ pulcrius et ſimpliciter magis decorū q̄ ſit vniuerſum cū illis deformitatib. ꝓbaꝛ.

Omne ens qđ ſic ſe habet ad alterū ꝙ ꝯtinet totā bonitatē alterius ⁊ cū h̄ ſup addit aliquā bonitatē quā non habet: il lud eſt melius illo: ſed vniuerſū ſine ma lis ꝯtinet totā bonitatē alterius ⁊ vltra hoc aliā. ergo ⁊c. Maioꝛ patꝫ: qꝛ aliq̄d dr̄ melius a maioꝛi bonitate. Minoꝛ ꝓ batur pꝛo pͥma pte: qꝛ ſi adā nō peccaſ ſet idem ſol fuiſſet: ⁊ ſic de alijs. Et licet mali nō fuiſſent nō tn̄ ſequit̄ oppoſitum cū ipſe Bonauentu. dicat ꝙ mali ſūt de ſupabundātī. Itē mali ſunt maculoſi ⁊ putridi. ergo deturpāt vniuerſum: ſed qđ deturpat: nō ſpectat ad decoꝛē. g ⁊c. Mꝫ aūt haberet vniuerſum aliq̄d boni qđ ita nō habet. pꝛobat̄. Quia oīs carē tia mali eſt bona: ſicut carētia cecitatis eſt bona; ſed vniuerſum ſine malis ha bet talem carentiā mali. ergo ⁊c. ¶ Pri mū coꝛrelariū. Uniuerſū carēs malis ⁊ vniuerſū cum malis cōparata ſibi in uicem non habent ſe ſicut excedens ⁊ ex ceſſū mutuo (ꝯtra ſanctū Bonauētu.) pꝛobat̄: quia pꝛimum totaliter excedit ſcđm ⁊ non excedit̄ ab eo. ¶ Scđm coꝛ relariū. Si angeli nō cecidiſſent: ⁊ mali non eſſent in vniuerſo: magis valuiſſet vniuerſum q̄ nūc. Nā exēplū qđ ponit pꝛo ſe videt̄ eſſe pꝛo nobis. pꝫ: qꝛ ciphus non fractus ſi circūligaret̄ circulis au reis ne frangeret̄ eſſet melioꝛ q̄ ſi relige tur poſt fractionē. Et ſic fuiſſet de mun do ſine malis; qꝛ etiā fuiſſent circuli nr̄i aurei qui ſunt duo: xp̄s ⁊ virgo gloꝛioſiſ ſima. Hec mgr̄ Stephanus Bꝛuleſer. ¶ Sed certe nondū ſolutum eſt illud ꝙ deus ex malis etiam (ſm̄ ſanctū Augu ſtinum) multa bona elicit: etiam non lo quēdo de bonis redemptionis noſtre et gloꝛificationis. ¶ Item quid de bonita te eſſentiali vniuerſi cum lucifer ſit pꝛin cipium creature dei. ¶ Reſpondeo per exemplum. Eſto ꝙ ſit aliquod coꝛpus ſaniſſimum ⁊ aliud coꝛpus eque pulcrū excepto ꝙ habet tybiam putridā: tunc ne ipſa inficiat alia membꝛa opoꝛtet ꝙ habeat medicinas pꝛeſeruatiuas. Hec ſunt bone pꝛopter pꝛeſuppoſitionem: ſi cut etiam ne mali inficiant alios opoꝛ tet ꝙ puniantur. ¶ Notandum ꝙ An titheta figura eſt habens fieri quando contraria contrarijs immediate ponun tur vel nectunt̄. Et dicit̄ ab anti qđ eſt contra ⁊ theſis poſitio quaſi contrario rum poſitio. Unde etiā poteſt dici anti theſis. ¶ Pꝛo ſolutione vltimi argumē ti Sciendū ꝙ Miſericoꝛdia eſt duplex ſcꝫ liberās: ⁊ parcens ſiue mitigās. Mi ſericoꝛdia liberās eſt duplex ſcꝫ pſerua tiua: ⁊ eſt illa qua aliquis miſericoꝛs p̄ ſeruat aliquē ne cadat in miſeriā. Hoc modo xp̄us fecit miſericoꝛdiam virgini gloꝛioſe. Alia eſt ſubleuatiua: et eſt illa qua miſericoꝛs ſic ſubleuat aliquē a mi ſerijs ſuis ꝙ totaliter eſt liber. ¶ Coꝛre larium. Miſericoꝛdia liberans non eſt in inferno. Miſericoꝛdia vero parcens ſiue mitigās eſt illa: qua miſericoꝛs ali quid tollit de miſeria debita alicui. ¶ Coꝛrelarium. Miſericoꝛdia parcēs eſt in inferno: quia deꝰ ſemper punit ci tra condignū. Non tamen ſic eſt intelli gendum ꝙ aliquis gradus culpe mane at impunitus: puta ſi culpa eſſet decem graduum et ſolum nouem puniantur. Sed deus non tm̄ punit q̄ntum poſſet iuſte punire. Tunc dico ꝙ miſericoꝛdia pꝛeſeruatiua fuiſſet manifeſta: ⁊ iſta eſt nobiliſſima. ¶ Sanctus Bonauentura Si q̄ras a me nonne melius eſſet: ſi oēs eſſent beati: q̄ ꝙ quidam beati: ⁊ quidā damnati. ¶ Reſpondeo (ſicut credo) ſi homo ſtetiſſet: non perueniſſent plures ad hieruſalē ſupernam q̄ ſic peruentu ri ſunt. Unde mali ſunt quaſi ex abun danti: nec ſunt in cōputatione ⁊c.

Circa diſtinctio nem quadrageſimamſeptī mam pꝛimo querit̄. Utrū voluntas bn̄placiti dei poſ ſit impediri. ¶ Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vna diſtinctione: ⁊ quattuor propoſitionibus. ¶ Diſtinctio. Voluntas beneplaciti (ſm Johannem Damaſcenum) eſt duplex. Vna eſt voluntas antecedēs Et dicitur a doctoribus pariſienſib⁹ cōditionata. Et eſt illa qua deus vult aliquid fieri q̄ntum eſt in ſe: ſi ſcꝫ creatura rationalis velit. Alia eſt voluntas conſequens ſeu abſoluta: qua ſcꝫ deus aliquid efficaciter vult qđ nouit certitudinaliter euenire. ¶ Prima propō. Nulla voluntas dei poteſt ſuperari.

¶ Scđa propoſitio. Nulla volūtas dei poteſt caſſari. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Voluntas antecedēs non ſemꝑ adimpletur ¶ Quarta propoſitio. Neceſſe eſt volūtatem dei conſequentē impleri: ⁊ impoſſibile eſt eam impediri. Probatio ꝑme ꝓpoſitionis. Nulla voluntas dei poteſt vinci. ergo nec ſuperari. ¶ Contra. Deus vult nos ſeruare precepta ſua: ⁊ nos nolumus. ergo ſuperamus voluntatem dei. Nō ſequitur. Voluntas eñ dei vel ſemper impletur ab homine: puta ſi homo faciat voluntatē dei antecedentē. vel impletur de homine id eſt ſi non vult homo facere ſcđm antecedentem dei voluntatem: deus facit voluntatem ſuam cōſequentē: quia damnabit talem cum omnibus reprobis ſpiritibus. ¶ Notādum ꝙ illud dicitur caſſum vel fruſtra quod fruſtratur ſuo effectu quem intendit facere. ¶ Sed attendēdum eſt ꝙ neceſſitas cōſequētie ⁊ ɔſequentis ⁊c̄. Circa hunc textum notande ſunt he propoſitiones. ¶ Prima propoſitio. Volūtas dei in ſe ⁊ abſolute eſt neceſſaria ſimpliciter. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Hec cōſequētia eſt neceſſaria. Volūtas di abſoluta vult hoc. ergo fiet: tamen ɔſequēs eſt contingens. ¶ Tercia propoſitio. Licet conſequentia illa ſit neceſſaria: tamen voluntas tranſit ɔtingenter ſuꝑ effectū.

## Solutio argumentorū

¶ Pro ſolutione primi argumenti. Nota ꝙ Nulla voluntas dicitur impediri niſi quādo manet ordinatio voluntatis ſeu cōꝑatio ad volitū: ⁊ tñ non euenit illud volitum. Illud autem non eſt poſſibile de voluntate dei.

¶ Pro ſolutione penultimi argumenti Notande ſunt he propoſitiones. ¶ Prima propoſitio. Diuina voluntas nō artat potentiā in poſſendo: quia plura poteſt ꝙ̄ velit. ¶ Scđa propoſitio. Diuina voluntas artat potentiam in agendo id eſt agere dei et velle non excedunt ſe. Quando ergo dicitur. Deus poteſt cōtrariū ſue voluntatis: quia poſſet Judā ſaluare quem tamen mō vult damnare Dico ꝙ hoc poteſt intelligi dupliciter. Aut voluntate mouente ad contrariū: ⁊ ſic notatur repugnantia volūtatis ad potentiā: ⁊ hoc ē impoſſibile. Aut volūtate non mouente ad contrarium. et ſic notatur non impedimentum: vel repugnantia: ſed ꝙ volūtas libere poteſt. Et hoc eſt poſſibile: quia ita vult Judam damnare ꝙ potuiſſet eius oppoſitū.

## Scđo queritur. Vtrū aliquis poſſit facere contra voluntatem ſigni.

In ſuperioribus dictum eſt quid ſit voluntas ſigni: et ꝙ ſit quintuplex.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in duabus propoſitionibus.

¶ Prima propoſitio. Aliquis poteſt facere contra iſta tria ſigna ſcꝫ preceptuꝫ: conſilium: et prohibitionem.

¶ Secunda propoſitio. Nullus poteſt facere contra iſta duo ſigna ſcꝫ impletionem ⁊ permiſſionem Et illa duo ſigna ſunt voluntatis dei abſolute: non ꝙ deo placeat malū: ſed vult permittere. De quo in ſequēti habebitꝫ. Impletio eſt reſpectu bonorum: permiſſio vero reſpe

ctu maloꝝ. ¶ Regula. Quia volun/
tas dei abſoluta nõ põt impediri: ideo
contra iſta duo ſigna ſcꝫ impletionem ꝛ
permiſſionem nullus poteſt facere.
¶ Secunda regula. Quia volũtas dei
conditionata poteſt impediri ideo con/
tra iſta tria ſigna ſcꝫ preceptum: conſi/
lium ꝛ prohibitionem aliquis poteſt fa
cere. Unde. deus non vult ꝙ nihil fiat
omnino aliter ꝙ̃ qđ oſtendit ſe velle: ſed
voluit nos eſſe liberos. Unde. potentia
peccandi eſt a deo capiendo potentiam
pro poſitiuo vt pro voluntate. Sed fa
cere contra voluntatẽ dei non eſt a deo.
¶ Pro ſolutione vltimi argumẽti ſcien/
dum ꝙ ꝑmiſſio ſiue permittere in ſacra
ſcriptura capitur quattuor modis. Pri
mo modo vt idem eſt ꝙ non cohibere ꝛ
non impedire. Hoc modo dñs permit
tit mala: quia non cohibet. Et hoc mo/
do eſt ſignum voluntatis diuine diſtin/
ctum contra preceptum. Et non eſt idẽ
non prohibere: et non poſſe prohibere.
Poſſibile enim eſt deo peccatores cohi/
bere ne peccent ꝛ tamen non facit. Alio
modo permittere idem eſt ꝙ nõ punire
tpaliter. Et ſic dicitur libellus repudij
ꝑmitti Matth. xix. Moyſes ad duritiã
veſtrã permiſit. Tercio modo idem eſt
ꝙ non prohibere. Unde gloſa ſup illud
Iraſcimini ꝛ nolite peccare: dicit. Per/
mittit qđ neceſſitatis eſt. i. nõ prohibet.
Quarto modo eſt minus bonum indul
gere. Unde gloſa ſup illud. i. Cor. vij.
Hoc autem dico ſcđm indulgentiã ꝛc.
dicit. permittit.

## Tercio querit. Utrum

de⁹ debeat mala ꝑmittere. ¶ Licet iſta
queſtio poſſet formari de malis pene: ſi/
cut deus permiſit beatũ Iob percuti a
diabolo. tamen ſanctus Bonauentura
tractat eam de malis culpe. ¶ Et vt cla
re intelligamus quid ſit permiſſio. No/
tandũ ꝙ in voluntate noſtra eſt duplex
actus ſcꝫ velle ꝛ nolle: et vterqꝫ eſt vere
poſitiu⁹. Et quando iſti duo actus ſũt
circa idem obiectum: tunc ſunt contra/
rij ꝛ exprimuntur ab alijs nominib⁹ ſcꝫ
amare ꝛ odire. Unde nolle eſt actus po
ſitiuus volũtatis quo voluntas refugit
vel reſilit ab obiecto ſibi diſcõueniente.
Uelle autem eſt actus poſitiuus volũ/
tatis quo voluntas acceptat obiectũ ſi/
bi aliquo mõ conueniens. ¶ Itẽ duplex
eſt volitio ſcꝫ efficax ꝛ remiſſa. Uolitio
efficax eſt illa qua voluntati non ſolum
placet volitum: ſed etiam ſi poteſt ſta/
tim ponit in effectum. Uolitio remiſſa
vero eſt illa qua voluntati placet voli/
tum: non tamẽ intantũ vt ponat in effe/
ctum: etiam cum poſſit. ¶ Similiter no
litio eſt duplex ſcꝫ Efficax ꝛ eſt illa qua
voluntas non ſolũ odit nolitũ: ſed etiaꝫ
ſi poſſit oĩno impedit ꝛ deſtruit ipm̃: vt
eſt reſpectu infirmitatis in probo medi
co. Alia eſt nolitio remiſſa: et ẽ illa qua
voluntas odit nolitum: ita tamen ꝙ nõ
deſtruit ſeu impedit nolitum: vt eſt in/
firmus qui poſſet ſibi prouidere de re/
medijs: ꝛ tamen non facit. ¶ Propoſitio
Permiſſio in nobis ẽ nolitio remiſſa re/
ſpectu alicuius mali qđ ſcimus fieri et
non prohibemus dum tamen poſſemus
Et ſm hec poſſet dici ꝙ permiſſio eſſet
nolitio dei remiſſa reſpectu peccati qđ
non cohibet: dum tamen poſſit.
¶ Alius eſt modus cõmunior ꝛ facilior
licet prior ſit ſubtilior (vterqꝫ ponitur
a doctore Subtili) ꝙ permiſſio non ſit
actus poſitiuus: ſed ſit nõ cohibere pec/
catum.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in tribus propoſitionibus.
¶ Prima propoſitio. Deus permittit
mala fieri ordinatiſſime: quam propoſi
tionem probat ex duplici ordine.
¶ Scđa propoſitio. Duplex eſt ordo re
rum. Unus eſt ipſarum inter ſe. Alius

eſt ordo ipſarum ad finem: et habetur duodecimo metaphiſice a philoſopho de duce et exercitu. ¶ Tercia propoſitio. Vterque ordo exigit quod mala fiant. Probatur. Ad perfectionem enim vniuerſi neceſſe fuit fieri creaturam arbitrio liberam: et peccare potentem: ſed adminiſtratio vniuerſitatis eſt vt deus ſic res conditas adminiſtret vt eas agere proprios motus ſinat: vt dicit Auguſtinus ſeptimo libro de ciuitate dei. Ideo cum debuerit dare potentiam peccandi et debuerit regere ſaluo ordine ſue conditionis: ſi voluit peccare debuit id eſt non incongruum fuit permittere: et ſic mala permittere debet. Nam ordo ad finem hoc exigit.

¶ Unde duplex eſt finis in vniuerſo ſcilicet principalis: et eſt laus diuina. Alius eſt minus principalis: et eſt ſalus electorum.

Pro ſolutione primi argumenti. quando arguitur. Permittere eſt conſentire. Notandum quod Conſentire eſt tacere cum quis poſſit redarguere non corrigere cum poſſit corrigere vel incumbat ſibi ex officio. Et ſic deus non conſentit peccatori: licet permittat eum peccare.

Quarto queritur. Utrum deus poſſit mala precipere. ¶ Pro cuius declaratione ſciendum quod duplicia ſunt precepta .ſ. affirmatiua et negatiua. Precepta affirmatiua ſunt que exprimuntur per propoſitiones affirmatiuas: et hec obligant ad ſemper. ſed non pro ſemper. Negatiua vero precepta ſunt que exprimuntur per propoſitiones negatiuas: et iſta obligant ad ſemper et pro ſemper.

¶ Correlarium. Stat quod aliquis viator per totum tempus vite ſue non fuerit precepti affirmatiui tranſgreſſor: quod tamen preceptum nunquam adimpleuit facto. Patet. Quia ſi parentes alicuius ſint diuites: et ſint in loco remoto valde ab ipſo: et ſic nec honore reuerentiali: nec honore ſubuentiali tenetur talis: et hoc quoad factum. Unde conſequentia iſta non tenet (niſi de negatiuo precepto) Ille non impleuit preceptum diuinum. ergo eſt tranſgreſſor.

¶ Queſtio igitur eſt. Utrum deus poſſit mala precipere tam affirmatiuo precepto quam negatiuo. ¶ Pro quo notandum. Quod duplicia ſunt precepta ſcilicet prime tabule et ſecunde tabule. Precepta prime tabule ſunt illa que immediate reſpiciunt ſeu habent deum pro obiecto: ita ſcilicet quod ordinent ipſum hominem erga deum. Et ſunt tria prima. Precepta vero ſecunde tabule ſunt illa que reſpiciunt proximum tanquam immediatum obiectum: et que ordinant nos circa proximum immediate: et ſunt alia ſeptem.

¶ De tabulis autem (quare ſcilicet dicantur precepta prime tabule et ſecunde) poſſumus loqui dupliciter: quia vel ſecundum litteralem ſenſum: vel ſecundum ſenſum moralem. Si loquamur de ipſis ſecundum ſenſum litteralem. Sic eſt triplex opinio.

¶ Prima opinio eſt ipſius Joſephi qui dicit quod in vna erant niſi quinque: et in alia totidem. Hic fuit hyſtoriographus iudeus: et laudatur a ſancto Hieronymo non propter iudaiſmum: ſed alijs de cauſis. ¶ Alia eſt opinio Origenis: qui dicit quod prima quattuor precepta erant ſcripta in prima tabula: et in alia tabula ſex.

¶ Tercia opinio eſt ſancti Auguſtini dicentis quod in prima tabula ſolummodo fuerunt tria ſcripta: et in ſecunda tabula alia ſeptem: et hec opinio communiter tenetur.

¶ Sed his dimiſſis quia poſſibile eſt quod Joſephus dicat verum ſicut et alij: nec poſſumus eſſe certi de aliqua iſtarum opinionum. Ideo poſſunt accipi precepta prime ta-

bule(meo iudicio) ſcđm ſenſum moralē ſic q per primam tabulam intelligatur deus: q eſt firmiſſima petra: hoc eſt ſum me ſtabilis: z tutiſſimu eſt refugere ad ipſum. Per ſecundam autem tabulam intelligatur proximus. Et in prima tabula dicuntur illa precepta que immediate ordinant in deum. ¶ Primum dictum. Deus non poteſt diſpenſare circa precepta prime tabule. ¶ Scđm dictum. Deus poteſt diſpenſare circa precepta ſecūde tabule. ¶ Unde duplex eſt diſpenſatio ſcʒ iuris declaratio. Alia ē iuris reuocatio: z hec eſt proprie diſpenſatio. ¶ Regula. Preceptū ſpeciale priuat z reuocat mandatum cōmune. Patet de Abraam in immolatione yſaac. Probatio primi dicti. Quia deus non poſſet facere q ipſe non eſſet colendus z amandus vt deus: quia non poteſt facere q non ſit deus: nec poteſt alium facere deum. ergo zc̄. Unde ydolatria nō cadit ſub diſpenſatione. ¶ Item oppoſita preceptorum prime tabule ſunt eſſentialiter mala: ſed circa eſſentialiter mala non poteſt fieri diſpenſatio. ergo zc̄. ¶ Oppoſita vero ſecunde tabule nō ſūt eſſentialiter mala. ergo in ipſis poteſt fieri diſpenſatio. ¶ Unde. Malum neceſſario z eſſentialiter eſt illud quod nō poteſt bene fieri: vel illud quod non poteſt eſſe bonum: ſicut blaſphemare deum. ¶ Aliud autem eſt malum contingēter vt occidere innocentem: z poteſt dici accidentaliter malum. Et eſt illud qđ poteſt eſſe bonum in ſenſu diuiſo: ſicut ſanum poteſt eſſe egrū. In reſolutione tamen queſtionis Bonauentura vtitur alijs terminis.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in duabus diſtinctionibus et tribꝰ propoſitionibus. ¶ Prima diſtinctio. Deum precipere malum poteſt intelligi duobus modis. Uno modo q preceptum malum manens malum: ita ſcʒ q facto pcepto diuino maneat maluʒ. Alio modo ita q pcipiendo deꝰ faciat illud bonum: puta quia actus qui alias eſſet malus: tamē per preceptum diuinum fiat bonus. ¶ Prima propoſitio. Impoſſibile eſt q deus precipiat aliquod malum manēs malum. ¶ Scđa diſtinctio. Malum eſt duplex ſcʒ in ſe: et eſt illud qđ prius dictū eſt cōtingenter malum. Aliud eſt malum ſm ſe: z eſt illud quod non poteſt bene fieri: qđ dicitur neceſſario malum. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Deꝰ poteſt precipere malum in ſe ſiue maluʒ contingenter. Patet de Abraam. ¶ Tercia propoſitio. Impoſſibile ē deum precipere malum ſm ſe: hoc eſt eſſentialiter malum. Probatur per primam propoſitionem. Nullus poteſt odire aliquod obiectū niſi ſit odibile (ſicut nullus poteſt videre aliquid niſi ſit viſibile) ſed deus non eſt odibilis: quia nulla ratio mali eſt in eo. ergo zc̄. ¶ Et ſcđm hoc poſſet ſolui illud argumentū. Deus poteſt precipere omnem entitatē poſitiuam poſſibilem fieri ab aliquo: ſed ab aliquo fit odium dei. ergo zc̄. Maiore conceſſa ſcđm aliquos. Minor negatur. Sed ſic dicendo non videtur poſſe dicere aliquem q oppoſitum ſcđe tabule ſit eſſentialiter malum: quia videtur q poſitiue poſſit fieri. Unde maior non videtur concedēda. Tamen illud de ordine eſt verum. Dicēdum igitur q maior eſt de malo in ſe vera: non autem de illo poſitiuo quod non poteſt fieri ſine deformitate: ſed ſi fiat neceſſario habeat maliciam annexam: ſicut blaſphemare deum. ¶ Item illud Oſee pmo Duceret vxorem fornicariam. Sanctus Bernhardus exponit ad litterā. Sanctus Hieronymus vero exponit de fornicatione ſpirituali.

Circa diſtinctionem quadrageſimāoctauā que eſt de cōformitate volūtatis noſtre ad voluntatem diuinā. Et habet duos articulos. Circa primū articulū Primo querit Utrum poſſibile ſit voluntatē noſtrā cōformari diuine voluntati. ¶ Uoluntas humana eſt duplex ſiue capitur duobus modis. Uno mō pro ipſa potentia que eſt elicitiua ſui actus. Et eſt actus primus libere producens ſeu productiuus volitionis z nolitionis. Alio mō pro actu ſecundo. Et eſt ipm velle vel nolle libere productum. Et vtraqꝫ acceptio patet i illa auctoritate Auguſtini. Nihil tam eſt in poteſtate voluntatis ꝙ ipſa voluntas. id eſt volitio z nolitio. ¶ Item duplices ſunt actus voluntatis. Quidā act⁹ ſunt pueniētes rōnis deliberationē: z dicunt act⁹ ſurreptitij: z iſti actus nō ſunt peccata mortalia. Alij ſunt actus q̄ ſequunt deliberationē: z plene ſunt in poteſtate voluntatis. Et iſti actus pñt eſſe peccata mortalia: ꝑmi aūt nō ſunt in poteſtate noſtra. ¶ Propoſitio. Cōformitas voluntatis noſtre ad diuinam nō eſt in his actib⁹ querēda q̄ pueniunt deliberationem. ¶ Sciendū inſup ꝙ duplex ē ꝯformitas ſcꝫ naturał z moralis. Conformitas naturał eſt illa qua aliquid ē conforme alteri ſm aliquā entitatē naturalem ſiue eſſentialē ſiue accidētalē vt duo oua dicūt ꝯformia ſm albedinē. Itē oīa indiuidua eiuſdē ſpeciei cōueniunt in cōformitate naturali eſſentiali. Conformitas em̄ conſiſtit in quadā aſſimilatione dicitur em̄ conformitas quaſi ſimilis forme Et de hac non eſt pñs intentio. Conformitas autē moralis ē illa qua aliqḋ eſt cōforme alteri ſm aliquē actū bonum moralr: vel malū: vel ſm aliquē actum meritorium vel demeritorium. Intelligitur igitur queſtio de conformitate morali ſtricte: que ſolum fit per reſpectum ad actum bonū. ¶ Item Conformitas eſt adhuc quintuplex. Una eſt ſimilitudinis z eſt quādo aliqua duo participāt vnā formā eiuſdem ſpeciei vt duo homines albi: duo homines iuſti participant iuſticiam. Alia eſt cōformitas imitationis ſeu repreſentationis: z eſt quādo aliqua duo ſic ſe habent ꝙ vnū eſt ſimilitudo alterius: vt ſpecies roſe et roſa. Hoc modo imago crucifixi eſt conformis crucifixo: licet deficiat. Tercia ē conformitas exemplaritatis z eſt quādo vnū continet exemplar alterius: vt oculus me⁹ eſt conforme exemplariter albedini quā videt: ita ſpeculū in quo ſpecies mea relucet eſt ſic ꝯforme. Differt autē iſte modus a ſecundo: quia ſpeculū licet contineat exemplar non tamen eſt exemplar. In ſecundo autē ipſum cōforme ē exemplar. Quarta eſt vniuocationis z eſt qñ aliqua duo entia includunt aliquid qḋ dicit quidditatiue de ipſis. Hoc mō omnis creatura eſt cōformis deo: quia cōueniunt in conceptu quidditatiuo ſcꝫ ente. Quinta eſt cōformitas ꝓportionis z illa conſiſtit in hoc ꝙ aliqua duo ſimiliter ſe habent ad alia duo. Uerbi gratia. Sicut ſe habet animal ad hominē ita color ad albedinē. Et de iſta eſt hic ad propoſitum et nō de alijs. ¶ Prima ꝓpoſitio. Nulla creatura poteſt cōformari deo cōformitate ſimilitudinis: patet ex deſcriptione. ¶ Scḋa ꝓpoſitio. Aliqua creatura eſt cōformis deo cōformitate imitationis. patet de clara viſione dei. Omnis em̄ intellectio eſt expreſſa obiecti ſimilitudo. Itē fruitio et gratia (vt dicit Bonauentura in textu) eſt ſic conformitas. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Omnis creatura quantūcunqꝫ imperfecta poteſt dici cōformis deo conformitate imitationis quia quelibet res eſt veſtigium trinitatis nō tamen perfecte. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Aliqua creatura poteſt conformari deo conformitate exemplaritatis. patet quia anima noſtra facta eſt ad imagī

nem dei ⁊ continet imaginē ⁊ similitudi/
nem dei.¶ Quinta ꝓpoſitio. Poſſibile
eſt voluntatē noſtrā conformari deo ſeu
voluntati diuine conformitate propor/
tionis. Nam ſicut deus vult me libere
amare parentes propter deum:itaꝫ ego
poſſum velle.¶ Item triplex eſt confor/
mitas qua vna voluntas poteſt confor/
mari alteri ſcȝ obiectiua:obeditiua ⁊ q̄/
litatiua. Obeditiua eſt quando aliqua
voluntas vult illud qđ alia voluntas iu
bet eā velle vt de ꝓceptis dei ſcȝ de bono
re parentū ⁊c̄. Obiectiua eſt qn̄ vna vo/
luntas vult idem obiectum qđ vult alia
vt chriſti paſſionē voluit deus: ⁊ iudei
volebant. Qualitatiua eſt illa quando
aliqua voluntas vult taliter obiectum
qualr̄ alia voluntas vult ipſam velle.
Uel quādo due voluntates cōſimili mo
do volunt idem obiectuȝ. Patet autē ꝙ
poſſibile eſt voluntateȝ noſtram confor/
mari voluntati diuine tam conformita
te obiectiua ꝙ̄ obeditiua ⁊ qualitatiua

# Reſolutio queſtionis

ſtat in quatuor dictis.¶ Primū dictum
Aliquid conformari alteri contingit du
pliciter:aut quantū ad ſimilitudinem:
aut quantū ad proportionē.¶ Secun/
dum dictum. Aliquid conformari ali/
cui ſm ſimilitudineȝ contingit tripliciť
Primo modo quādo aliqua duo parti/
cipant eandē ſpeciem. Secundo quādo
vnū eſt ſimilitudo repñtatiua alteri⁹
vt ſpecies coloris. Tercio quādo aliqđ
participat ſimilitudinē alicui⁹ ⁊ eſt ꝓus
dicta exemplaritatis¶ Terciū dictum.
Cum proportio nihil cōmune requirat
ipſa poteſt eē inter aliqua entia ſumme
diſtantia.¶ Correlariū. Cum deus et
creatura ſumme diſtent.nihil tamē pro/
hibet quin habeant proportioneȝ. Item
proportio entitatū eſt ſimilis compara/
tio rerum eiuſdem generis:diſtinguun/
tur autem proportio ⁊ proportionabili
tas ſtricte capta.¶ Quartū dictū. Uo/
luntas noſtra poteſt cōformari volunta
ti diuine per ſimilem habitudinē ⁊ pro/
portionē:tam quo ad actum ꝙ̄ quo ad
obiectum volendi.

## Queriť ſecundo. Utrū

conformitas voluntatis noſtre ad diui/
nam faciat eam iuſtā.¶ Reſolutio que/
ſtionis ſtat in ſex ꝓpoſitionibꝫ.¶ Prima
ꝓpoſitio. Conformitas voluntatis no/
ſtre attenditur ſm proportionē ⁊ nō ſm
ſimilitudinē¶ Scđa ꝓpoſitio. Duplex
eſt proportio voluntatis. Quedā eñ eſt
ad actum. Alia eſt voluntas ad obiectū
volitū. Tercia ⁊ quarta ꝓpoſitiones de/
clarabunt iſtā.¶ Tercia ꝓpoſitio. Si/
milis ꝓportio ad actum conſiſtit in hoc
ꝙ ſicut deus vult aliquid ex charitate ⁊
liberaliter iuſte ⁊ recto fine: ſic et homo
velit. Et dicť a doctoribꝫ conformitas
in modo volendi.¶ Quarta ꝓpoſitio.
Similis proportio ad obiectū eſt vt qđ
deus vult:etiā homo hoc velit: vt patet
de iudeis.¶ Quinta ꝓpoſitio. Confor/
mitas voluntatis noſtre ipſi voluntati
diuine vel ad voluntatē diuinā.tam ſm
actum ꝙ̄ ſm obiectum eſt ſufficiens ad
hoc vt voluntas noſtra ſit iuſta¶ Regu
la. Quotienſcunqꝫ voluntas noſtra con
formatur voluntati diuine tam in obie/
cto volito ꝙ̄ in ratione volendi tunc vo
litio noſtra eſt iuſta. Ratio eñ volendi
eſt modus volendi:iuſte: liberaliter ⁊c̄.
¶ Sexta propoſitio. Sola conformi/
tas voluntatis noſtre ad voluntatem di
uinam penes obiectum nō ſufficit ad iu
ſtificandum voluntatem noſtram. Un/
de ſi aliquis ex libidine vel auaricia (pu
ta quia graue eſt ſibi patrem ſuum do/
minari ſibi ⁊ corripere ipſum ꝓpter ma
la facta:vel quia libenter haberet pecu/
nias) vellet patrem ſuum mori:quē etiā
deus vellet mori:ille peſſime vellet. Itē
Aliquis qui male cōtentus propter cor/
rectiones ſibi inflictas vel propter alias
diſplicentias friuolas deponit prelatuȝ

ſuum: quē etiam deus vult non preferri propter humiliationem eius vel alias: non ſequitur ꝙ ille ſubditus habeat iuſtam voluntatem.

Alia ē reſpōſio ad queſtionem: ꝛ ſtat in vna diſtinctōne ꝛ ꝗnqꝫ propoſitionibus. ¶ Diſtinctio eſt talis. Triplex eſt conformitas. ſcꝫ obiectiua: obeditiua: ꝛ qualitatiua: vt ſup̄ patuit ¶ Prima ꝓpoſitio. Ubicunqꝫ eſt conformitas qualitatiua: ibi eſt conformitas obiectiua ꝛ nō econtra. ¶ Secunda propoſitio. Ubicunqꝫ eſt voluntas obeditiua ibi eſt conformitas obiectiua ꝛ qualitatiua: ſed non econtra. Prima pars patet: quia ſi obedit deo eſt de eodem obiecto volitio ſua de quo eſt voluntas dei: ꝛ eo modo ſecunda pars patet: quia aliquis poteſt facere opera ſupererogationis: puta ſi quis vellet ſeruare caſtitatē etiam nō aſtringendo ſe voto: ꝛ hoc propter deum ꝛc̄. Obedientia eñ proprie ē reſpectu preceptorum vel ad que quis obligatur. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Ad hoc ꝙ voluntas noſtra ſit iuſta non ſufficit conformitas obiectiua. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Quandocunqꝫ voluntas noſtra ē conformis voluntati diuine conformitate qualitatiua: eſt ſemper iuſta ¶ Quinta propoſitio ē. Quandocunqꝫ vero voluntas noſtra eſt cōformis voluntati diuine ꝯformitate obeditiua etiā eſt iuſta ¶ Pro ſolutione vltimi argumenti. Appetens vindictam non conformat ſe deo in modo ſiue in ratione volendi: qui appetit enim vltionem iniurie illate ſibi: vt plurimum vult libidine vindicte. Si autem aliquis appetat ſolum zelo iuſticie (ſicut deus) et ex charitate: tunc dicerem eum habere voluntatē iuſtam. Et habere poſſumus exemplum de ſancta Anaſtaſia que ſcripſit ſancto Criſogono vt oraret dominum ꝙ Publius vir ſuus moreret̄ ſi nō ſit ad veraꝫ fidem preuiſus ne impediat ꝯfitentes chriſtū.

Circa ſecundum articulum queritur primo Utrum teneamur conformare voluntatem noſtram voluntati diuine in ratione volendi. ſcilicet ex charitate.

Reſolutio queſtionis ſtat in vna concluſione ¶ Concluſio eſt Nos homines etiam viatores tenemur conformare voluntatem noſtram voluntati diuine in ratione volendi ſic ſcilicet ꝙ ex charitate tenemur velle quod deus vult nos velle. Patet. Deus vult ꝙ diligamꝰ euꝫ ex charitate. Perſuadetur ſic Clarum eſt ꝙ deus nō vult ꝙ diligamꝰ eum dilectione non grata ſibi. id eſt dilectione quam repudiat: vel quam deacceptat: ſed dilectio dei non ex charitate ſeu in peccato non eſt grata deo. Et aliqui dicunt ꝙ deacceptet ꝛ repudiet (ſed ſatis eſt) de negatiua eñ eſt nimis rigoroſa vt videtur. ergo deus non vult ꝛc̄. Minor etiā eſt de mente Doctoris ſubtilis. vt videtur in tercio: qui dicit ꝙ aliquis non debet velle aliquem diligere deum cuius dilectio non eſſet grata deo vt patet de demonibus ¶ Correlarium Quilibet tenetur ſub pena peccati mortalis habere charitatem.

Ad oſtendendū tamen rigorem opinionis ſancti Bonauenture (licet vera ſit ſi bene intelligatur) quedam ſubiungenda ſunt argumenta ſiue rationes argumentorum. ¶ Arguitur primo contra eum. Non tenemur facere oīa opera noſtra ex charitate. ergo ꝛc̄. ¶ Item Arguitur ſecundo. Peccator mortalis nō tenetur immediate ſemper poſt cōmiſſum peccatū ire ad ꝯfeſſionem niſi i certis caſibꝰ: vtputa. Si ꝗs debeat tranſfretare mare (eo ꝙ ſibi imminet periculum mortis) ſi eſt in peccato morta

li tenetur confiteri. Item ſi vadat per latrones et huiuſmodi.ergo ꝛc. ¶Sanctus Bonauentura declarando ſuā opinionem dicit. Attendendum autē ꝙ hec eſt obligatio ꝑ modū pcepti affirmatiui ꝛc. Ubi notandū Q᷑ habere charitatem eſt pceptū affirmatiuū obligans ad ſemꝑ ſed nō pro ſemꝑ. Sic aūt teneor cōformare voluntatē meā voluntati diuine vt non velim id qđ vult de᷒: oppoſito mō illi mō ſm quē vult de᷒: vt ſcʒ nō velim ex libidine ꝛ hmōi. ¶Occaſione dictoꝝ ponēde ſunt alique ꝓpōnes ꝑ ordinem. ¶Prima ꝓpō. Oēs habentes charitatē tenenꝫ aliqñ ad eliciendū dilectionem dei ex charitate ſcʒ in qualibet die dñica. ¶Scđa ꝓpō. Non habentes charitatem (ſicut pctōres) nō tenenꝫ pro impletione pceproꝝ dei vt faciant opera ex charitate. ¶Tercia ꝓpō. Peccator mortalis teneꝫ facere qđ in ſe ē vt habeat charitatē ꝛ gratiā: ſed nō pro ſemꝑ: ſed ſufficit ꝙ in qdrageſima: niſi haberet aliam cauſam. ꝛ hoc quo ad confeſſionē. Unde quāuis pctōr ſummo affectu et feruore monēdus ſit vt ſe citiſſime cōuertat: tñ deus nō indiget mendacio ad ſaluandū hominē. ¶Lege verba doctoris ſeraphici qm ꝑ totam queſtionē hanc breuia ſentencioſa ꝛ pulcherrima ſunt verba illi᷒. Unde in ſolutione penultima dicit ꝙ licet non ſit in potentia ꝓpinqua peccatoris vt habeat charitatē. eſt tñ in poteſtate ei᷒ diſpoſitiua. poteſt em̄ quilibet facere quo facto habeat charitatē. Et ideo ſi nō facit imputaꝫ ſibi nec excuſaꝫ ꝑ impoſſibilitatē: quia nō eſt impoſſibilitas vbi ſuccurrit aliunde poteſtas. In vltima vero ſolutione dicit. Si autem queras quis ſit locus ꝛ tempus pro quo ſcʒ quis tenetur facere qđ in ſe eſt. Reſpondet. Melius docet vnctio ꝙ̄ ars: tamen quādo dominus viſitat peccatorē interiori allocutione: vel exteriori pdicatione: vel aliquo tali in quo eſt oportunitas redeundi ad cor: ſi tunc negligat inducit in contemptum ꝛ obmiſſionis peccatum. Hec ille.

## Queriť ſecundo. Utrū

teneamur conformare voluntatē noſtrā voluntati diuine in volito.i. vtrum teneamur velle id quod deus vult. Queſtio hec eſt de conformitate obiectiua.

## Reſpondēdo ad qōnē

doctor Seraphicus duas ponit opiniones. ¶Prima opinio eſt Wilhelmi antiſiodorenſis ꝛ conſiſtit in trib᷒ dicť. Eſt autē queſtio iſta de conformitate voluntatis viatoris ꝛ nō beati ad diuinam voluntatem. ¶Primū dictum. Nos viatores nō tenemur conformare voluntatem noſtrā volunti diuine in omni eo quod vult deus: ſed ſolum hoc eſt pfectionis et ſupererogationis. Dicitur viatores: quia beati tenentur ſe cōformare voluntati diuine: quia omnia vident in eſſentia diuina: ꝛ ſic ſciunt voluntatē dei: ſecus autē eſt de nobis. ¶Secundū dictū Nos viatores ſolum tenemur conformare voluntatē noſtram voluntati diuine in omnibus his volitis que ipſe de᷒ vult nos velle. Quedam em̄ ſunt ſimpliciter volita efficaci voluntate que tamē deus nō vult nos velle. Exemplum ſicut ſolem radiare. Item vult pluere ſepius et tamen eccleſia rogat vt nō pluat. ¶Tercium dictum. Illa que deus vult viatores velle: ſunt illa que deus precepit vel prohibuit. ¶Hec opinio videtur eē magis pia: ſequens autē eſt magis deuota que eſt ipſius ſancti Bonauenture. Unde dicit Auguſtinus ꝙ filius vult patrē non mori: quem tamen deus vult mori. ¶Sanctus Bonauentura vero dicit ꝙ licet iſta via ſit facilior: tamen quia Auguſtinus dicit. Impius eſt cui non placet diuina prouidentia. nō tamen videꝫ ꝙ homo teneaꝫ velle dei mādata ſed etiā ꝙ teneaꝫ velle dei oꝑa. Illud tñ dictum

faciliter poteſt ſolui: quia vel nõ placet intelligi pure negatiue ⁊ ſic nõ eſt verũ alioquin qlibet dormiens eſſet impius. Vel põt intelligi ↄtrarie ⁊ remurmura/tiue: ⁊ ſic h3 veritatẽ: ⁊ tunc nõ eſt ↄ nos.

Eſt igit̃ ſecũda opinio ipſi⁹ ſctĩ Bonauẽture (quã ⁊ Gregorius de arimino tenet) q̃ in tribus ſtat dictis ¶ Primũ dictũ. Nos viatores non tene/mur velle omne qđ de⁹ vult: ſed ſolũ qđ vult ⁊ innoteſcit nobis. nec adhuc omne tale tenemur velle. Hec tercia ps patet: quia innoteſcit nobis ꝙ bñplacitũ ẽ deo intrare religionẽ: nec tamen tenemuur. ¶ Scđm dictu3. Oia illa q̃ ſcim⁹ deum velle voluntate abſoluta: tenemur velle abſolute: licet poſſim⁹ velle oppoſita il/loꝝ voluntate ↄditionata. ſc3 ſi placeret deo. Vñ xp̃s ẜm voluntatẽ humanã no/lebat ↄditionalr̃ mortẽ ſuã. Vñ orabat Pr̃ ſi poſſibile eſt trãſeat a me calix iſte. ¶ Tercũ dictũ. Deus oſtendit ſe aliq̃d velle q̃tuor modis. ¶ Primo mõ oſtẽdit ſe aliq̃d velle voluntate abſoluta ⁊ q̃tũ in ſe eſt. Hoc mõ deus vult oia bona ſi/ue bona nature ſiue bona moralia ¶ Se cundo mõ deus oſtendit ſe aliquid velle voluntate abſoluta ſed tñ q̃tu3 in ſe eſt vellet oppoſita. Hoc mõ deus vult oẽs penas infernales ⁊ ſimilia. Vult eñ ab/ſoluta voluntate: q: ſic fit. Sed tñ q̃tũ in ſe eſt nõ vellet: q: magis vellet nos nõ peccare ⁊ p ↄñs nõ dãnare. Vñ Eſaie. i. Heu heu cõſolabor ſup hoſtibus meis. Vñ hugo dicit ꝙ in nobis voluntas eſt triplex. ſc3 rõnis pietatis ⁊ carnis. Volũtas rõnis eſt ipſa voluntas deliberatiua inq̃tũ reſpicit deũ vł alia obiecta in or/dine ad deũ q̃ eſt eternus. Volũtas pie/tatis eſt q̃ ſolũ reſpicit tp̃alia inq̃tũ cõ/uenientia ſunt. Et ẽ voluntas delibera/tiua. Nam hac voluntate btã virgo ma gnum meritũ habuit. ¶ Conſiderandũ eſt hic ꝙ ſicut eade3 voluntas d̃r portio ſupior qñ reſpicit eternũ: vel alia in ordĩne ad eterna: ⁊ inferior d̃r inquãtũ reſpicit tp̃alia: ſic etiã eadẽ voluntas d̃r rõis ⁊ pietatis. Dicitur voluntas rõnis ſicut portio ſupior: ⁊ voluntas pietatis ſicut portio inferior. Voluntas aũt carnis ẽ appetit⁹ ſenſitiuus ¶ Vñ in xp̃o vt dicit hugo fuerũt q̃tuor voluntates ſeu appe titus. Prim⁹ eſt appetit⁹ rõnis increate ⁊ vocatur ab ipſo voluntas deitatis ⁊ ẽ voluntas diuina. Alius ẽ appetit⁹ rõis create: ⁊ eſt volũtas intellectui corrſpõ dens creato. Terci⁹ ẽ appetit⁹ pietatis. Quart⁹ ẽ appetit⁹ ſenſitiu⁹. Et iſte ſub diuidi põt in dũq appetit⁹ p̃tiales. Vñ dicit ipſe ꝙ voluntas deitatis ſñiam per iuſticiã dictabat. Voluntas rõnis per obedientiã veritatem approbabat. Vo luntas pietatis p cõpaſſionẽ in malo ſu/ſpirabat. Voluntas aũt carnis p paſſio nem in malo ppřio murmurabat. Eſt tñ notandũ ꝙ murmurare capit̃ ab hugo/ne improprie nõ put eſt pctm̃ qñ dicit ꝙ volũtas carnis ĩ xp̃o murmurabat. hoc eſt naturalr̃ maxime dolebat. Tercio mõ deus oſtẽdit ſe aliq̃d velle q̃tũ in ſe eſt circa qđ ↄſiſtit ſubſtantialr̃ ordo ſa/lutis cuiuſmodi ſunt p̃cepta ⁊ ꝓhibitio nes. Et ad volendum oia talia abſolute tenemur. ¶ Correlariũ. In iſtis tribus modis tenemur cõformare voluntatem noſtrã voluntati diuine. Vñ. Si lauda tur Abrahã quia voluit imolare filium ſuũ propter preceptũ diuinũ: ita audeo dicere laudando virginem glorioſam ꝙ ipſa licet ſumme compateret̃ chriſto: et poſt chriſtũ ſumme doleret de ei⁹ morte ⁊ paſſione tamẽ voluit eñ mori pro pec/catoribus tanq̃ cõſtantiſſima ⁊ ſeuera. Vnde Iohãnis. xix. Stabat iuxta cru/cem iheſu mater eius ⁊c. Quarto modo oſtendit ſe deus aliquid velle quantum in ſe eſt tanq̃ expediẽs ad ſalutẽ: vt ſunt conſilia: ſicut intrare religionẽ. ¶ Cor/relarium. Ad volendum talia non tene/mur: quia ad talia nõ obligat: nec vult obligare. Vult eñ aliquos ſaluare ſic:

aliquos autē ire via latiori. ¶ Ad illud qđ obiicitur. Q beata virgo de paſſione chriſti flebat ⁊ dolebat. ergo chriſti paſſionē nolebat. patet. Quia triſticia ſm Auguſtinū eſt de his rebus q̄ nobis nolentib accidunt. ¶ Dicendū q beatiſſima virgo maria volūtate abſoluta: hoc eſt voluntate rōnis: volebat qđ deus p̄volebat ſcʒ vnigeniti ſui mortem: tm̄ voluntate cōditionata: ſiue voluntate pietatis debebat velle cōtrariū. Et hac voluntate merebaꝛ (quoniā hoc nō ē nature tm̄ ſed etiā rationis) in paſſione filij ſui. cui beatiſſima mater ⁊ virgo Maria patienti (quantū ſexus muliebris fragilitas ſuſtinere poterat) ꝯpatiebaꝛ. Nullo tm̄ mō eſt dubitandū quin virilis eius anim⁹ ⁊ ratio ꝯſtantiſſima vellet etiam tradere filiū ſuū pro ſalute generis humani. vt mater p omnia cōformis eēt patri. Et in hoc miro modo debet laudari ⁊ amari: q placuit ei q vnigenit⁹ ſuus p ſalute humani generis offerreꝛ. Et tamē etiam compaſſa eſt (vt ſi fieri potuiſſet) omnia tormenta que filius pertulit: ipa multo libentius ſuſtinuiſſet. Uere ergo fuit fortis ⁊ pia: dulcis pariter ⁊ ſeuera: ſibi parca: ⁊ nobis largiſſima. Hec ergo p̄cipue eſt amanda ⁊ veneranda: poſt trinitatē ſummā ⁊ eius prolem beatiſſimā dominū noſtrū iheſum chriſtū: a cuius diuinitatis miſterio enarrādo cetere lingue deficiunt: quia conſummatio ſermonum ipſe eſt. Ei ergo qui poteſt omnia facere ſuperhabundantius q̄ꝫ petimus aut intelligimus: ſecundū virtuteʒ que operatur in nobis. Ipſi gloria in eccleſia ⁊ in chriſto iheſu in omnes generationes ſeculi ſeculorum. Amen.

Reportata longe clariſſima In ſancti Bonauēture doctoris Seraphici. Primum ſententiarū. Anno dn̄i Milleſimo quadringenteſimononageſimo. In beatorum Petri ⁊ Pauli apoſtoloꝝ vigilia fini quamfeliciſſime data ſūt Ad pedes quoqꝫ Reuerendi magiſtri fratris Stephani Brulefer ſacre theologie profeſſoris eximij: necnō cōuentus fratrū minoꝝ de obſeruantia. In Moguntia nobilis alemanie aurea: lectoris ac ſtudij directoris digniſſimi: cōportata et cōſcripta Impreſſa vero per magiſtrū Jacobum de Phortzenheim Ciuem Baſilienſem. Anno ſalutis ⁊ gratie Milleſimoquingenteſimoprimo.

¶ Lectura reuerēdi mgr̄i fris ſtephani
Brulefer ſacre theologie ꝓfeſſoris Sco
tici alme vniuerſitatis pariſieñ. Sacri
ordinis minorū de obſeruātia dicti ſup
ſcd̄o ſententiarū ſcripto ſancti Bona/
uenture Metis gallie reportata ꝛc̄.

Circa ſcd̄m
librū ſentētiaꝝ do/
ctoris ſeraphici ſā/
cti Bonauenture
aīaduertendum ꝙ
oēs ſacrarū lr̄arū
ſcriptores aſſerūt ꝙ
q̄ttuor ſunt genera
queſtionū Quedā
eīm ſunt ſubtiles ꝛ ſtudioſe. Alie diffici
les ꝛ curioſe. alie ſeculares ꝛ cōtentioſe.
Alie vtiles ꝛ ꝟtuoſe. Primum genus ſo
let diſputari in ſcola phoꝝ. ſcd̄m in ſco/
la fantaſticoꝝ. terciū in ſcola legiſtarū.
quartū i ſcola theologoꝝ. Ommiſſis qō
nibus curioſis q̄ vanitatē afferūt et ob/
miſſis. q. le. q̄ lites generāt ſctiſſim⁹ Bo/
nauentura cui⁹ ſcd̄m habem⁹ p̄ manib⁹
i ſua exceſſiua doctrina ſcd̄i qōes Sub
tiles ꝛ vtiles diligētiſſime ꝑſcrutaꝫ. Nā
. q. ſubtiles ingenioſiſſime proponit ſoli
diſſime tractat ꝛ reſolutiſſime terminat
. q. ꝟo vtiles optime ꝓponit ſoluit ꝛ de/
ſcidit: q̄propter doctor iſte cherubicus
et ſeraphicus dr̄. Cherubicus quidē qꝛ
erudit multipliciter intellectū. Sera/
phicus ꝟo qꝛ inflāmat ardenter affectū
nam dū ſtudet illuminationi intellect⁹
totum refert in pietatē affectus. Quia
igiꝫ qōnes ſubtiles ſapiētiſſime ꝛ vltra
ꝙ̄ credi pōt ſcientifice enucliauit ꝓpter
plenitudinē ſcientie doctor cherubicus
vocaꝫ merito. Quia ꝟo qōnes vtiles et
virtuoſas ad deuotionē ꝛ amorē dei in/
citatiuas in eadē ſua doctrina inſeruit
doctor ſeraphicus recte appellaꝫ. Sera
phin eīm ardētes vel incēdentes interp̄/
tantur. Vn̄ ꝛ oīa opuſcula ei⁹ miro mō
in amorē dei ſūt allectiua q̄propter ab
indeuotis ſcholaſticis quoꝝ maior ē nu
merus hic doctor eſt dimiſſus. Nam fi/
lij hoim diligētes vanitatē ꝛ q̄rentes mē
daciū plus curioſis ꝙ̄ vtilibus intēdūt
De hoc doctore bonauētura refert Jo/
hannes gerſon. Si q̄ris q̄s inter docto/
res pl⁹ ſit idoneus Rn̄deo abſq̄ p̄iudi/
cio ꝙ dn̄s Bonauētura. Ipe eīm in docē
do ſolidus eſt ſecurus ꝛ iuſtus pius ac
deuot⁹ hec ille. Igiꝫ circa ſcd̄m ſcti Bo
nauenture intendimus aliq̄ inueſtigare

Circa primā di/
ſtinctionē ſciendū ꝙ diſtin
ctio iſta diuidiꝫ i duas par
tes. In p̄ma tractat magr̄
de exitu rerū a deo in q̄ꝫtū principium.
In ſcd̄a de exitu rerū in q̄ꝫtum eſt finis:
qꝛ alpha ꝛ o. In p̄ncipio hui⁹ diſtinctio
nis queriꝫ de rerū exitu a deo ꝛ ſunt due
q̄ſtiones: prima gn̄alis ꝛ ſcd̄a ſpecialis.
Prima vtrū res habeant principiū cau/
ſale. Scd̄a vtrū habeāt principiū initi/
ale ꝛc̄. Pro intelligētia q̄ dicunꝫ in hac
ꝑte declarādi ſunt termini de rerū exitu
ineſſe: quia nulla eſt ꝓpoſitio ita euidēs
q̄n req̄rat neceſſario cognitionē ſuorū
terminoꝝ nam p̄ncipia cognoſcim⁹ in q̄ꝫ
tum terminos cognoſcim⁹. ¶ Igitur in
iſta qōne ſunt quinq̄ꝫ termini declarādi
Prim⁹ eſt exitus: ſcd̄s res: tercius eſſe ꝛ
iſta in qōne gn̄ali: in alia qōne termin⁹
primus p̄ncipium initiale: ſcd̄s princi/
piū cauſale. ¶ Exitus eſt ꝓductio paſſi
ua alicuius rei in eſſe reali ſm̄ ꝙ̄ forma
liter diciꝫ produci ab alia re. In iſta de
ſcriptione ſunt q̄tuor particule. Prima
ꝙ exitus eſt productio: ꝓductio poniꝫ
loco generis. Scd̄a paſſiua ad differen
tiam productionis actiue. Tercia qua
aliqua res producitur ineſſe reali Hoc
poniꝫ ad differentiā productionis rōnis
Quarta ꝛ vltima ſm̄ quā res diciꝫ pro
duci ab alia re. Exitus eſt relatio: ideo
diffiniꝫ ꝑ terminū ideo iſta particula po
nitur tanq̄ꝫ terminus. Pro vlteriori tn̄
declaratione ponunꝫ ſex propoſitiones

Prima licet oīs exitus ſit ꝓductio non
tñ econtra hic patet prima ps: qꝛ omis
exitus eſt productio, Scđa patet: quia
ꝓductio actiua nō eſt exitus. ¶ Scđa ꝓ
poſitio nulla ꝓductio actiua eſt exitus.
Probatˀ qꝛ ſi productio actiua diceretˀ
productio pater produceretˀ qđ eſt here
ticū ⁊ falſuꝫ. ¶ Tercia ꝓpoſitio duplex
eſt productio. prima intētionalis. ſcđa
realis qua producitˀ res realis. Exitus
eſt talis productio. Alia eſt productio
intentionalis q̄ aliquid producitˀ ineſſe
cognito vñ poſſum producere antixp̄m
ineſſe intētionali. ¶ Quarta ꝓpoſitio ē
nulla ꝓductio intētionalis pōt dici exi-
tus qꝛ exitus eſt producere ineſſe reale.
¶ Quinta ꝓpoſitio eſt ꝙ nulla res pōt
exire a ſcipā iſta ptꝫ ex p̄cedentibꝰ qꝛ ali
quā exire a ſcipſa eſt ſeipām producere
qđ eſt inconueniens ⁊ impoſſibile vñ ne-
ceſſario habetˀ diſtinctio ꝑſonarū in di-
uinis. ¶ Sexto ꝙ ſola productio realis
pōt dici exitus. ¶ Dico propterea ꝙ du
plex eſt exitus ſcꝫ creatꝰ ⁊ increatꝰ. Cre
atus q̄ vna res producitur ab alia. In-
creatꝰ q̄ vna res icreata ab alia ꝓducitˀ.
Hoc mō deus pr̄ producit filiū. ¶ Iterū
duplex eſt exitus increatus: generatiuꝰ
⁊ ſpiratiuus. Exitus generatiuus eſt q̄
filius producitˀ a patre ꝑ generationē.
Spiratiuus eſt quo ſpūſſctūs produci-
tur ꝑ ſpirationē. Exitus creatus ex par
te fundamēti ſolū eſt duplex ſcꝫ īmedia
tus ⁊ mediatus. Immediatꝰ eſt produ-
ctio paſſiua qua producitˀ creatura im-
mediate a đo ſine quacūqꝫ cauſa media
Hoc mō angeli creati ſunt: qꝛ nullo me
dio nec extrinſeco: vt ſole aut alio agen
te: nec intrinſeco qꝛ abſqꝫ materia. Exi-
tus mediatus eſt qñ producitˀ res a deo
mediāte cauſa ſcđa vt ſole ⁊ homine: hō
¶ Notāde ſunt pro iſtis aliq̄ ꝓpōnes.
¶ Prima ꝙ angeli exiuerūt a deo exitu
immediato. ¶ Scđa ꝓpoſitio celum em
pireum: materia prima exiuerunt a deo
exitu immediato quia ex nihilo: qꝛ deꝰ
ab initio creauit quattuor ſcꝫ ſpūs an-
gelicos celum empireū materiā primaꝫ
et tpˢ: iſta exiuerunt immediate a deo.
¶ Tercia propoſitio eſt ꝙ oīs anima in
tellectiua producitˀ a deo exitu immedi
ato quia abſqꝫ cauſa media. ¶ Quarta
ꝓpoſitio eſt ꝙ virtutes theologicales fi
des ſpes charitas ⁊ gr̄a ⁊ omis habitus
ſupnaturalis exeunt a deo exitu imme-
diato qꝛ nulla cauſa media: immo om-
nes angeli non poſſent cōferre gr̄aꝫ aut
virtutes ſupnaturales. ¶ Quinta pro-
poſitio ꝙ elementa ⁊ omnia alia corpo-
ra exiuerūt a deo exitu mediato qꝛ me-
diante materia prima. Vñ argutum eſt
ꝙ omnes compoſiti ſunt ex materia et
forma quicqđ dicat ariſtoteles. Nota ꝙ
non habuerūt cauſam mediā extrinſecā
ſed intrinſecam. ¶ Sexta propoſito om
nia iſta corpora ⁊ gñabilia exeunt a deo
mediate mediāte ſcꝫ cauſa media efficiē
te extrinſeca et intrinſeca. ¶ Queritˀ de
quo eſſe intelligitˀ qñ res producitur in
eſſe. Pro declaratione maiori ponūtur
alique ꝓpoſitiones. ¶ Prima ꝓpoſitio.
Nullū non ens poteſt eſſe principiū cau
ſale: qꝛ oportet ꝙ ſit cauſa: non ens non
eſt cauſa male. ergo dicitur ꝙ intelligē-
do roſam in hyeme producatur roſa.
¶ Scđa ꝓpoſitio Nullum ens rationis
pōt cauſare aliqđ ens reale neqꝫ intelle-
ctionē ſui. probatio: quia qđ non eſt nō
poteſt cauſare ens reale. res rōnis nō eſt
in rerum natura: quia ſi eſſet iam eſſet
ens reale. Ens rōnis ſolū habet termi-
nare intellectū: vt non mouere neqꝫ mē-
ſurare. ¶ Tercia propoſitio Nulla res
poteſt dici principiū cauſale alicuiꝰ rei
ex eo ꝙ pōt ipām cauſare ſed requiritur
ꝙ actu cauſet. ¶ Quarta propoſitio oē
principiū cauſale diſtinguitˀ eēntialiter
a principiato ex hoc ſequitur ꝙ pater in
diuinis licet vere producat filium ⁊ pa
ter ⁊ filius vere producant ſpm̄ſanctū.
nec tamen pater eſt principium cauſale
filij nec pater ⁊ filius ſpūſancti quia pa

ter non diſtinguitur a filio eſſentialiter
Eſt ergo in diuinis principiū productiuum ſed non principium cauſale: qꝛ ad principium productiuū ſufficit diſtinctio formalis ꝛ realis. Jn ſcdo autem requirit diſtinctio eſſentialis. Jtem quattuor ſunt principia cauſalia ſcꝫ cauſale effectiuum formale materiale et finale. De principio effectiuo non eſt dubium: quia omnes ponūt primā cauſam ſcꝫ effectiuā. Primo hoc ꝓbat multiplicitas rerum q̄ reducunt ad vnum principiū. Jtem mutabilitas probat principium cauſatiuū quia omne mutabile reducit ad immutabile quia omne qđ mouetur ab alio mouetur. Jtē probat hoc ordo rerū: quia ordo ortū habet a ꝑncipio ſic probat hoc ipfectio rerū: qꝛ omnis ꝑuatio reducit ad habitū: ois eīm priuatio cognoſcit vel habet cognoſci ꝑ habitū. Jmpfectū dicit priuationē pfectionis: ergo reducit ad perfectū: quia ergo res create habēt imperfectionē reducuntur ad primū qđ eſt ſumme perfectum.

¶ Querit vtrū res mūdane ſint producte ſm principiū materiale. Reſolutio q̄ſtionis ſtat in duabus ꝓpoſitionibus.

¶ Prima mūdus ſm ſe totū in eſſe ꝓductus eſt. Jſta eſt regula ad cognitionē ꝓpoſitionū prius oportet intelligere terminos. Dico ğ pmo ꝙ mūdus capit quinqꝫ modis. ¶ Primo mō ꝑ aggregatione oium rerū creatarū ſiue ſube ſiue accidētis. Et ſic creature ſil' ſumpte dicunt mūdus. Jſto mō de⁹ nō eſt de mūdo nec ps mūdi. Nō ſi de⁹ eſſet ps mūdi ſeq̄ret ꝙ aliq̇d eſſet pfectius deo qđ ē inconueniēs. Deus ſolus ita pfectus eſt et infinitus eſt. et ꝑ ipm mūdus factus eſt Jo. pmo ſic accipit mūdus in q̄ſtione.

¶ Scdo mō capit mūdus pro vniuerſitate oim creaturarū ꝯtētarū ſb eadē ſpera q̄ tū ſpera nō ꝯtinet ab aliquo ipſoꝝ. Hoc mō mūdus dī eē ꝯgregatio oium rerū ꝯtentarū corpaliū ſub octaua ſpera id ē empireo hoc mō angeli non ſunt de mūdo qꝛ non ꝯtinuent ſub ſpera ita ꝙ in ipſam influat. ¶ Terciomō capit pro mūdo archetipo ꝛ eſt principalis figura ad quā mūdus factus ē. Jſte mūdus eſt fili⁹ dei ꝑ quē tanqꝫ per artē factus eſt mundus. Hoc mō dī archetipus. id ē ꝑncipalis figura ad quā fact⁹ eſt mūdus. Hic mūdus nō eſt fact⁹ nec eſt ad ꝓpoſitū. ¶ Quarto mō capit mūdus microcoſmus pro homie ꝓpter quē factus eſt mundus ꝛ cōicat cū omī creatura. Vn̄ marci vltimo. ꝑdicate euāgeliū omni creature. hoc mō capit mūdus pro nobiliori parte mundi. hoc mō celū ꝛ ſtelle vocant mundus qꝛ ſunt ꝑncipalior pars mundi.

¶ Quinto modo capitur mundus pro amatoribus huius ſeculi. vnde mūdus eū non cognouit. capitur etiam pro ſtatu mūdane cōuerſationis q̄tū ad miſeriā pene Joh. xvij. Hi ſūt in mūdo ego nō ſum de mūdo. Capit pro ſtatu mūdi q̄ ad culpā Jo. x. Mundus in maligno poſitus eſt. Capit pro multitudine reproborum Joh. xvij. Nō rogo pro mūdo id eſt pro reprobis.

¶ Scda propoſitio ſeu ꝟitas eſt. Principia intrinſeca mundi non ex alijs ꝑncipijs. ſꝫ de nihilo ſūt ꝓducta. Vult ğ dicere ꝙ materia ꝑma eſt producta ꝛ forma. Ad maior ē declarationē nota.

¶ Prima propoſitio Deus in principio producit angelos oēs de nihilo.

¶ Scda propoſitio. Deus in principio produxit celum empireum: materiā primam et tēpus de nihilo. Probatio. Jn principio enim creauit deus celū et terram Gloſa. Jn principio creauit celum empireum repletum angelis dicit ſtrabus ergo creauit angl'os ſimul ecce duo prima. Si ergo creauit: ergo de nihilo. Et terram id eſt materiam primaꝫ que eſt ſubiectum tranſmutationis ex qua omnia alia facta fuerūt poſtmodū que materia vocatur terra: abyſſus aqua et tenebra Geneſ primo.

¶ Tercia ꝓpoſitio. Materia nunq̄ caruit forma ſic q nullaȝ q̄n q̄ habuit ſed ſemꝑ habuit aliquā formā. Iſta ꝓpō eſt doctoris. Nā ſctūs bonauētura habet ꝓ inconuenienti materiā eſſe ſine omi forma Vñ imaginandū eſt q qñ deus creauit materiā primā creauit ſibi formā coeuā ꝛ iſta ſemꝑ eſt in materia. Ita q hec forma etiā ſit i angl'is ꝛ incorporalib'. Et in gn̄abilib' et corruptibilib'. Et licet alie forme corrūpant' tñ iſta ſp ē in materia. ¶ Quarta ꝓpō. q forma illa coeua materie ꝑficiēs materiā fuit ꝓducta de nihilo. hec forma eſt alterū principiū eſſentiale mūdi. Dices hec forma nō eſt de nihilo quia producta in materia. Reſpondet' q̄uis hec forma ſit producta in materia nō tñ ex materia: ſicut aīa ꝓducitur in corpore organizato nō tñ ex corpore: infundit' eīn creatōne. ¶ Queritur Vtrū potētia creādi ſit cōicabil' creature. Rñdeo ꝑmittēdo vnā ſuppōem ſcȝ q creare eſt aliq̄d de nihilo in effectu ꝓducere. ꝓducere ponitur loco generis quia nō omne ꝓducere eſt creare ſed econtra. De nihilo ponit' ad differētiā generationis. In effectu ponit' ꝓ actuali exiſtētia Dico ḡ ad queſtionē q potentia creatiua nullo mō eſt cōicabilis creature etiā ꝑ potentiā diuinaȝ. In deo ſunt duo tm̄ ꝑncipia cātiua ſcȝ volūtas ꝛ intellectus In creaturis ſunt tria. ſcȝ intellectus voluntas ꝛ potentia executiua. Vñ eſt error ꝛ articulus pieñ. q angelus poſſit ſola voluntate exequi vel ꝓducere effect' ſed req̄ritur terciū ſcȝ potentia executiua: ſed in deo ſuū velle eſt ſuū facere pater ergo potentia creatiua eſt voluntas diuina q̄ eſt formal'r deus ꝛ formal'r infinita. ergo incōicabilis. ¶ Queri' de productione paſſiua. Quid ē creatio paſſiua. vtrū ſit ſubſtātia vel accidēs. Rñdeo q creatio paſſiua nec eſt ſubſtātia vel accidens ſed eſt via ad vtrūq;. Nam per creationē fit ſubſtātia. ſed hec rñſio non valet. Rñdetur ḡ per duas ꝓpoſitiones ¶ Prima eſt q aliq̄d creari nihil aliud ē q̄ aliq̄d accipere nunc primū eſſe a deo. ¶ Notādū q creari importat tria. vnū poſitiuū ꝛ abſolutū ſcȝ eſſe ꝓpriū creati. Vñ aīa creatur. i. nūc habet eſſe. ꝑterea importat duos reſpect'. Prim' eſt real' qui ſcȝ importat ordinē ad primū ens. Scdꝰ reſpect' eſt rōnis q̄ ſcȝ cōnotat reſpectū eſſe ad nō eſſe. Creatur: ſenſus ē: accipit eſſe poſt nō eſſe. Eſt differētia inter conſeruari ꝛ creari. Res dicit' creari in ꝑmo nūc ſui eē. Cōſeruari aūt dicit reſpectū ipſius eſſe nunc habiti ad idē eſſe ꝑhabitū. ¶ Scda ꝓpoſitio. Sola ſubſtantia corporea habet q̄tuor cauſas ex q̄bus cauſat' patet quia habet materiaȝ ꝛ formā cauſas intrinſecas ex quo ſequitur q nulla cauſa intrinſeca pōt cauſare ſine cauſa efficiēte quia efficiēs agit ꝓpt finē ꝛ ſic cōcurrūt due cauſe extrinſece. ꝛ ſic erūt q̄tuor. ¶ Queſtio quare materia nō eſt ab alio. dices quia ē principiū oim alioꝝ. Rñdeo q forma fit ex materia tanq̄ ex ſubiecto. Notandū q aliq̄d fit ex alio trib' modis. Primo mō tanq̄ ex parte intrinſeca ſui: vt ignis generās ignem de ſua forma intrinſeca in ligno. Scdo modo. Totū cōpoſitū generat' ex materia tanq̄ ex aliqua parte ſui intrinſeca: generatur forma tanq̄ ex ſubiecto ſuppoſito. Tercio mō aliquid dr̄ fieri ex aliquo tanq̄ ex termino corrupto vel oppoſito vt ex aere corrupto fit ignis et dicuntur oppoſita quia incōpoſſibilia. Rñſio hui' q̄ōnis ſtat in trib' ꝓpōnib'.

**Queri' ſcdo. Vtrū mū**dus ꝓduct' ſit ex tpe an ab eterno. ¶ Pria ꝓpō ē q de facto mūdus nō fuit ꝓduct' ab eterno pȝ q2 in ꝑncipio creauit de' celum ꝛ terrā ꝛ mūd' ipm factꝰ ē. Joh. i. In ꝑncipio creauit. i. in inicio tēporis. ¶ Scda ꝓpō poſſibile ē ſimpl'r mundū fuiſſe ab eterno ꝓductū ſi deo placuiſſet ꝓducere. patet iſte due ꝓpōnes q2 oē illō eſt deo poſſibile qd nō iplicat ꝯdictionē

q2 apud deū poſſibile eſt omne verbū.i. qđ non implicat ꝯtradictionē ſed mundū fuiſſe ab initio nō implicat ꝯdictōꝫ.

¶Tercia ꝓpoſitio rōnabilius eſt ponere materiā ab eterno eē informatā actu aliq̄ forma ſubal' ꝙ̄ ponere eā nudā eē omi forma Bonauētura hꝫ ꝓ incōuenienti ꝙ materia ſit nuda ab omi forma. Differētia eſt inter cōprehēdere ⁊ apprehēdere. Cōprehēdere eſt ipaꝫ rem intelligere ꝙ̄tū intellectual' eſt ⁊ cū hoc ipm intelligentē hr̄e totū itellectiuitatē acti ue ꝙ̄tu hꝫ obiectū intellectiuū paſſiue. Vñ habeł ꝙ deus a nulla creatura cōprehenditur:q2 deus hꝫ entitatē ⁊ intellectiuitatē paſſiuā infinitā ꝙ̄ ⁊c̄. Itē lꝫ intellect⁹ aie xp̄i intelligat eſſentiā diuinā ꝙ̄tum pōt intelligi nō tn̄ cōprehēdit hoc eſt nō intelligit ꝙ̄tum poſſet intelligi. Videt ꝗ aia xp̄i diuinā eſſentiā ꝙ̄tū viſibilis ē a creatura. Solus intellect⁹ diuinus cōprehēdit eēntiā diuinā ꝙ̄tū intelligibilis eſt:q2 intellectus eſt infinitus ſicut intelligibile. Apprehēdere aliquā rem eſt ipam cognoſcere pfecte vel impfecte. Ad ꝓpoſitū cū dr̄ impoſſibile eſt cōprehēdi infinitū ab finito ꝟtute Dico ꝙ nō eſt impoſſibile virtutē finitā cōphendere infinitas res finite entitatis:ſed nō cōphendere entitatē intenſiue infinitā. Vñ ſm̄ Scotū. Aia xp̄i habet infinitas intellectiones actuales.

¶Q2 deus et oēs res create ⁊ creabiles ſimul ſumpte non faciūt deū pfectiorē: q2 ſolus de⁹ eſt ens infinitū abſolute extra gen⁹ quo nihil pōt eſſe pfectius. Et ergo ſi res create adderēt aliquid pfectionis:deus non eſſet ſumme pfectus.

¶Quare ergo creauit deus creaturā. Rñdeo ꝙ ſolū ꝓpter bonitatē ſuā cōicādam. ¶Queri poſſet. Si angelus poſſet facere polū figuli aut pꝑcere lapidē cū non habeat manus. Et certū eſt ꝙ ſic Quia angelus ſiue bon⁹ ſiue malus ſola virtute ſua ſine organo:quod hō pōt cum organo hoc poteſt. Unde angelus habet triplicem virtutē. pmā intellectiuam:ſcđam volitiuā. terciā executiuam que excedit omnē virtutē humanā Si ergo angelus habet talē virtutē ꝙ poteſt facere ſine organo:quanto magis de⁹ q̇ excedit oēs angłos in infinitū. Et ideo non ſunt in deo niſi due potētie ſcꝫ intellectiua et volitiua abſꝗ potētia executiua:q2 volūtas exequitur ipo velle q2 eſt ens ſimpliciſſimū agit ſeipſo ſtabilis manens dat cūcta mouere. Itē deus agit ꝑ ſuā eſſentiā. Nā velle ſuū imperioſum vel efficax eſt ſuū agere que voluntas eſt deus. ergo actio dei nihil eſt niſi ſuum eſſe.

## Tercio queritur. Utrū res producte ſint a pluribus pncipꝭs.

Notandū ꝙ duplices ſunt res viſibiles ⁊ inuiſibiles. Utrū ergo ſit vnū principiū viſibiliū ⁊ aliud inuiſibiliū. Et hoc mō accipił in qōne. Poſuit manicheus ꝙ deus bonus ꝓduxit oēs res inuiſibiles ⁊ vocat eū deum lucis. Et alius de⁹ ꝓduxit res viſibiles ⁊ tenebroſas et vocat deuꝫ tanꝙ̄ deum tenebrarū. Rñdeł ꝙ oēs res viſibiles ⁊ inuiſibiles ſunt ab vno deo. Unde ille error manicheorum tm̄ valuit cōtra eccl'iam ꝗ ad ſimplices ante Auguſtinū ꝙ pene maior pars fuit infecta:⁊ hoc ꝑ pietatē quia non attribuebāt deo aliqđ producere vile vł' malum vel aduerſum:ſed omi a hec produxit deus malus ⁊ fecit antiquū teſtamētum deus tenebrarū et dāpnant nuptias:hec omnia ſunt abſurda. Et ſic manicheus fuit deceptus ex ebetudine.

¶Notandū ꝙ opera trinitatis ſunt indiuiſa:vnde cum dico homo pctōr:dico duas res qđdāmō ſcꝫ naturā ⁊ vicium. Natura eſt bona ⁊ diligenda. Cū dico peccator aliqđ dico ſcꝫ pctm̄ quod non eſt res:nec a deo:et ideo odiendū. Cum dicitur Pereant peccatores a terra ⁊c̄. ⁊ ſimilia intelliguntur in ſenſu cōpoſito: et non in ſenſu diuiſo:hoc eſt pereat ho-

Volūtas capitur pro ipſa volitione. Primus terminus declarandus eſt malū. Malicia ꝛ bonitas opponunꝛ: quot modis dī vnū oppoſitorū tot modis ꝛ reliquum. Dicamus ḡ de bonitate q q̄ttuor ſunt. ¶ Prima bonitas vocaꝛ naturalis ꝛ entitiua ꝛ eſt illa q̄ competit volitioni vel actui volendi inq̄tum eſt ens poſitiuū et hec bonitas conuenit omni enti. Unde vidit deus cūcta q̄ fecerat ꝛ eſt ppria paſſio entis ens ḡ bonū. ¶ Prima ppō. Oꝫ oē ens eſt bonū bonitate naturali ꝛ entitatiua: ptʒ qꝛ bonū eſt paſſio entis. ¶ Scda ppō. Oēs volitiōes demonis ꝛ oēs actꝰ volēdi q̄s hñt: ſunt boni volūtate naturali ꝛ entitatiue. pʒ qꝛ ille volitiōes ſunt entia: lō qō nō eſt de iſta bonitate. ¶ Tercia ppō. Nulla entitas repugnat ꝯrie ipi bonitati naturali ꝛ entitatiue pʒ qꝛ ſi eēt aliq̄ entitas repugnās bonitati naturali illa nō eſſet bona: qꝛ oē ens bonū: ḡ bonitas repugnaret bonitati qd ē impoſſibile. ¶ Quarta ppō. Malicia q̄ opponiꝛ bonitati ipi naturali eſt puatio vꝉ defectꝰ bonitatꝫ entitatiue debite vt mors q̄ ē puatio vite. Malicia ḡ naturalis ē carētia ſeu puatio entitatis debite ꝯueniēte ꝛ pōt dici monſtruoſitas accipiēdo mōſtruoſitatē p p ſe ſignato qꝛ p denoiato eſt bñ entitas. ¶ Scda bonitas dī ex gñe: ꝛ eſt q̄ cōpetit volitiōi ſm q trāſit ſup obiectū ꝯueniēs ſm dictamē rōnis: vt ē dare elemoſynā vꝉ nolle dare elemoſynā paupi. Et nota q aliq̄d obiectū ꝯueniēs potentie dī vno mō ex natura rei: vt lumē ē obiectū ꝯueniēs potētie viſiue. Alio mō obiectū dī cōueniēs potētie ſm rectā rōnē. Et dī bonitas ex gñe: p ſilitudinem ad genꝰ locatū qꝛ genꝰ locatū eſt ꝯbibile ꝛ pfectibile p drās: ita genꝰ morale ꝯbiꝛ p circūſtātias tāq̄ p drās vt dare elemoſynā paupi de ppo ppꝛ deū. Nō oprʒ ḡ oēs volitiōes demonū eē malas malicia q̄ opponiꝛ iſti bonitati ex gñe: qꝛ cū diligūt ſeipos: ille actus diligendi trāſit ſuper obiectū conueniēs ſm rectā rationē odiunt etiam penaʒ. Malicia autem ex genere eſt que competit volitioni inq̄tum trāſit ſup obiectuʒ diſcōueniēs ſm rectā rōnē: vt odire deum ꝛ diligere malum vꝉ pctm̄ ꝛ dare elemoſynā diuiti. ¶ Tercia moralis ꝛ virtuoſa. Bonitas ex circūſtantia eſt q̄ cōpetit actui vꝉ vo-

litioni ſm q elicit cū oibus circūſtātijs
dictatis a recta rōne ſibi debere cōpete/
re vt dare elemoſynā pauperi de ꝓprio
ꝓpter deū. Et huic cocordat dionyſius
dicēs q bonū cōſtat ex cā integra. i. omi
bus circūſtātijs. Malicia aūt moralis
eſt q̄ cōpetit volitioni ex defectu alicuiꝰ
circūſtātiarū q̄ deberet ꝯuenire actui vt
dare elemoſynā paupi de furto vł ꝓpter
vanā glīaꝫ Et de iſta malicia pōt eē qō
et pōt rn̄deri ad qōnē q oēs volitiones
demonū ſunt male malicia ex circūſtan
tia. ptꝫ qꝛ qcq̄d faciūt ad malū inferūt
finaliter ꝛ ſic nunq̄ bonū faciūt ſꝫ ſemꝑ
malū. ¶ Quarta eſt theologicalis boni
tas meritoria ſiue gratuita ꝛ ē q̄ cōpetit
actui volūtatꝫ habēti duplicē bonitatē
ꝓcedentē ꝛ cū hoc addit q actus ille eli/
ciatꝰ ſm inclinationem charitatꝫ vt dare
elemoſynā paupi de ꝓprio ꝓpter deū et
ex charitate. ¶ Prima ꝓpō. Omis boni
tas meritoria ꝓſupponit bonitatē ex ge
nere ꝛ virtuoſitatē. ptꝫ qꝛ nullus actus
eſt meritoriꝰ niſi ꝟtuoſus: nec ꝟtuoſus
niſi bonus ex gn̄e. ¶ Scōa ꝓpō. Omis
bonitas ꝟtuoſa ꝓſupponit bonitatē ex
gn̄e nō ꝓſupponit alias duas. Malicia
aūt demeritoria vel theologicalis eſt q̄
eſt in q̄libet pctō mortali et ſic quelibet
trāſgreſſio ꝓcepti diuini facta delibera
tiōe eſt mala malicia demeritoria. Et d̄
iſtis duabꝫ malicijs eſt qō. Nota q alid̄
eſt pcm̄ aliud demeritū. Dānati em̄ cō
tinue peccāt non tn̄ cōtinue demerentꝰ qꝛ
ſunt extra viā. licet doctor iſte teneat cō
trariū ſꝫ dimittitꝰ a doctoribꝰ. Pria ptꝫ
qꝛ ſꝑ blaſphemāt deū ꝛ odiūt. Scōa pꝫ
qꝛ tūc eoꝝ pena i infinitū augeretꝰ qō nō
eſt veriſiłe. ¶ Rn̄ſio ad qōnē ſtat i vna
diſtinctione ꝛ tribꝫ ꝓpōnibꝫ. Diſtinctio
Poſſumꝰ loq̄ de malicia diaboli tripłr.
Uno mō q̄tum ad deformitatē. Alio
mō q̄tū ad inclinatōꝫ. Tercio mō q̄tū
ad actualitatē. ¶ Prima ꝓpō. Volūtas
demonis ſꝑ eſt mala q̄tū ad deformita/
tē qꝛ ſꝑ remanet in reatu pcti. Qn̄cūq̄

em̄ aliq̄s peccauit ꝛ trāſiuit remanet de
formitas a q̄ q̄s dr̄ pctōr ꝛ illa deformi/
tas eſt obligatio ad penā eternā. ꝛ qꝛ di
abolus ex q̄ peccauit nunq̄ penituit ſꝑ
ḡ eſt obligatꝰ ad eternā penā. Et dr̄ hec
deformitas macula qꝛ eſt diſcōueniens
aīe. Dr̄ autē reatus inq̄tū terminatꝰ ad
penā eternā ꝛ inq̄tū infligitꝰ alicui ꝓpt
pctm̄ qō fuit ꝯ deū dr̄ offenſa: ita q offē
ſa eſt reſpectu di. ¶ Scōa eſt. Volūtas
demonis inq̄tū ad inclinationē ꝯtinue
peccat et ſemꝑ peccabit. licet alio mō q̄
ꝑus. Patet qꝛ ꝑmo appetijt excellentiā
ſuꝑ alios adhuc appetit q̄tū in ſe eſt ſed
h̄ eſt ſm inclinationē ꝛ ꝓnitatē. Cū aūt
ꝑmo appetijt ſperabat hr̄e: mō autē non
ſperat hoc: ſed deſperat de dn̄io ſiue ex/
cellentia ꝛ maxime ſuꝑ brōs. Nota pul
critudo eſt ꝓportio mēbroꝝ cū ſuauita
te caloris dicit Augꝰ. Nullum perpe/
tuum violentum intelligitur in agenti/
bus naturalibus et non liberis.

¶ Tercia ꝓpō. Voluntas demonū con
tinentie ē mala q̄tum ad actualē ꝯtinu
atiōnē peccatoꝝ ita q ſordens ſemꝑ ſor/
deſcet q̄uis non ſꝑ vno genere peccati:
ſed mō peccat in malicia mō in ſuꝑbia:
mō odio mō ira ꝛc̄. Ita q eiꝰ volūtas in
fatigabilis eſt ſꝑ in actu peccati: qꝛ non
dormit nec quieſcit: ꝛ ſm hūc doctorē q
oīa peccata q̄ continuat ſunt demerita
ꝛ pro ip̄is puniētꝰ poſt iudiciū tn̄ ſm ali
os illa non ſunt demeritoria ſed ſolū pe/
na peccati. Qꝛ aūt diabolus ſemꝑ ſit in
malo actu dicit Augꝰ. de fide ad petrū
Demones nō poſſunt carere mala volū/
tate nec pena qō eſt intelligendū habitu
aliter. Itē Ieronimus idē ſibi arrogat
qō ꝑus ꝓſumpſit. Et videtꝰ rōne q dia/
bolus eſt obſtinatus. Quid eſt obſtina
tio. Eſt firmatio in ꝑori malo. ḡ volun/
tas eſt mala diaboli ꝛ cōfirmata in ma/
lo qō cōmiſit. Itē angeli ꝯfirmati in bo
no ſunt ſemꝑ in bono actu habitualiter
et actualiter ꝛ eandem quā habuerūt in
ſui glorificatione ita q tenentꝰ oēs beati

ſemꝑ ⁊ ad ſemꝑ diligere deū. Et ſi ꝑ inſtans brūs ceſſaret a dilectione dei peccaret mortaliter ergo ab oppoſitis ſimiliter videt᷑ de demonib⁹ cū ſint obſtinati. Sed contra Jac. ſcdo. Demones credunt ⁊ contremiſcunt: ſed credere ⁊ tremere non ſunt actus male volūtatis: ergo videt᷑ ꝙ aliqñ mouent᷑ ſine obliq̄tate ⁊ illa eſt aliqua interpellatio. Rn̄deo ꝙ illud credere ⁊ timere qđ habent demones eſt malū: ex ſe non: ſed ex adiūcto q2 peruertūt illud cū murmure ⁊ impatiētia credūt ⁊ timēt. Et nota ꝙ differunt credere deo in deū ⁊ credere deū: primū eſt credere ꝙ omia verba dei ſunt vera. Credere deū eſt credere ꝙ eſt aliqs ſumus ⁊ primus princeps totius mundi ⁊ vniuerſi. Credere aūt in deū eſt adherere deo ꝑ cognitionē ⁊ amorē. Et ſic nullus peccator credit in deū q2 non tendit ad deū ꝑ cognitionē et amorē gratuitū. Et ſi dicas ꝙ ille timor quē habent demones retrahit a malo. Dicendum ꝙ eoꝝ timor ē tā exilis ⁊ volūtas tā reproba ad pctm̄ qđ ꝓpt̄ h̄ nō ceſſent. Sicut in latrone q̄ timet furcā. tn̄ ꝓpter appetitū furādi nō ceſſat a furto ⁊ ipſo peccat q2 diſplicet ei dei iuſticia quā formidat

¶ Querit᷑ Utrū ſit poſſile odire deum. Rn̄ſio ſcoti ꝙ implicat ɔ̄dictionē ꝙ deus odiat᷑: q2 nihil odit᷑ niſi ꝓpt̄ malū aliqđ exiſtēs vel apparēs: ⁊ in deo nulla ē nec apparet malicia. Alij tn̄ fere oēs dicunt ꝙ volūtas creata pōt ex ſua ꝑuerſitate odire deū ⁊ hoc ꝓpter ſuā libertatē ⁊ hec opinio videt᷑ cōcordare ſcptur℥. Uel dic etiā ꝙ deus in ſe ⁊ abſolute nō pōt odiri ſm ſcotū. Si aūt cōſideret᷑ inq̄tū puniens ſic bene pōt odiri in ſuo effectu ⁊ ſic poſſunt opiniones concordari.

## Querit᷑ tercio. Utrum

in demonib⁹ ſit male volūtatis intenſio

¶ Intenſio capit᷑ pro aliq̄ augmentatōe intēſiua alicui⁹ forme intēſional᷑ vt altitudo. c. graduū: vel malicia dr̄ intenſa ⁊ hoc mō intenſio opponit᷑ remiſſioni ⁊ hoc modo capit᷑ in qōne pro augmētatōe ſue malicie aut ꝙ ſit peior nūc q̄ȝ qñ cecidit. ergo ⁊c. ¶ Querit᷑ vtrum demones ſint peiores extēſiue nūc q̄ȝ ꝑus. ita ꝙ plura habeāt pctā nūc q̄ȝ ꝑus. Rn̄ſio bonauēture ſtat in ſequētib⁹ ꝓpōnib⁹. ¶ Prima ꝓpō. Duplex eſt vis in angelo ſiue bono ſiue malo ſcȝ ɔtēplatiua ⁊ adminiſtratiua. Prima vis ē intellect⁹ ⁊ voluntas angeli inq̄tū recipiunt deuȝ pro obiecto. ¶ Scđa eſt vis adminiſtratiua ⁊ ē ipſemet intellect⁹ ⁊ volūtas angeli inq̄tū reſpiciunt hoiem pro obiecto. Angeli eīn facti ſunt ꝓpt̄ duo: ꝓpter finē ꝑncipaleȝ q̄ eſt ipſe deus: ⁊ finē min⁹ ꝑncipalē q̄ eſt hō. Uoluit eīm de⁹ vt res ſic eſſent ɔdite ꝙ maiores iuuarēt minores: ⁊ q2 angeli ſunt multo maiores q̄ȝ homies ideo ab inicio voluit de⁹ ꝙ angeli eſſent miniſtri hoim. ¶ Nota ꝙ licet mr̄ carnalis q̄ȝtūcunq̄ȝ diligat ⁊ nutriat filiū ſuuȝ dulcit̄ ⁊ diligēter: adhuc ſcti angeli habēt maiorem curam de nobis ⁊ nos cōſolant̄ in oib⁹ tribulationib⁹ nr̄is. Et h̄ ꝑ vim admiſtratiuā. ¶ Scđa ꝓpō. Malicia demonū q̄ȝtū ad vim ɔtēplatiuā nō intenditur nec creſcit nec pōt creſcere: ⁊ in h̄ cōuenit cū prima opinione: q2 demones qñ ceciderūt ꝑmo intim̄ oderūt deū ꝙ nō potuiſſent mag℥ odiſſe: ⁊ qñ dr̄ ſupbia eoꝝ q̄ te oderūt aſcēdit ſemꝑ intelligit᷑ extenſiue nō intenſiue. ¶ Tercia ꝓpō. Malicia demonū creſcit ⁊ creſcet cōtinue vſq̄ȝ ad diē iudicij q̄ȝtū ad vim admiſtratiuā q2 nonas malicias adinueniunt ⁊ fabricant q̄tidie. ¶ Quarta ꝓpō. Ad cremētum voluntatis male ſiue demeriti non ſufficit mala actio: ſed req̄rit᷑ ſtatus merendi ⁊ demerēdi: q2 poſt diē iudicij oēs dānati ɔtinuabūt ſuas malicias non tn̄ demeritorie q2 ſunt extra ſtatū merēdi. ¶ Quinta ꝓpō. Quia demones ɔtinue demerent᷑ ideo nō ſunt ſimpl̄r in t̄mino: ſȝ ſunt ſm q̄d viatores: q2 ɔtinue demerebunt᷑ vſq̄ȝ ad diē iudicij: q2 non remane-

bunt ipuniti de malis q̄ nobis faciūt. In die iudicij autē recipiēt plenā mercedē maliciarum ſuarū. Opinio ſcoti ē q̄ demones ſunt in termino q̄tū ad hoc qd̄ ē mereri ⁊ demereri ſ; mala q̄ faciūt ſunt pena peccatoꝝ ſuoꝝ prioꝝ q̄uis non habeant tantā penā q̄tā habebūt poſt iudiciū: q̄ tamē ei debetur ſed nō pro nūc. ¶ Nota q̄ duplex ē ɔ̄tēptus dei qdā formalis ⁊ eſt odiū dei ⁊ blaſphemia ⁊ etiā idolatria q̄ de⁹ in ſe odit ⁊ iſte cōtēptus nō ē cōiter in pctōrib⁹ hoib⁹: ſed ſemꝑ ē in demonibus ⁊ dānatis q̄ odiunt deum formaliter ſiue in ſe ſiue in effectu ſuo. Ali⁹ eſt ɔ̄tēptus ꝟtual' ⁊ interꝑtatiuus ⁊ eſt aliq̄s actus inordinat⁹ quo preponim⁹ volūtatē noſtrā volūtati diuine ꝑceptiue. Notādū q̄ in quolibet ente ē mod⁹ ſpēs ⁊ ordo. Iuxta illud. Oia in numero: numer⁹ ē ſpēs: pond⁹ eſt ordo. mēſura ē mod⁹. Modus aūt dī limitatū in ꝑfectōne. Spēs importat pulchritudinē ⁊ ordo importat inclinationē ad opus. Et in iſtis conſiſtit veſtigiū creatoris. ita q̄ mod⁹ repn̄tat patrē cui appropriat' potentia: ſpēs filiū cui appropriat' pulchritudo: ⁊ ordo ſpūiſācto cui appropriat' bonitas q̄ eſt cauſa opatōis.

**Querit' quarto.** Utrū ɔ̄firmatio imutet libtatē arbitrij. Ita q̄ ſit aliud an̄ ɔ̄firmatōē: aliud poſt. Iſta tria volūtas libertas ⁊ libe.ar. dicūt idē ¶ Notandū q̄ duplex ē liberū arbitriū ſc; increatū ⁊ creatū. Primū ɔ̄ſt ipſa voluntas dei cui oia ſubiacēt. ¶ Pria ꝑpō Liberū arbitriū increatū ē formal'r ⁊ ex natura rei in deo: q: aliud ē q̄ ipſa voluntas. ¶ Scda ꝑpō. Liberū arbitriū increatū eſt ipſemet de⁹: q: eſt in deo ex natura rei ⁊ oīe tale ē deus. ¶ Tercia ꝑpō. Liberū arbitriū increatū nō ē vertibile de bono in malū. ¶ Quarta ꝑpō. Liberū arbitriū nō ē defectibile nec potens deficere. ſed eſt imutabile penitus. ¶ Quinta ꝑpō. Liberū arbitriū increatum nullo mō pt̄ peccare: q: liberū arbitriū ē in deo ⁊ ſibi repugn̄t poſſe peccare de ratione liberi arbitrij. ¶ Sexta ꝑpō. Poſſe peccare nō ē libertas nec ps libertatis vt dicit anſihelmus: q: ſi de rōne libertatis eſſet poſſe peccari. g̃ de⁹ poſſet qd̄ eſt ipoſſibile. ¶ Nota q̄ duplex eſt liberū arbitriū creatū ſic duplex ē voluntas creata q: quoddā ē angelicū ⁊ q̄ddā hūanū. Angelicū ē volūtas āgeli ¶ Prima ꝑpō. Oīe liberū arbitriū creatū ē ꝟtibile de bono in malū. ¶ Scda ꝑpō. Eſt defectibile ⁊ potēs deficere. ¶ Tercia ꝑpō. Eſt ſimpl'r mutabile ꝑ naturā: pꝫ q: cōſtat q̄ angeli creati fuerūt boni oēs: ⁊ tn̄ aliq̄ eoꝝ ſunt mutati de bono in malū ⁊ ꝑ ɔ̄ñs fuerūt defectibiles ⁊ ſimpl'r mutabiles ꝑ naturā ¶ Quarta ꝑpō Licet de rōne liberi arbitrij inq̄tū liberū arbitriū ſit: vt dic̄ poſſe peccare. Tā rōe liberi arbitrij inq̄tū ē finitū ⁊ limitatū i libertatē ɔ̄ſeq̄tur neceſſario poſſe peccare qd̄ ē ꝑpria paſſio liberi arbitrij creati. ¶ Triplex ē libertas liberi arbitrij creati ſc; oppoſitionis diſpationis ⁊ effectualitatē. ¶ Prima ē libertas oppoſitionis ⁊ ē q̄ liberū arbitriū ē liberū ad eliciēdū oppoſitos act⁹ vt ſī vellē ⁊ nolle amare ⁊ odire. ¶ Prima ꝑpō. Libertas oppoſitōis ponit ſimpl'r mutabilitatē ⁊ impfectionē in libero arbitrio pꝫ q: qñ ſubiectū aliqd̄ mutat' de vno oppoſito in aliud: eſt in eo mutabilitas ⁊ impfectio: ſ; libertas oppoſitōis ē hmōi. g̃ ponit ⁊c̄. ¶ Scda ꝑpō. Hec libertas nullo mō ē ponēda i deo. pꝫ q: dicit ipfectionē ⁊ mutabilitatē ¶ Tercia ꝑpō. De⁹ nō hꝫ act⁹ oppoſitos in volūtate ſua: q: nō ē liber libertate oppoſitōis ſ; de⁹ ꝑ vnicū velle ⁊ ſimpliciſſimū vult oīa obiecta volibilia. Sicut intellect⁹ ei⁹ ex ſua infinitate vnico actu intelligendi intelligit oīa intelligibilia. S; tn̄ dicas q̄ deus odit pctm̄ ⁊ diligit iuſticiā ⁊ iſti act⁹ ſunt oppoſiti. g̃ ⁊c̄. Dicendū q̄ vn⁹ ⁊ idē act⁹ licet ſit ſimpliciſſim⁹ ſortiunt' tn̄ diuerſa

noīa ſm diuerſitatē obiectoꝝ. Ita ꝙ in/
quantū trāſit ſuꝑ bonos dicit̄ amoꝛ vel
velle vel dilectioꝛ inq̄ꝫtū tranſit ſuꝑ ma
los ꝛ pctm̄ dr̄ ꝛ odiū. Et ſic bñ ē diuerſi
tas in obiectis ꝛ effectibꝫ ſed nulla i ipſo
actu volendi. ¶ Scđa libertas dr̄ diſpa
rationis. ꝛ eſt q̄ eſt ad diuerſa et diſpata
obiecta volibilia. ¶ Prima pro poſitio.
Hec libertas diſpationis ē reſpectu om
niū entiū non ſolū exiſtentiū ſed etiā im/
poſſibiliū qꝛ poſſuꝫ diligere illa q̄ nō ſūt
ſicē ea q̄ ſunt vt patrē meū q̄ nō ē. Et de⁹
dilexit oīa ab ет̄no diligibilia. ¶ Scđa
ppō. Hec libertas nullā ponit īpfectiōꝫ
in voluntate ſed pfectionē: qꝛ pfectionis
eſt in aliq̄ potentia ꝙ ipſa poſſit attinge
re ad diuerſa obiecta q̄ ſunt ſua ſicut in
intellectu pfectōis eſt ꝙ poſſit intellige/
re oīa ſua obiecta. ¶ Tercia ppō. Hec
libertas ē ponēda in deo cū dicat pfectio
nem ꝛ diligat oīa diligibilia. ¶ Quarta
ppō. Iſta libertas eſt oīno pͥmaꝛ pfecta
cū ponat̄ in deo. ¶ Quinta ppō. Iſta li
bertas ſtat cū neceſſitate in deo qꝛ de⁹ di
ligit neceſſario ſeipſum ꝛ oīa diligibilia
ſibi complacentia ꝛ tamen libere hac li/
bertate ¶ Tercia libertas effectualitatꝭ
eſt qua liberū arbitriū pōt pducere va/
rios effect⁹ ad extra vt eſt ſcribere ambu
lare cātare. Et dr̄ ad extra qꝛ ītra eſt li
bertas oppoſitōnis. ¶ Prima ppō. Hec
libertas nullā ponit impfectōnē licet nō
ſit pͥma. Prima ps pꝫ quia ponit̄ in deo.
Scđa ptꝫ qꝛ p̄ſupponit libertatē diſpa/
tionis que eſt ad intra. Iſta aūt reſpicit
ad extra. ¶ Scđa ppō. Hec libertas eſt
ponēda in deo: ptꝫ qꝛ de⁹ pducit varios
effect⁹ ad extra. ¶ Tercia ppō. Licet ꝫ
hec ponat̄ ꝛ diſpationis nō tñ ē libertas
oppoſitōis vt pꝫ' ſ. ¶ Sciēdū tñ etiā ꝙ
adhuc eſt triplex libertas. ſcꝫ. Prima a
ſeruitute culpe. Scđa a ſeruitute pene.
Tercia a ſeruitute coactōis neceſſarie.
¶ Prima ppō. Liberꝫ arbitriū angeloꝝ
mlt̄o liberi⁹ ē libertate a ſuitute culpe
poſt ꝯfirmatōnē q̄ꝫ añ. qꝛ poterāt pecca
re tūc mō nō. ¶ Scđa ppō. Liberū arbi
triū angeloꝝ btōꝝ mlt̄o liberi⁹ ē q̄ꝫ ante
loquēdo de libertate a ſuitute pene. pꝫ
qꝛ ante ꝯfirmationē potuerūt ſubiacere
pene mō nō. ¶ Tercia ppō. Nō eſt tñ li/
bertas poſt ꝯfirmatōeꝫ q̄ꝫ añ neceſſarie
coactōis. pꝫ qꝛ añ ꝯfirmatōeꝫ liberū ar/
bitriū ñ poterat cogi ſicͭ nec mō ¶ Cōfir
matio ſic deſcribit̄. Eſt pſeuerātia conti
nua firma ꝛ pfecta volūtatis i bono. Et
pono ppoſitionē talē. ¶ Pͥa ppō. Apli
q̄ꝫtūcūqꝫ boni fuerīt nō tñ fuerīt cōfirma
ti. qꝛ nō fuit in eis pſeuerātia continua.
¶ Scđa ppō. Uirgo glͥoſa ab ānis ſue
diſcretōnis fuit cōfirmata in gr̄a p diffi
nitionē ſupdictā. ¶ Tercia ppō. Iohā/
nes baptiſta ab ānis diſcretōis fuit ꝯfir
mat⁹ in gr̄a patꝫ ex pdictis. qꝛ cōfirma/
tio ē impoſſibilitas peccādi p grām pue
niens ſolū ex manutenētia dei oīpotētis
q̄ tenet ſemꝑ iuſtos in recta ꝛ bona volū
tate. ¶ Nota ꝙ duplex ē impoſſibilitas
peccādi. ſcꝫ p naturā ꝛ p gr̄aꝫ. Prima cō
uenit deo ſoli: ꝛ ideo de⁹ nō eſt ꝯfirmat⁹
in bono. Iſta ipoſſibilitas peccādi nō ē
cōmunicabil' creature qꝛ oīs creatura ē
vertibilis. Nā vertibilitas ē ppͥa paſ/
ſio creature. ¶ Nota ꝙ mlt̄i ſūt ſcti i pa
radiſo q̄ excedunt̄ in gr̄a a viatoꝛibꝫ vt
ſunt viatores in pſenti vita: ꝛ tñ poſſunt
peccare. illi autē non. per hoc notū eſt ꝙ
nō eſt gratia gratūfaciēs: ſed gratia gra
tiſdata. Ex iſtis infertur propoſitio ꝙ
iuſti nō poſſunt peccare. ¶ Querit̄ vtrū
iſta impoſſibilitas peccandi per gratiā:
qua ſunt cōfirmati beati poſſit comuni/
cari viatori. Reſpondet̄ per diſtinctōnē
et ppoſitiones. ¶ Diſtinctio talis eſt ꝙ
duplex eſt viatoꝛ. quidā eſt viatoꝛ pur⁹
ſcꝫ q̄ vere eſt cōphenſoꝛ vt xp̄us q̄ ab ini
cio ſue cōceptionis fuit btūs ꝛ vidit cla
re deū. ¶ Prima ppoſitio. Aliq̄s verus
hō viatoꝛ licet nō pur⁹ q̄ꝫdiu fuit in via
habuit tātam impoſſibilitatē peccandi
per gratiam quantam habent beati: vt
xp̄s quia etiā ipſe fuit beatus ſicut mō.

¶Secunda ꝓpoſitio. Apoſtoli poſt re
ceptionē ſpūſſancti in die penthecoſtes:
nō habuerūt ipoſſibilitatē peccādi ꝑ gra
tiam nec fuerūt ꝯfirmati tali ꝯfirmatōe
patet ꝑ ſcptūrā qꝛ petrus fuit reprehēſus
a paulo ⁊ reprehēſibil' erat qꝛ recto ñ am
bulabat ad legē euāgelij:⁊ ſicut ipſe qui
erat pncipalioꝛ peccauit ſic alij potuerūt
peccare. ḡ ꝓpō ē vera ¶Tercia ꝓpō. Li
cet ꝟgo glioſa in inſtāti ſue ꝯceptōis nō
fuerit ꝯfirmata tali ꝯfirmatōe:tñ in con
ceptione filij dei fuit ꝯfirmata tali cōfir
matione ſcꝫ ꝙ habuit ipoſſibilitatē pec/
candi. pꝫ qꝛ aīa ipſi⁹ ꝟginis nūꝙ̄ caruit
gr̄a ⁊ nūꝙ̄ fuit ifecta pctō oꝛiginali qꝛ i
eodē iſtāti tpis ꝯceptiōis marie tria fue
runt ſil' facta. Pꝛimo fuit aīa ꝟgīs crea
ta. Scḋo in eodē inſtanti habuit gratiā
ḡtūfacientē. Tercio in eodē inſtāti tpis
fuit aīa ipſi⁹ oꝛnata ꝟtutib⁊ ⁊ charitate
⁊ ꝯiūcta coꝛpi. Et tñ ꝓpt hāc gr̄aꝫ acce/
ptā nō fuit ipeccabil' vſqꝫ ad incarnatio
nē filij ſui. pꝫ qꝛ qñ xp̄s pmo ī vtez ꝟgis
deſcēdit nō venit inanis ⁊ vacu⁹ ſꝫ venit
cū magnis muneribꝫ inter q̄ recepit tria
pncipalr. Pꝛimū ē ꝑfectiſſima charitas
⁊ tantā quantā nūc hꝫ et maioꝛē ꝙ̄ vnꝙ̄
dederit pure creature. Scḋm donuꝫ vt
pie credit' fuit clara viſio dei. vidit enim
eſſentiā diuinā in q̄ viſione ſūme ⁊ ieffa
biliter gaudebat. Licet nō ſemꝑ habue/
rit illā clarā viſionē ꝙ̄diu vixit ſed cre/
do firmit' ꝙ tūc habuerit. Si eñ de⁹ de/
dit paulo hanc gratiā ⁊ btō ſtephano vt
legit' vel etiā moyſi quare negabim⁹ hāc
gratiā factā btiſſime matri dei tā in con
ceptione filij ſui ꝙ̄ in natiuitate ⁊ reſur/
rectiōe ⁊ ꝯ̄plurie s vidit. Terciū donū
fuit ipoſſibilitas ad peccandū. pꝫ qꝛ nul
lus mot⁹ ioꝛdinat⁹ erat ī ea. ¶Quarta
ꝓpō eſt. Qꝛ btā virgo glioſa ſiue ante
conceptionē ſiue poſt cōceptionē filij ſui
nūꝙ̄ habuit aliq̄s motus inoꝛdinatos ⁊
illicitos in parte ſenſitiua. pꝫ qꝛ illa au/
la ſctiſſima erat p̄paranda ⁊ ꝯſecranda:
totalr ſpūſancto ſermo toti⁹ trinitatis

Ex quo ſeqtur Rñſio ad q̄ſtionē ſcꝫ im
poſſibilitas peccādi ꝑ gratiā eſt cōicabi
lis creature pure. pꝫ de ꝟgine. Sed io/
hannes baptiſta nō habuit ipoſſibilita
tem ſꝫ habuit bñ illā quā habuerūt aplī.
Reſolutio qōnis ſtat in vna diſtinctōe ⁊
tribꝫ ꝓpōnibꝫ. ¶Diſtinctio ē talis. Qꝛ
duplex ē mutatio alicui⁹ rei quedā ē ſm
ſbam rei. Alia ſm ſtatū ſicut hō qñ mo/
ritur ſm naturaꝫ ⁊ ſbam:⁊ qñ infirmat'
mutat' ſm ſtatū vel alijs ꝟbis. Et eſt du
plex mutatio ſcꝫ ꝙ̄tū ad eſſe. Alia ē ſm
bene eſſe qꝛ illud idē liberū arbitriū vo/
luntatē ⁊ libertatē quā habebant angeli
ante cōfirmationē habēt poſt. Dioniſi⁹
dicit ꝙ in angel' naturalia remāſerūt in
tegra. ¶Pꝛima ꝓpō. Eſt ꝙ cōfirmatio
btoꝝ angeloꝝ non mutauit liberū arbi/
triū ipſoꝝ ꝙ̄tū ad ſbam vel ꝙ̄tū ad pmū
eſſe pꝫ:qꝛ illud liberū arbitriū qḋ pꝛius
habuerūt illud idē habēt adhuc:qꝛ ſm
dioniſiū in angel' naturalia remāſerunt
integra. ¶Scḋa ꝓpō. Cōfirmatio bea
toꝝ angeloꝝ mutauit liberū arbitrium
ipſoꝝ ꝙ̄tū ad bñ eſſe ⁊ cōplemētū ⁊ ꝙ̄tū
ad ſtatū. pꝫ qꝛ liberū arbitriū iā eſt libe
rius nūc ꝙ̄ tunc fuit. Iā eñ liberū eſt a
future culpe ⁊ pene vel miſerie. Et idō
liberū arbitriū eoꝝ eſt alterutrū ⁊ non
aliud factū. Et quia queſtio queritur.
Vtrū ſit factū aliud. Ideo ſimpliciter
pōt reſponderi negatiue ꝙ non.

## Querit' quinto. Vtruꝫ

obſtinatio in demonibꝫ tollat libertati
vſuꝫ. ¶Obſtinatio vno mō capit' ꝓ fir
ma adheſiōe i malo: q̄ eſt ꝑſeuerātia ꝯti
nua ꝑfecta ⁊ firma in malo qḋ obſtinat⁹
elicuit. Alio modo capit' pꝛo impoſſibi
litate reuertendi ad penitentiā fructuo
ſam. Et ſic deſcribit'. Eſt impoſſibilitas
reuertendi ad dignū fructū penitētie ꝓ/
ueniens ex iuſticia dei punitiua: q̄ decre
uit oēs dānatos nunꝙ̄ ſibi reconciliari.
¶Duplex eſt penitentia. ſcꝫ fructuoſa ⁊
infructuoſa. ¶Penitētia fructuoſa. Eſt

dolor voluntarie aſſumptus pro peccatis a ſe cōmiſſis: inquātū ſunt offenſiua dei. Et xps nō penituit licet multa mala paſſus fuerit: quia nō ꝓpter pctā a ſe cōmiſſa. Nec virgo glorioſa ꝯtra Albertū magnū q dicit ꝙ fuit cōfeſſa beato iohāne euāgeliſta. Si btā virgo ꝯfeſſa fuiſſ; confeſſione ſacrāli in qua oportet confiteri: vel de mortali vel ſaltem de veniali peccaſſet mortalr ꝯ illos qui dicūt ꝙ habuit oīa ſacramēta. Et quia ipſa pctm nō habebat mētita fuiſſet ꝯfitendo. Penitentia infructuoſa Eſt q caret aliqua circūſtantiarū q ſunt poſite in deſcriptione pnie fructuoſe. ¶ Vſus capitur qntuplicitet. ¶ Primo cōiſſime pro omi opatione alicui⁹ potentie; vt ſecare equitare iij. topicoꝝ. Cui⁹ vſus eſt bon⁹ ipm q; bonū eſt ¶ Scdo cōiter pro actu frequēter elicito vt dicit victorius ꝙ natura facit habilē. ars facilez: vſus ꝓo potentem ¶ Tercio ꝓprie pro qcunq; actu volūtatis elicito a voluntate vt dicit Aug⁹. ꝙ vti eſt aliqd aſſumere in facultatē voluntatis: vt amare vel odire. ¶ Quarto magis ꝓprie vt diſtinguitur ꝯ actū obſtinatum z ſic vti eſt aliqd amare ꝓpter aliud vel eſt alicui adherere. ¶ Quinto propriiſſime ſc; pro actu volūtatis recto vt diſtinguit ꝯ abuti: z ſic vti eſt referre qd in vſum venit in illud quo fruimur vt amare deū ꝓpter deu;. Iſto mō capitur in qſtione. ¶ Reſolutio qōnis ē ꝙ vſus capit tripl'r. Vno mō eſt actus elicitus a potētia ſiue bonus ſiue malus. Et ſic vſus liberi arbitrij eſt libere velle aliqd Alio mō vt eſt act⁹ elicit⁹ a potentia ad illū finē ad quē recte ordinat. z ſic actus liberi arbitrij eſt rectitudinē ſeruare in actu ad quā actus rect⁹ debet ordinari. ¶ Prima ꝓpō. Obſtinatio nō aufert demonib⁹ libertatis vſum pmo mō captū. ¶ Scda ꝓpō. Obſtinatio aufert demonibus libertat; vſum ſcdo mō captum q2 nō poſſunt habere vſum liberi arbitrij ordinatum.

## Querit ſexto. Vtrum

cōfirmatio vel obſtinatio dirimat libertatis dominiū. Iſta qſtio includit duas qōnes ſc; Vtrū angeli poſt cōfirmationem habeāt tantā ptātē z libertatem ſicut ante. ¶ Alia. Vtrū obſtinati demones habeant tantā libertate; ſicut ante. Reſolutio qōnis ſtat in vna diſtinctiōe Quoddā eſt dñium libertatis ꝙ opponitur coactioni. Aliud eſt qd opponit ſubiectioni. ¶ Prima ꝓpō. Dominiū libertat; qd opponit coactioni nihil alid eſt ꝙ ipſa libertas ſiue voluntas in ſe et eſſentialr q non pōt ſimpl'r cogi. Illud dñium dicit pfectionē ſimpl'r. ¶ Scda ꝓpoſitio. Dominiū iſtud eſt eſſentiale z naturale cuilib; libero arbitrio ſiue create ſiue increato cū nō ſit niſi ipſamet libertas z voluntas. ¶ Tercia ꝓpō. Dominiū libertatis iſtud non pōt diminui nec augeri. patet q2 eſt ipſa voluntas q eſt ſba que non poteſt augeri nec minui. ¶ Quarta ꝓpō. Iſtud dominiū ē eſſentialiter in omib⁊ naturis intellectualib⁊ ſiue bonis ſiue malis ſiue in deo ſiue in creatura. ¶ Aliud ē dominiū qd opponitur ſeruituti vel ſubiectioni. z illud ē duplex ſm qd ē duplex ſubiectio. ſc; culpe z miſerie. Seruit⁹ culpe eſt q cū quis facit pctm ſeruus eſt pcti. Ioh. viij. Seruitus miſerie. Ois aūt culpa ē miſeria ſed nō econtra. vt patet de Iob qui ſubiectus fuit magnis miſerijs ſed non culpis. ¶ Prima propō. vel Sexta. Dominium aūt hoc eſt libertas ipſa a culpa et miſeria iſta neceſſario et eſſentialr eſt in deo ſm naturā diuinā. ſm autē naturā humanā habuit bene miſeriā ſc; pene et nō culpe: quia dolor ē miſeria. ¶ Septima ꝓpoſitio. Libertas a culpa z miſeria nō eſt naturalis vel eſſential' libero arbitrio creato: ſed ſibi ineſt ſolū ꝯtingenter z patienter. pt; quia hec libertas aliqn ineſt libero arbitrio. aliqn nō ineſt. ꝛc. ¶ Octaua ꝓpō. Iſtas libertas recipit

magis ꝛ min⁹ nec eſſentialr̄ ineſt oībus quia ineſt angelis libertas a culpa ꝛ iuſtis v:atoꝛib₉ ſed magis angelis. Siċr libertas a miſeria plus ineſt viatoꝛib₉ ꝙ dānatis ¶ Nona ppō. Eſt ꝙ libertas in creaturis ſubiacet mādatis. Et in deo ē ſup omne mādatū. Hinc eſt ꝙ dominiū libertatis pleniſſime ꝛ pfectiſſime reſidet in deo: quia deus nō habet ſupioꝛē ergo nō pōt mandatū recipere ab alio. ¶ Decima ppoſitio. Dominiū libertatis qđ opponit̄ ſubiectioni tā culpe ꝙ miſerie augetur in beatis p confirmationē quia liberioꝛes hac libertate ſunt angeli poſt cōfirmationē ꝙ ante: quia ante poterāt peccare ꝛ p cōſequēs incidere in miſeriā poſt aūt cōfirmationē nō poſſunt p gratiam. ¶ Undecima ppō. Hoc dominiū in demonib₉ p obſtinationē minuit̄ quia modo nō poſſunt nō peccare: nec poteſt nō eſſe miſer. ¶ Duodecima ppō. Licet ergo obſtinatio minuat dominiū libertatis a culpa ꝛ miſeria: cōfirmatio tamē auget ſemp. ¶ Decimatercia ppoſitio. Dominiū qđ opponit̄ coactioni non augetur p cōfirmationē. ¶ Decimaquarta ppoſitio. Dominiū libertatꝫ ꝙ opponitur coactioni nō diminuit̄ p obſtinationem ptꝫ quia hec libertas vel dominiū eſt ipſa libertas vel voluntas q̄ non mutatur ſed manet eadē in beatis ꝛ damnatis. ¶ Duplex eſt neceſſitas ſcꝫ imutabilitatis ꝛ coactionis. Neceſſitas imutabilitatis nullā dat imperfectionē ꝛ ponit̄ in deo. ¶ Propoſitio. Neceſſitas imutabilitatis nō repugnat libero arbitrio pꝫ quia hec neceſſitas eſt i deo q̄ neceſſario diligit bonum: ſed neceſſitas coactionis repugnat libero arbitrio.

## Querit̄ ſeptimo.

Utrū in demonibus deceptio cadat ſiue erroꝛ circa pſentia. Reſolutio ſtat in quinqꝫ ppoſitionib₉. ¶ Prima ppō eſt. Deceptio ꝛ erroꝛ intellect⁹ venit ex deceptione iudicij ſiue deuiatione. ¶ Scđa ppō. Iudiciū intellectus ē duplex quoddā ē ſpeculatiuū. Aliud eſt practicū. Primū ē reſpectu cognoſcibilitatis. Aliud eſt reſpectu agendoꝝ. primū eſt reſpectu veri vel falſi. Scđm eſt reſpectu boni vl̄ mali agibilis. Scđm ockam Licet oīs hereſis ſit erroꝛ nō tñ oīs erroꝛ eſt hereſis: patet qꝛ hereſis eſt dogma falſum fidei oꝛthodoxe cōtrariū. Erroꝛ eſt ꝓpꝛie in ſcientijs phiſicalib₉ ſed hereſis ē circa fidem catholicā. ¶ Tercia ppō. Quicqđ boni angeli faciūt ꝛ opantur hoc ꝓpter amoꝛē dei faciunt: ſed qcqđ mali angeli faciunt ꝛ opant̄ hoc in deſpectu dei faciunt. Ideo dicit bonauētura ꝙ ſemp peccant et ſemp appetūt hoīes pcipitare in malū ꝛ finalr̄ intendūt facere diſplicitū deo. ¶ Quarta ppoſitio. Quia demones ſunt curioſi ꝛ pſumptuoſi frequēter iudicāt de illis que nō ſubſunt iudicio coꝝ. Idcirco a vitatis tramite i erroꝛē labūt̄ etiā ꝗtū ad iudiciū ſpeculatiuū. Que ſunt illa q̄ nō ſubſunt iudicio demonū. Dico ꝙ ſunt futura cōtingentia: quia iſta cognoſcere ptinet ad deum vel illū cui voluerit deus reuelare: quia excedunt intellectum humanū. Nota ſm ſcotū ꝙ potiſſimū argumētū qđ fiet cōtra antixpm eſt. Cū ſis antixps maledictus ꝛ dicas te xpm eſſe in lege pmiſſum Dic mihi qđ cogitabo cras vl̄ p⁹ cras i tali hoꝛa ꝛ momēto qđ neſciet qꝛ ſoli cōpetit deo. ¶ Coꝛrelariū. Si demones q̄ habēt clarioꝛē noticiā ꝛ ſubtilioꝛē ꝙ homines viatoꝛes ſepe decipiunt̄ in iudicando illa q̄ non ſubſunt iudicio coꝝ. ſ. futura ꝯtingentia multo magis decipiuntur nr̄i aſtrologi q̄ nō valent cognoſcere qdditatem minime alicui⁹ rei. Ido eſt truſaticum ꝛc̄. ¶ Secundū Coꝛrelarium. Si demones recte vocantur pꝛeſumptuoſi a doctoꝛib₉ ſanctis: quia volunt iudicare de futuris contingentibus ꝗtomagis aſtrologi noſtri eſt dialetica heretica ars. ¶ Quinta pꝛopoſitio eſt. Tale autem iudicium eſt in demonib₉

quia ſunt in ↄtinuo reprobo ſenſu. Jdo
traditi ſunt a deo in reprobum ſenſum.
Aliquē dari in reprobum ſenſum nihil
aliud eſt ꝗ̄ ipſum puniri pena excecatio
nis in intellectu ſuo ꝗ̄tum ad agibilia:
ſic ꝙ nō videt que ſunt agenda. Et ſi pri
mum iudicium ſcʒ ſpeculatiuum rema/
neat integrum ꝗ̄tum ad ſubſtantiā po/
tentie nihilominus per culpam in demo
nibus obnubilatū vel obtenebratū eſt.
¶ Correlariū. Lʒ demones ſi pmāſiſſēt
in bonitate fuiſſent doctiores ꝗ̄ modo
ſūt: mlta tñ clare pfecte ꝛ diſtīcte cogno
ſcunt ꝛ maxime illa quoꝝ noticia eſt eis
innata in principio ſue creationis: quia
deus eſt ita bonꝰ ꝙ nō vult auferre eis ꝛ
p illas poſſunt cognoſcere encia creata.

## Querit̄ octauo. Utrū

obliuio cadat in demonibꝫ circa preteri
ta. Reſpondeo ad queſtionē. ¶ Prima
ppoſitio. Obliuio eſt puatio memorie
ꝛ nō cadit in demonibus quia demones
tot habent ſpecies intelligibiles rerum
quot habebant ante lapſum quia talis
ſpēs eſt quedā gratia gradiſdata quam
cōmuniter deus abſtrahit ppter pecca/
tum. Quidā dicūt ꝙ ſpēs intelligibilis
remanet ꝛ actualiter mouet intellectuʒ
demonū: ſed nō habent ex hoc delectatio
nem ſed ſummā triſticiā et penam Jpſi
eñ ſumme odiunt deum et intelligunt
eum velint nolint ſumme beatuʒ ſumme
perfectū. Et ex hoc cauſatur in eis ſum/
ma et maxima triſticia: quia nolunt ta/
les perfectiones eſſe in deo vel ineſſe deo
¶ Secunda ppoſitio. Obliuio cadit in
demonibꝫ quia obliuiſcūtur ſalutis ſue
ben ficioꝝ dei ꝛ maloꝛum que fecerunt.
Homo autē dicitur imemor ſue ſalutis
quādo cōtinue viuit in tali ſtatu in quo
nō vellet mori nec auderet. ¶ Nota ppo
ſitionē. Dicere ꝙ moꝛes hoim vel euētꝰ
futuri hominū ꝗ̄tuʒ ad modū viuendi
bene vel male virtuoſe vel vicioſe depen
deāt ab influētijs corpoꝛum celeſtiū nō
ſolum eſt falſum ſed hereticū diabolicū
ꝛ ſacrilegū. pʒ qꝛ eſt erroꝛ pſcillianiſtaꝝ
qui ponūt fatū. Et patet p Augꝰ. in ſer
mone epl'e. ꝛ Gregoriū i omelia ephie.

## Querit̄ nono. Utrum

in demonibꝫ ſit pcognitio quo ad futu/
ra. Reſolutio iſtius queſtionis ſtat in p
batione iſtius ppoſitionis: quia intelle/
ctus ſiue angelicus ſiue humanus pōt
cognoſcere certitudinaliter euidētia ſm
quid futura cōtingētia. Primo mō pōt
habere pcognitionem de futuris. Scdo
modo poſſunt iudicare de futuris cōtin
gentibꝫ ſed nō ita certitudinalr. Tercio
mō nulla creatura pt cognoſcere futura
cōtingentia niſi ſolus deus. ¶ Prima p/
poſitio dicere ꝙ demones ſciant certitu
dinaliter futura cōtingentia a libero ar
bitrio dependentia eſt attribuere demo/
ni ꝙ ſoli deo competit ideo eſt ibi infide
litas cui annexa eſt idolatria. ¶ Secun/
da ppoſitio. Licet eñ demones nō poſ/
ſint pcognoſcere futura contingentia a
libero arbitrio dependentia poſſunt ta/
men cognoſcere coniecturaliter ꝛ ſuſpi/
catiue. Hoc autem prouenit ſm Augu
ſtinū. iij. ſuper Geneſ. Aut eñ ſenſus vl
ingenij acrimonia. vt quādo vident ꝛ di
ligenter et conſiderant ad quid inclinet
affectio noſtra vel que ſunt inducentia
vel retrahentia. Aut ſecundo experien/
tia tempoꝛis quia ex talibus vidit talia
accidiſſe. Aut tcio doloſa cautela: quan
do proponet aliquid facere: ꝛ predicit ꝙ
aliquid ſit futurum. Aut quarto aliena
doctrina quādo iuſto dei iudicio pmit
titur addiſcere ab angelis bonis. Et ſic
patet ꝙ demones futura contingentia
ꝛ ſi poſſunt pſentire pbabiliter non poſ/
ſunt tñ certitudinaliter pſcire ¶ Prima
ppoſitio. Et ſi aſtronomi ꝛ mathemati/
ci quādoqʒ verū dicant de futuris cōtin
gentibꝫ dependentibꝫ hoc tñ non eſt niſi
coniecturando ſiue per legem aſtroꝛum
ſiue per diabolica cōmertia.

¶ Scđa ꝓpoſitio. Ois viatoꝛ ꝛ aſtrologus q̄ſcūcq; doct⁹ aſſerens ꝑtinaciter ꝛ defendēs ꝙ ipſe ꝑ ſeipm̄ vel ꝑ acquiſitam ſcientiā poſſit futura q̄ dependēt a libero arbitrio noſtro certitudinalr̄ pꝛecognoſcere eſt hereticus blaſphem⁹ impius infidelis ꝛ cōburendus quia ꝙ ſolius dei ē ſibi vſurpat impie ꝛ attribuit ¶ Terciapꝓ. Diuinatio nihil aliud ē niſi vſurpata futuroꝝ euentuū ad ſolaꝫ ſapiaꝫ diuinā ꝑtinentiū ꝑcognitio vel ꝓnūciatio. ¶ Quarta ꝓpō. Ois ꝑcognitio vel ꝓnunciatio hūana futuroꝝ moꝛū hominū bonoꝝ vel maloꝝ q̄ non innitit̄ reuelationi diuine eſt illicita diuinatio quia eſt vſurpata ꝓnunciatio futuroꝛū euentuū ad ſolius dei ſapiaꝫ ꝑtinentiū. ¶ Quinta ꝓpō. Quia demones ſunt maxime ſupbi ideo ſepius vendicāt ſibi honoꝛes diuinos ꝛ ideo dicūt ſe (mēdoſe tn̄) ꝙ ſciant futura ꝯtingentia ſicut de⁹ ¶ Tercia ꝓpō. Solus deus pōt cognoſcere ꝟtute ꝓpꝛia cōtingentia in ſeipſis euidentiſſime ꝛ ineuitabiliter.

## Querit̄ decimo. Utrū

omnis foꝛme inductio ſit a datoꝛe. i. creatoꝛe. An aliqđ agēs ꝑticulare ſiue creatum poſſit aliquā inducere. Reſolutio q̄ōnis ſtat i trib⁹ dictis. ¶ Pꝛimū dictū. Foꝛme generales ante ſui generationem ſunt in materia tanq̄ in potētia incepti ua quodāmodo actiua: ſiue coopatiua. Materia eīm habꝫ inclinationē naturalem ꝛ poſſibilitatē ad recipiendū foꝛmā nō ſolū ſed etiā ad coopandū. Notandū ꝙ foꝛma generalis ante ſui generationeꝫ tripl̄r eſt in materia. Pꝛimo mō in potētia remota paſſiua. Scđo mō in potentia ꝓpinqua paſſiua. Tercio mō in potentia actiua quodāmō ꝛ coopatiua ipi materie ad ſui generationē rōne alicui⁹ vnitatis naturalis actiue cōmunicante ſibi ab agente naturali q̄ virtus in pꝛopagatis dr̄ ratio ſeminal̄. ¶ Scđm dictum. Foꝛme generales ante ſui gn̄atio nem ſunt in agente naturali particulari tanq̄ in pꝛincipio oꝛiginali ꝛ effectiuo. Ois eīn effectus anteq̄ ſit hꝫ eſſe ꝓducibile in pꝛincipio ꝓductiuo ſui. Et ponunt exēplū de candela in textu. ¶ Tercium dictū. Licet foꝛme gn̄abiles ante ſui generationē nō habeāt ex q̄ materialr̄. habēt tn̄ ex quo oꝛiginalr̄. ideo nō dicūt̄ ꝓpꝛie creari ¶ Materia dr̄ tripl̄r. Illđ dr̄ eſſe materia a q̄ qđ ꝓducit̄ actiue ab ipſa materia: ꝛ coopatiue. Et h̄ mō materia ſcđa eſt quodāmō actiua ad foꝛmaꝫ ſubalē. et ſic ipſa foꝛma ſbalis eſt in ipſa materia Scđa aliq̄ mō actiue: Illud ē materia in qua qđ recipit̄ in ipā tāq̄ in potentia pure paſſiua. ꝛ ſic omēs foꝛme ſubales naturales ſunt. Tercio. Illud eſt de materia ex q̄ qđ cōponit̄ extriſece ex materia tāq̄ ex pte ſui ſic̄ foꝛma alicuius toti⁹ cōpoſiti. ꝛ ſic nulla foꝛma ante ſui gn̄ationeꝫ pꝛoducit̄ ex materia: qa foꝛma gn̄abilis nō cōponit̄ ex materia: ſed eſt vnū ꝑncipiū cū materia toti⁹ compoſiti: q2 ſm̄ phum. Pꝛincipia nou ſunt ex alterutris. ſunt tn̄ ex agente naturali tanq̄ ex pꝛincipio oꝛiginali. Et hec opinio eſt Scoti.

## Querit̄ vndecīo. Utrū

verarum foꝛmarū inductio poſſit eſſe a ſpū maligno. Reſolutio ſtat in duab⁹ diſtinctionibus ꝛ octo dictis. ¶ Pꝛima diſtinctio queſtio nr̄a pōt intelligi dupl̄r. Uno mō de foꝛma naturali. Alio modo de foꝛma artificiali. Si de artificiali ꝓpꝛie non habet dubiū: q2 planū eſt ꝙ demones pn̄t depingere pulchꝛe plus q̄ q̄cunq; viatoꝛ. ꝛ facere alias foꝛmas artificiales. Si auteꝫ intelligitur qō de foꝛmis naturalib⁹ tūc eſt difficultas. ¶ Secūda diſtinctio. Q2 demon poſſit inducere veras foꝛmas naturales in natura pōt intelligi dupl̄r. Uno mō ꝟtute pꝛopꝛia. Alio mō virtute aliena. ſcꝫ rerū naturaliū quas optime nouit ꝛ ſcit eas applicare adinuicē. Exēplū de agricola q̄

segetes mediāte semine iacto in terra et terra germināte ꝛ aqua irrigante fructificare facit ꝛ hoc virtute aliena ꝓpria aūt ꝟtute germinat simile: ꝛ ratio est q2 forma naturalis nō ꝑducit nisi a ꝯditore vel a natura operāte sed operatio in agricola opat: vt artifex iō pn̄t adiuenire ꝛ expedire. Primū dictū. Spūs maligni pn̄t formas artificiales inducere ī materiā virtute ꝓpria et imagines ꝛ picturas et figuras melius q̄ quicunq3 viator de cōi cursu q2 h3 intellectū practicū viuacissimū ꝛ omnes artē q̄ cōiter habet a viatoribus ꝛ pfectius q̄ viator. Scdm dictū. Demones non possunt veras formas naturales ꝟtute ꝓpria inducere in materiā: quia quicqd agūt extra se agunt p artē ꝛ nulla forma naturalis est educibilis p artē de materia. ḡ ꝛc. ¶Terciū dictū. Demon pōt p ꝟtute alienā veras formas natales educere de potētia materie. pt3 q2 demō optime nouit oēs res naturales ꝛ earū ꝟtutes ꝛ scit applicare actiua passiuis quo facto ꝑducunt vere forme naturales nō ab ipo nisi ministerialr: sed ꝑducunt ab ipsa natura: vt ab agēte ꝓprio. Et ē silr de illo q̄ facit ignē applicando ligna igni ꝛ in hoc hō opat solū ministerialiter ꝛ applicatiue. Et si q̄ras non pn̄t demones inducere veras formas naturales ꝓpria ꝟtute. Rn̄deo q2 quicqd agit demon agit p modū artis. ¶Quartū dictū. Sicut natura nō producit formā artificialē sic ars non ꝑducit formā naturalē: nullū agēs naturale agēs p modū nature pōt producere formā artificialē: nec agens p modū artis potest ꝑducere formam naturalem. ¶Quintū dictū. Et ratio est limitatio potētie agentis ad talē et talē effectū ſm dispositionē dei ꝛ ꝑmariā ordinationē causarū. ¶Sextū dictū Ordo sapie diuine h̄ exigit sc3 q in toto vniuerso sint tria agētia vltimata sic sibi inuicē ordinata q primū necessario ꝑsupponitur a scdo: ꝛ scdm a tercio. Primū agēs est deus Scdm ē natura. Terciū ē intelligētia. Per naturā intelligit agēs naturale ꝛ p intelligentiā intelligit ars siue agens p intellectū. Deus eni opat ex nihilo. Natura ꝟo nihil facit ex nihilo s3 ex ente i potencia: ars ꝟo ꝑsupponit opat onē nature ꝛ opat sup ens cōpletū. Nō eni pōt facere lapides sed domū de lapidibus. ¶Septimū dictū. Unde sicut natura non pōt anticipare opationē dei q̄ est de nihilo producere: sic nec ars opationem nature: sed eam necessario ꝑsupponit: ꝛ rō est q2 opatio naturalis p naturā ē prius in eodem q̄ opatio p artē. ¶Octauū dictū. Quia demones pn̄t vere trāsmutare formas naturales aliq̄s in alias non ꝟtute ꝓpria s3 aliena iō in illis trāsmutationibus nō sūt ꝑncipales agentes: s3 solū sunt ministri applicādo actiua passiuis. sicut hō applicando ignē igni. ¶Quid est miraculū. Rn̄deo q est aliqd opus arduū ꝛ insolitū sup spem ꝛ facultatē existētis admirātis. Nota q in ista diffinitione sunt tres particule. ¶Prima pticula: est opus arduū. Fit eni miraculū in istis opibus in quibus natura ꝑ tunc nō pt vt q fiat rose in hyeme vel dr arduū q2 solus deus illud facit. ¶Scda pticula insolitū q2 est ꝯ cursum nature cōem vel pt. Tercia pticula sup spē sensus: est q ipse admirās nō h3 spem naturalē q tale qd debeat fieri vel q fiat nec facultatē ad faciendū. Ex h̄ inferunt correlaria. ¶Primū correlariū. Incarnatio ꝟbi diuini siue opus incarnatōis est miraculū. pt3 q2 sibi competit plene ꝛ pfecte rō miraculi. ¶Scdm correlariū. Aug. In rebus p tps ortis: nulla maior gracia ē. i. nulla maior gratuita ꝯdescensio q̄ q deus fieret hō ꝛ hō deus. ¶Terciū correlarium. Productio eue de costa ade fuit miraculū q2 sibi competit diffinitio miraculi. ¶Quartū cor. Justificatio petōꝝ ꝛ impij est miraculū. pt3 p illud glo. sup ps. Cōfitebimur tibi deus q̄ dicit. In iustificatione impij qd laudas nisi miracula di

plus eſt miraculū videt̄ eſſe. Laudas q2 mortui ſuſcitāt̄ ſ3 lauda q2 mortui pdi/ti hoīes releuant̄. ¶ Quintū correlariū. Glificatio nature intellectualis eſt mira/culū: p3 q2 ſi iuſtificatio ipī eſt miracu/lū ḡ glificatio q2 maiꝰ ē glificare ꝙ iu/ſtificare. ¶ Sextū correla. Reſurrectio gn̄alis erit miraculū. pt3 q2 ſi reſuſcita/tio pticularꝫ hoīs nūc eſt miraculū ḡ a fortiori reſurrectio gn̄al̄ erit miraculū. ¶ Notandū ꝙ tria ſunt gn̄a miraculoꝝ. Quedā ſunt q̄ fiūt ꝑ iuſticiā publicam ſcꝫ ꝑ impetrationē deuotoꝝ exn̄tiū i grā dei. ſ. qbꝰ cōdeſcēdit publica iuſticia. i. deꝰ ꝑ grām. ¶ Alia ſunt ꝑ ſigna publice iuſticie q̄. ſ. ſunt maloꝝ hoīm in qbꝰ non eſt iuſticia publica. i. deꝰ ꝑ grām ſ3 tn̄ ob reuerentiā ſui noīs cōdeſcēdit ad facien dū miracula ꝛ iſti ſūt hypocrite ¶ Alia fiūt ꝑ ꝑuatos cōtractus. i. ꝑuatā ptātē. Notandū ꝙ duplex ē ptās: qdā ē ꝑuata q̄ eſt qdā pticularis ptās quā deꝰ ꝯfert vnicuiqꝫ creature i ſua creatōe ſm gdū ſue pfectōis. Alia eſt publica ptās q̄ eſt dei q̄ regit oīa ꝛ eadem ptās dr̄ iuſticia publica: q2 iuſtiſſime ꝛ potētiſſime regit oīa. ¶ Notandū ꝙ duplex eſt miraculū qddā ē ꝙtū ad rē miraculi. Et ē qn̄ ſu ſcipiēs nō h3 ordinē naturalē ad ſuſcipi endū ſuſceptū: vt ꝙ cecus natus videat. Aliud eſt ꝙtū ad modū faciēdi qn̄ illd ꝙ mutat̄ h3 ordinem naturalē ad illud ad qd mutat̄ Licet nō poſſit in tā parua mora fieri ſicut fit: qn̄ fit vinū ex aq̄ vel ſerpētes ex ꝟgis: ſicut ꝟga moyſi ꝯuerſa fuit in verū draconē: aliqn̄ nō fuiſſ3 veꝝ miraculū. quia etiā deuorabat ſerpētes malifici Exod. vij. Et iſta ſūt duplicia: qdā fiūt i inſtāti. alia repēte. Pria fiūt ꝑ ꝟtutē diuinam. Scda aliqn̄ fiūt a de/monib. Jterū miraculū capit̄ dupliciť. Uno mō cōiter. alio mō ſpāliter. Prio mō eſt oē illud qd fit pter cōem curſum nature ſiue fiat repēte ꝛ a ꝟtute creata: ſiue i inſtāti ꝛ ꝟtute diuina. Alio mō ca pit̄ ſtricte ꝛ ē qn̄ a ſolo do fit nec pt̄ fieri

a creata. L3 ḡ demōes faciāt ꝑa opa tn̄ n̄ ſt̄ miracl'a ſpālr̄ ꝛ ſtricte capta. Ex h̄ ſeqt̄ ꝙ miracl'a atteſtāt̄ vl̄ attbuāt̄ diue potētie ſi capiāt̄ ꝓpe. Dr̄nt aūt miracl'a dei ꝛ demonū: q2 miracl'a dei fiūt ab ipo deo: demones aūt ſua faciūt miniſteria/liter. Alio mō q2 miracl'a dei fiūt ꝑ pu/blicā iuſticiā ſm ꝟitatē ꝛ apparētiā. De monū fiunt ꝑ ꝑuatos ꝯtractꝰ et ſic dr̄nt ex pte miſtroꝝ. Tercio mō dr̄nt ex pte finis: q2 xp̄s facit ad vtilitatē ꝛ gl'iā3 dei ſed magi ad deceptionē et vanā gl'iam. vn̄ ſūt q̄ſi inutilia. Aduertēdū eſt ꝙ mi raculū ſignū ꝛ pdigiū dr̄nt: q2 ſigna ſūt pua miracl'a: pdigia ꝟo ſūt mag ſicut ē reſuſcitatō mortui. ſignū facere ranā. mi raculum cōmune vtriſqꝫ.

## Duodecimo q̄rit̄ Utrū

aliqͥs poſſit vel miniſterio ſeu famulatu demonū i faciēdis hmōi miracl'is abſqꝫ pctō. ¶ Nota qd ſit diuinatio. Utrū ar tes magice vel diuinatōes poſſint eē abſ qꝫ pctō i faciēdis hmōi miracl'is. Quid eſt ars magica ꝛ q̄t h3 ſpēs. Nota ꝙ ars magica eſt qdā noticia vl̄ qdā genꝰ ar tis hn̄s ſub ſe multas ſpēs. ſ. ſeptē pnci/pales. Pria dr̄ mācia ꝛ dr̄ a mceos qd eſt diuinatio ꝛ ypes qd eſt ſcia q̄ſi ſcia d̄ natura. ꝛ h3 ſeptē ſpēs. Prima dr̄ pyro/mācia q2 eſt diuinatio facta circa ignē. Scda Aeromācia in aere. Tercia ydro mācia in aqs. Quarta geomācia in t̄ra ꝛ corporib groſſis. Quinta cyroman/cia: circa manus. Sexta Ornizomācia fit in gutture vel pectore pulloꝝ vl̄ gal linarū. Septima nigromancia fit circa cadauera mortuoꝝ: ꝛ dr̄ a nigros qd eſt mors. ¶ Scda ſpēs magica dr̄ mateſis. q̄ fit tripl̄r. Primo mō in horis: ꝛ dr̄ ho/riſpiciū diuinatio facta ex inſpectiōe ho rarū ꝛ tpm. Scdo mō fit in aris ꝛ eſt au riſpiciū q̄ fit ex inſpectione ad aras vl̄ al taria. Tercio mō in auib fit ꝛ eſt augu riū q̄ fit in garritu auiū vl̄ volatu auiū ꝛ ē auſpiciū. ¶ Tercia ſpēs mathemati/

ce artis eſt ſortilegiū qđ fit p ſortes vł p oſſa mortuoꝝ vel p v̄ba ꝛ ſic de alijs. ¶ Quarta eſt pſtigiū ꝛ eſt quedā illuſio humanoꝝ ſenſuū: ꝛ dr̄ a pſtringo gis. q2 pſtringit ſenſus hūanos. ¶ Quinta eſt maleficiū ſimpl'r. ¶ Sexta eſt maleficiū ad tps: ꝛ dr̄ ꝓcutum aialiū faſcinatio. i. quidā tremor vel obſtupētia. Et de oībus iſtis eſt qō. Et nota bn̄ textū Bonauenture egregiū. Rn̄ſio qōnis ſtat in ſequentibꝫ ꝓpōnibꝫ. ¶ Prima ꝓpō. Artes magice ſiue diuinatōes q̄cunq3 non pn̄t ab aliq̄ fieri abſq3 pctō mortali ¶ Scđa ꝓpō. Nullus catholicus pōt a diabolo requirere ꝯſiliū auxiliū ſiue miniſterium volūtate ꝓpria abſq3 pctō mortali. pz auctē dn̄i Leuitici. xx. Ubi ille precipit̄ occidi a deo q̄ ſciſcitat̄ magos ꝛ arioloſ Exemplū pbat̄. iiij. Regū. xxv. Ubi reꝑhendit̄ ꝛ punit̄ rex iſrl' Ochozias q̄ miſit ad ꝯſulendū deū acharon. Et pbat̄ p Aug⁹. de vita xp̄iana. Ubi dicit eſſe dānādas ꝛ fugiēdas diuinatōes: q2 ibi interciđūt pacta demonū. ¶ Tercia ꝓpō. q̄tieſcunq3 hō volūtario cōmercio vtit̄ artibꝫ magicis quibuſcūq3 tūc peccat vł pctō fiidelitat; vł idolatrie vel iobediētie. pz q2 vel attribuit demoni qđ ꝓpriū eſt dei: vt ipſi magici adorāt demonē vł ſi nihil hoꝝ aſſit: eſt tn̄ ad min⁹ pctm̄ inobediētie. ¶ Quarta ꝓpō. Rō ꝓhibitionis iſtarū artiū magicarū ē q vtēs tali b⁹ peccat i ſemetipm̄ in eccl'iā ꝛ in deū. Primū pz q2 exponit ſe voluntarie periculo pcti mortal'. q2 vult hr̄e familiaritatē cum illo q̄ vult ipm̄ trahere ad peccatū mortale. Peccat etiā i eccl'iā q2 hꝫ familiaritatē cū inimico mortali ipi⁹ eccleſie. Peccat tercio in deū eo q deberet petere ab ipſo deo optimo ꝛ benigniſſimo ſapiētiſſimo ꝛ potentiſſimo illud qđ petit ab ipſis demonib⁹. Diabolus em̄ eſt doloſus et fraudulētus ꝛ vtitur ſeductiōe. patet quia conſtat nullum diligere vniſi ipm̄ ſeducat. ergo ꝛc̄. Eſt etiā inimicus dei ꝛ xp̄i ꝛ q̄ facit ꝯuentionē cum aduerſario xp̄i eſt mortale pctm̄.

Circa octauā diſtinctionē q̄rit̄. ¶ Utrū angeli habeāt corpa naturalr̄ ſibi vnita. Notandū q aliqđ corpus pōt vniri dupl'r. Uno mō naturaliter qn̄ ſcꝫ corpus tale hꝫ naturalē inclinationē ad illud cui vnit̄ ſicut corpus humanū reſpectu aīe. Alio mō vnit̄ corpus alicui volūtarie qđ ſcꝫ vnit̄ p ſolam voluntatē vniētis ꝛ nō hꝫ naturalē inclinationē ad illud cui vnit̄ ſicut corpus aſſumptū ab anglo. Aliqđ aūt corpus dr̄ vniri tripl'r. Uno mō tanq̄ toti cōpoſito intriſece ꝛ naturalr̄ ex ipo corpore: ſicut corp⁹ humanū toti hoi. Alio mō tāq̄ pficiēti ꝛ viuificāti ꝛ informāti ipm̄ ſic corp⁹ hūanū vnit̄ aīe. ¶ Tercio mō tāq̄ motori ſuo ſicut mobile vnitur mouēti: ꝛ ſic corp⁹ hūanū vnit̄ anie ſcđo mō: ꝛ tercō mō q2 aīa reſpectu corpis ſui hꝫ duplex officiū ſcꝫ viuificādi ꝛ mouēdi. qđ aūt intelligitur de iſto triplici mō vniōis ꝛ eſt ſenſus. ¶ Utrū angli ſint cōpoſiti intrinſece ex corpe tanq̄ pte cōpoſiti. Rn̄ſio ad qōnem. Dōm q lꝫ magni doctores circa hāc qōnē dubie fuerit locuti vt Aug⁹. ꝛ Bern̄. Modo aūt ſatis certitudinalr̄ tenetur. ꝛ Richardus de ſancto victore dicit q angeli ſunt naturaliter incoporei nec habēt corpora ſibi vnita nec etiā demones. Et hui⁹ ſignū eſt ſicut dicit Richardus Marci q̄nto de illo qui dixit. Legio mihi nomen eſt. Dionyſius dicit in plurib⁹ locis q angeli ſunt diuine mentes ꝛ ſpūalia lumia imateriales ꝛ icorporei. Cui valde credēdū ē i hac materia q2 p reuelatōꝫ pauli cognouit meli⁹ alijs naturā angelicā.

Scđo querit̄. Utrū angeli aliqn̄ aſſumāt corpa volūtarie. Sciendū q triplex eſt aſſumptio. ¶ Prima eſt trāſlatiua vł p trāſlationē fctā: Et ē q̄ aliqđ trāſfert̄ de vno loco ad aliū. Exemplū vt aſſumpta eſt maria in celū ꝛc̄.

¶Scđa eſt applicatiua ꝑ applicationē
⁊ ē illa q̄ aliq̇d aſſumit̄ ab aliq̄ ꝑ moduꝫ
habit⁹ vł ornamēti vł indumēti vt aſſu
mere cappā. Tercia eſt vnitiua ꝑ vnionē
q̄ aſſumēs vnit ſibi illud qđ aſſumit ſm
aliquē modū vniōis. Triplex eſt vnio:
q̄dā eſt ꝑ informationē vt aīa vnit̄ cor/
pori: alia ē ꝑ ſbſtātificatōꝫ alicui⁹ natu
re vt eſt incarnatio ꝟbi ⁊ dr̄ vnio ꝑſona
lis ⁊ hypoſtatica. Tercia eſt vnio moto
rū ad mobile: ⁊ de aliqua iſtarū vnionū
intelligit̄ qō nr̄a. ¶Prima ꝓpō. Angłs
volūtarie aſſumēs aliquā naturā corꝑa
lem nō vnit̄ ſibi ſicut informās informa
to q⁊ angelus eſt ſuppoſitum cōpletū iō
ſibi repugnat informare. ¶Secūda eſt
Angłs volūtarie aſſumēs aliqđ corp⁹
nō vnit̄ ſibi vnione hypoſtatica ſiue ꝑſo
nali q⁊ angłs aſſumēs corp⁹ nō ſbſtātifi
cat ipm corp⁹ nec pōt ꝟtute ꝓpria ſbſtā
tificare alterā naturā a ſua: ꝗuis poſſꝫ
ꝟtute diuina. Angel⁹ g̊ aſſumēs corp⁹
nō p̄t ipm informare nec ſubſtātificare.
¶Tercia eſt. Angłs volūtarie aſſumēs
corp⁹ vnit̄ ſibi ſicut motor intrinſec⁹ ſuo
mobili ad exercendum aliq̄s opationes
circa hoīes. Angelū ergo aſſumere cor/
pus nō eſt niſi ipm eſſe coniunctū corꝑi
aſſumpto tanq̄ intrinſecum motorē ad
exercendū opationes circa hoīes et hoc
vnio eſt volūtaria q⁊ fit volūtate ipius
aſſumētis. Dico ꝙ angelus mouēs celū
nō vnit ſibi intrinſece celū tanq̄ motor
intrinſecus. Rn̄deo ad qōnē. Dicendū
ꝙ in angelis eſt duplex vis: quedā ꝯtē/
platiua: alia adminiſtratiua. Vis ꝯtē/
platiua in angelis eſt intellectus ange/
licus et voluntas eius vt tendūt in deū
per cognitionē ⁊ amorē. Vis aūt admi/
niſtratiua ſunt ipemet potētie in q̄tum
intendūt ad tꝑalia vt ſcꝫ reſpiciunt iſta
inferiora et maxime hoīes ad quos eorū
miniſterium ordinat̄ ſm apłm Heb. pmo
Angeli aūt ꝓpter vim cōtemplatiuā nō
indigent ſolatio corporis: ſed ſolū pro/
pter vim adminiſtratiuā indigent cor/
pori ſed ꝓpter nos. Et hoc ꝓpter tria.
Tum ꝓpter operationes corꝑales exer
cendas: tum etiā ad manifeſtandū ſe no
bis qđ non pn̄t ſine corꝑe: tū deniq̄ ad
nos letificandos ⁊ ꝯfortādos etiā corpo
raliter ⁊ viſibiliter: vt p⁊ꝫ de Thobia ⁊
cecilia ⁊c̄. Aſſumūt autē corꝑa ſicut in/
ſtrumēta ⁊ ordinatiua ad operandum.
Scđo ſicut ſigna ad manifeſtanduꝫ ſe.
Tercio ſicut cooꝑimenta ⁊ habitacula.
Et q⁊ hō delectat̄ in ſpē humana: iō bo/
ni angeli cōiter apparēt in ſpē hūana ad
ꝯſolandū hoīes. Cōiungit̄ g̊ corp⁹ ange
lo ſicut inſtrumētū motori ⁊ ſicut ſignū
ſignato: ⁊ ſicut habitaculū habitatori.
Hoc aūt faciūt boni ad vtilitatē hoīm.
Mali nunq̄ apparēt ex ſe niſi ꝓpt̄ ma/
lum hoīs. Pōt aūt diſcerni apparitio
boni angłi ab apparitione mali: q⁊ boni
in pn̄cipio terrēt ſed in fine ꝯſolatū reli/
quunt hoīeꝫ: mali aūt demulcēt in pn̄ci
pio ſed in fine relinquūt ſummā triſtici
am ⁊ amaritudinē vſq̄ ad deſꝑationē.

## Tercio querit̄. Utrum

illud corp⁹ ꝙ aſſumit̄ ab angelo ſiue bo
no ſiue malo habeat verā formā corꝑis
humani. Duplex eſt corp⁹ verū ſcꝫ fan/
taſticū ⁊ humanū. Quid eſt corpus hu
manū verū: eſt corpus phiſicū ꝑfecta mi
xtione mixtū eſſentialiter cōplexionatū
ꝑfectiſſima organizatione organizatuꝫ
viuificabile ab aīa rōnali vel intellecti/
uā ⁊ diſpoſitā imediate ad ei⁹ ſuſcepti/
onē. Pono ꝓpōnes. ¶Prima ꝓpō. Nul/
lū corpus celeſte pōt eſſe corp⁹ verū hu/
manū. ¶Scđa eſt. Nullū corp⁹ imꝑfe/
cte mixtū pōt dici verū corp⁹ humanū.
¶Tercia eſt. Nullū corp⁹ elemētare. ſ.
elementū pōt eē verū corpus humanū.
¶Quarta eſt. Nulla planta pōt eſſe ve
rum corpus humanuꝫ. ¶Quinta ꝓpō.
Nullū corpus anīał bruti pōt verū cor
pus humanū dici. Hec ꝓpōnes patēt ex
deſcriptiōe ⁊ diffinitione corꝑis hūani.
Rn̄deo ad qōnē. Dicendū ꝙ licet corꝑa

aſſumpta a bonis vel malis angelis ha/
beāt regulariter effigiē corꝑis humani. Illa tñ corꝑa nō ſūt vera corꝑa hūana: nec verā formā ꝛ complexionē corꝑis humani habent. Et dr̄ regulariter: q2 demones aliqñ aſſumunt effigies corꝑorū brutoꝝ. Corpus em̄ humanū non cōpetit miniſterio eoꝝ ꝛ ſolū aſſumūt corpora ad miniſteriū. Indigēt em̄ corꝑoribꝰ velocibꝰ ꝛ leuibꝰ vt ſint apta nata diſcurſui ꝛ veloci motui ipſoꝝ. Corpus autē humanū eſt pōderoſuꝫ ꝛ graue nec multum aptum ad motum.

Secūdo querif. Utruꝫ primus parens pro poſteris ſuis ſatiſfacere potuit: ſicͭ potuit eos ex culpa ſua viciare id ē inficere ¶ Rn̄ſio ſm ſcotum Satiſfactio eſt duplex: quedā generaliter capta: ꝛ quedaꝫ ꝓprie dicta. Prima eſt redditio volūtaria equiualentis pro equalenti: alias indebiti. abſoluta datio non poteſt dici ſatiſfactio: dicif volūtaria qꝛ ſi non eſt talis magis ſatis paſſio eſſet: ꝙ ſatiſfactio: damnati ſatis patiuntur non tamen ſatiſfaciunt quia nō ſuſtinēt voluntarie. dꝛ equalentis. i. equalentis alias indebiti: quia ſi ſum⁹ obligati ad aliqua opera non poſſum⁹ ſatiſfacere per illa: et iſta eſt cauſa de operationibus tam interioribus ꝙ exterioribus. Proprie dicta eſt operatio exterior laborioſa et penalis: vel aliqua paſſio vel pena voluntarie aſſumpta ad puniendum peccatuꝫ a ſe cōmiſſum vel ab alio: et hoc propter diuinam iram placādam. Et ſic Adam ſatiſfacere non poterat vt impediretur tranſfuſio culpe originalis in poſteritatem ſuam. ¶ Nota bene id eſt doctiſſime. Uolūtas dei plene ſatiſfacit pro peccatis noſtris. Scda cauſa ꝛ meritoria eſt paſſio xp̄i a qua habent efficaciam ſacramēta.

## Tercio querit̃. Utrum

originale in oibꝰ reperiat̃ eq̃liter. ¶ Reſpōſio dicendū ꝙ ſicut ſi adam ſtetiſſet: oēs eq̃les eſſent innocētes. Ita nūc cum adam peccauit: oēs facti ſūt eq̃liter peccatores: ⁊ ita culpa originalis in oibus reperitur eq̃liter: ita ꝙ nō maior ī vno ꝗ̄ in altero: nec etiā intendi habet in eodem ſubiecto. Excepta virgine maria. ¶ Nota ꝙ maioritas vel minoritas vel equalitas ꝑuationis ſumit̃ ſm quātitatem habitꝰ: ita ꝙ tāta eſt priuatio quātus eſt habitus ſibi oppoſitus.

## Quarto querit̃. Utrū

ſit ponere vnū originale vl' plura. ¶ Reſponſio dicendū ꝙ in vno homīe vna eſt aīa q̄ per originale pct̄m inficit̃. Et vnius hominis vna eſt generatio in qua et per quā originale pct̄m tranſfunditur ⁊ ideo originale pct̄m in vno hoie eſt vnū ſolū ꝗ̄tuꝫ ad vnitatem ſm ſpeciē ⁊ ꝗ̄tū ad vnitatē ſm numerū. Peccatū ade dr̄ eo vnū qđ eſt origo oim pctōꝝ: ⁊ ſic non tm̄ vnuꝫ ſpē ſed etiā vnū numero. Alio modo dr̄ originale pct̄m qđ eſt in nobis origine. Et hoc mō nō fuit originale in adam ſed actuale In nobis aūt originale ⁊ non actuale.

## Quinto querit̃. Utruꝫ

paruuli decedētes in ſolo originali puniantur pena ignis materialis ¶ Rn̄ſio ꝯcordat pietati fidei ⁊ iudicio rōnis ꝙ qꝛ paruuli decedētes cū originali carēt iuſticia ⁊ ſpūs ſcti gr̄a qui eſt pignꝰ eterne hereditatis: ꝑuant̃ in eternū viſiōe dei ſed qꝛ nō habuerūt in ſe actualē delectatione peccati nec in ſpū nec in carne: ideo non ſentiūt pene ignis acerbitatem ¶ Nota ꝙ licet damnati puniantur infinitis penis ⁊ tormentis .i. valde multis tamen ponuntur tres quaſi principales grauiſſime. Prima eſt carentia viſionis dei q̄ dicit̃ eſſe grauiſſima ſm Criſoſto. ꝗ̄tum ad damnū q̄ ꝑdiderūt bonū infinitum: qꝛ tā mala eſt ꝑuatio alicuiꝰ boni ꝗ̄ eſt illud bonuꝫ cuius eſt priuatio. Scđa eſt vermis ꝯſcientie q̄ eſt triſticia de beatitudine amiſſa ꝓpter pct̄m ꝓpriū actuale ⁊ deſpatio ⁊ rabies ⁊ eſt grauiſſima pena ſenſus interiorum anime. Tercia eſt pena grauiſſima ſcꝫ ignis infernalis ꝗ̄tum ad acerbitatem doloris cauſati in carne. ¶ Nota ꝙ eſt quidam ignis qui accēdit̃ aqua ⁊ extinguit̃ oleo vt ptꝫ de igne calcis. Aliꝰ eſt ignis vſtiuus ſed nō cōbuſtiuus q̄ infert paſſionē magnā ſed nō ꝯſumptionē Et de iſto loquitur comeſtor dicens ꝙ talis fuit gladius verſatilis poſitꝰ añ paradiſuꝫ terreſtrem ⁊ hmōi eſt ignis infernalis. Et de iſto eſt q̄ſtio. Alius eſt ignis qui tm̄ mō illuminat ſine cōbuſtione ⁊ vſtione. Et iſtos tres ignes ꝑter ignē elemētarē ponit Guilhelmꝰ pariſien̄. in ſūma ſua. Nota ꝙ phūs in thopi. ponit triplicem ignē ſcꝫ ignis carbo ⁊ iſte viuit in materia terreſtri: et talis eſt ignis infernalis qui ſulphureus ⁊ niger ⁊ ſumme afflictiuus eſt. Alius eſt ignis flāma qui viuit in aere. Alius eſt ignis lux et iſte viuit in ꝓpria regione. ¶ Et ſic patet reſponſio ꝙ paruuli non punient̃ pena ſenſus ſed damni. ¶ Utrum paruuli decedentes in ſolo originali puniant̃ aliquo dolore interiori. Nota ꝙ dolor et triſticia diſtinguuntur proprie loquēdo. Quia dolor proprie eſt paſſio que ineſt anime primo ex carne ⁊ ſm partē ſenſitiuuam. Triſticia auteꝫ eſt paſſio q̄ primo ineſt anime ſm ſe ⁊ ſm partem intellectiuam Ex quo ſequitur ꝙ demones proprie nō dolent nec etiam anime ſeparate ꝗ̄diu ſunt ſeparate ſed bene ambo habent triſticiam: tamen vnū capitur pro reliquo In hac q̄ſtione capitur dolor large pro triſticia que dicitur dolor interior. Triſticia eſt q̄ ex his q̄ nobis nolentibus accidunt Scđm magiſtrū ſtephanū Bruleſer. Iſte doctor videtur ibi nimis eſſe rigoroſus: quia ſm ipſum ꝓbabile videt̃

ꝙ iſti paruuli erunt in iſto mundo poſt diem iudicij: ⁊ proficiet in ſcientia ⁊ poterūt diſputare ⁊ letari ad inuicē; tamē nihil habetur certū.

Circa triceſimā quartam diſtinctionē queritur primo. ¶ Utrum malum ſit a bono vt ab origine. ¶ Reſponſio dicendū eſt igitur ſicut fides ſana et magr̄ in littera ſanctorum auctoritatib⁹ manifeſtat ꝙ maluꝫ a bono habet originem. Scd̄m autē ꝙ malū dicitur malus actus interior ſic pōt eſſe primū in genere mali: ſed non in genere entis. In genere mali poteſt eſſe primū ſicut in prima deordinatione volūtatis luciferi anteꝙ̄ nulla preceſſerat malicia nec tamen poteſt eſſe principiū in genere entis. Actus em̄ ois a potentia pcedit ⁊ poſterior illa eſt. tanꝙ̄ effectus eſt poſterior cauſa. Et qm̄ potētia illa bona eſt de genere bonorum. patet ꝙ malū originem habet a bono.

Scd̄o queritur. vtrum malum ſit a bona cauſa: vtpote a voluntate efficiente ⁊ deficiente. ¶ Rn̄ſio dicēdum eſt ꝙ abſqꝫ dubio malū ſiue pctm̄ eſt a volūtate vt deficiente: vt dicit Auguſt. in Ench. Nemo querat cauſaꝫ male voluntatis: nō em̄ habet cauſam efficientem ſed deficientem. Et hoc pōt dici tripliciter ſm ꝙ triplex eſt defectus circa volūtatem ſcꝫ naturalis culpabiľ penalis. Nam defectum naturalem voco ipſam defectibilitatē q̄ eſt a voluntate hoc ipo ꝙ ex nihilo. Defectū culpabilem voco ipm peccatum. Defectum penalē voco illud damnū ſiue nocumentū ſiue leſionem que conſequitur ad illud. vñ Auguſt. Nunꝙ̄ em̄ eſt dedecus peccati ſine decore vindicte.

Tercio querit̄. vtrū malum ſit a bono ſm intentionem vel pter. ¶ Reſponſio dicendū ꝙ de malo eſt loqui dupliciter. aut de eo qd̄ eſt malum. aut de malo ſub ratione mali. Cum ergo queritur vtrum fiat per intentioneꝫ vel preter. Dicendum ꝙ ſi intentio comparetur ad id qd̄ eſt malum: ſic bene cōtingit malum intendere ⁊ tanꝙ̄ finem ⁊ tanꝙ̄ id qd̄ eſt ad finem: ſicut aliquis intendit finaliter luxuriari vel vane gloriari tanꝙ̄ id qd̄ eſt ad finem: ſicut facere furtum intendit vt inde poſſit viuere voluptuoſe: ⁊ intendit mentiri vt poſſit falſo laudari. Si vero intentio comparet ad malum ſub rōne mali poteſt eſſe dupliciter. Aut ita ꝙ intendat hoc facere tanꝙ̄ malum ſimpliciter et malum ſibi ⁊ hoc modo nullus intendit: quia nihil appetitur a voluntate niſi ſub rōne boni ſimpliciter vel boni ſibi. Aut ita ꝙ intendat hoc tanꝙ̄ malum ſimpliciter: verumtamen bonum ſibi: ⁊ ſic malum pōt fieri per intentionē ⁊ fit aliquādo. licet nō ab omnibus: ſed a malicioſis quib⁹ propter corruptionem palati interioris mala ſapiunt vt bona. Qm̄ igitur illud qd̄ eſt malum cadit ſub intentione: ⁊ aliqua ſunt que habent maliciā coniunctā inſeparabiliter: ⁊ qui intendit aliquid: per conſequens iudicat intendere qd̄ eſt illi vnitū inſeparabiliter hinc eſt ꝙ malum iudicatur ⁊ punitur: vt factum per intentionem. Ex his patet Reſpōſio ad queſtionem.

Quarto queritur. vtrū aliqd̄ malum ſit ab omni bono ſeqſtratum. Et hoc eſt querere. ¶ Utrum aliquid ſit ita malū ꝙ nihil habeat de bono: ſed ſit in ſummo. ¶ Rn̄ſio dicenduꝫ ꝙ ponere malū aliquod eſſe quod nihil habeat de bono non ſolum eſt peruerſitatis heretice: ſed etiam manifeſte cecitatis et ſtulticie. Sicut enim in opponendo monſtratum eſt ipa poſitio implicat

in ſe oppoſita. Implicat em̄ ꝙ illud ſcꝫ ſumme malum ſit et non ſit: ꝙ idem poſſit et non poſſit. ꝙ idem ſciat et neſciat. Et dum implicat in ſe oppoſita deſtruit ſeipſam. Auguſtinꝰ dicit ꝙ manicheꝰ neſciuit quid eſſet malum et quia voluit de malo diſputare neſciens quid hoc eſſet. Ideo ſe et multos precipitauit in errorem.

Quinto q̄ritur. vtrum malum ſiue malicia ſit in bono ſibi oppoſito. ¶ Reſpōſio. Dico enim ꝙ malū ſubſtantificatur in bono et non ſoluꝫ in bono: ſed etiam quoddāmō ſibi oppoſito. Unde auguſtinus. Cum bona ⁊ mala nullus ambigat eſſe contraria: nō ſolum ſimul eſſe poſſunt ſed mala omnino ſine bonis ⁊ niſi in bonis eſſe nō poſſunt Hic expreſſe habetur ꝙ mala ſunt ī bonis ſibi oppoſitis. In bono autem ꝙ directe et formaliter opponitur ſubſtantificari non habet: ſicut dicit Auguſtinꝰ vt opponitur virtus ⁊ viciū: gratia ⁊ culpa. ¶ Utrum malum ſit in bono tanq̄ꝫ aliquis habitus: an ſit pura priuatio. ¶ Reſponſio dicendū ꝙ malū ſiue peccatuꝫ dupliciter poteſt accipi. Uno modo abſtractiue. Alio modo concretiue. Sc̄dm autem ꝙ malum dicitur concretiue ſic concernit illud quod deformat vel aliquā actionem vel aliquā ſubſtantiam: et ſic dicitur malum res mala vtpote actio mala vel anima mala. et hoc modo malum aliquid eſt ⁊ habet eē nature: et ſi peccator dicatur nihil eē: hoc dicitur q̄ꝫtum ad bene eſſe: quod quidē eſt eſſe ordinatum. De quo dicit Boecius. Or eſſe eſt qđ ordinem retinet ſeruatq̄ꝫ naturā. Contingit iterum loqui de malo ſiue peccato abſtractiue et hoc modo malum ſiue peccatum in recto ſiue p̄dicatione formali non eſt aliq̄d ſed nihil: quia non eſt ens nec bonū: ſed priuatio boni. Quāuis autem maliciam vel peccatum nihil ſit in recto: in obliq̄ tamen alicuius eſt et alicuius vt oppoſiti: et alicuius vt ſubiecti. Alicuius vt oppoſiti vtpote boni. Malum enim eſt priuatio boni: ⁊ quia ſic eſt priuatio boni: vt tamē non ſit omnino vera boni adnihilatio ſic priuat bonum gratie ꝙ relinquit bonum nature: ſic priuat actuꝫ vt relinquat aptitudinem ſic priuat bonum q̄ꝫtum ad effectum vt tamē in ſubiecto relinquat debitum: ⁊ ideo malum abſtractiue ſumptum formaliter loquēdo priuatio eſt: ⁊ idō nihil eſt. Eſt entis alicuius vt ſubiecti: quia eſt in aliquo ente. Non enim eſt omnimoda priuatio ſiue adnihilatio.

Circa triceſimaꝫ quintam diſtinctionē queritur primo. ¶ Utrum peccatum aliqđ bonum habeat corrūpere. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ abſq̄ꝫ dubio ſicut Auguſtinus in pluribus locis dicit. Peccatum corrumpit ⁊ aliquo bono priuat. Cum enim per peccatum fiat anime deformatio et obſcuratio nec poſſit intelligi aliquid deformari vel obſcurari ſine ammiſſione alicuius luminis et pulcritudinis neceſſe eſt intelligi: per peccatuꝫ aliquod in nobis bonum corrūpi. ¶ Notandum eſt ꝙ peccatum non eſt qualiſcunq̄ꝫ priuatio nec cuiuſcunq̄ꝫ boni: nec in quacūq̄ꝫ creatura reperta: ſed peccatum ſiue culpa priuatio eſt iuſticie. Iuſticia autem vt dicit Anſhelmus. eſt rectitudo voluntatis. Uoluntas autem eſt in ſola rationali creatura: ac per hoc et iuſticia: et ſicut iuſticia eſt voluntatis rectitudo: ſic culpa que iniuſticia eſt. eſt volūtatis obliquatio. Sicut igitur per obliquationē fit declinatio a rectitudine: ⁊ quedaꝫ rectitudinis exterminatio: ſic in culpe cōmiſſione fit in anima quedam rectitudinis adēptio ſiue corruptio. Et eſt attē

dendum ꝙ cum ad rectitudinem volun tatis tria ꝯcurrãt: ſcʒ ipſa potẽtia recti/ tudinalis et ipſe habitus rectitudinis: et ipſa habilitas media: peccatum non coꝛrumpit ip̄am potentiam ſcd̄m ꝙ po tentia nec ſimpliciter nec fm quid: ip̄m vero habitum rectitudinis ſimpliciter tollit. Ipſam vero habilitatẽ mediam quoddãmodo coꝛrumpit ⁊ quoddãmo do relinquit. ergo potentiam nec dimi/ nuit nec aufert. iuſticiã ſimpliciter tol/ lit. habilitatem vero mediam diminuit. dum homo per peccatum minus et mi/ nus redditur ad rectitudinem iuſticie habilis fm ꝙ linea que magis et magis curuatur: minus eſt habilis ad diſpoſi tionem rectitudinis. Patet reſponſio.

## Secũdo queritᷣ. Utruʒ

peccatum ſit ipſa coꝛruptio paſſio eſſen tialiter loquendo. ¶ Reſponſio. Notan dum ſicut p̄tractatum eſt. Peccatum eſt coꝛruptio conſiſtens circa voluntatem ⁊ eius actũ cũ ſit obliquatio a rectitudi ne iuſticie. Volũtas autem in actu ſuo eſt inſtrumentum ſeip̄m mouens. Un/ de quando voluntas ad aliquid moue/ tur libere: ſi moueatur nihil afficiatᷣ in/ oꝛdinate: illa inoꝛdinatio reſpicit et vo luntatem mouentem ⁊ voluntatem mo tam. Quia voluntas dum inoꝛdinate afficitur inoꝛdinate mouet: ⁊ inoꝛdina/ te mouetur: qm̄ igitur culpa pꝛout con/ ſideratur in actu nihil aliud eſt q̄ꝫ mo/ tus voluntatis inoꝛdinatus: et ad illuʒ motum concurrit actio ⁊ paſſio: non tm̄ eſt coꝛruptio actio: immo etiam coꝛru/ ptio paſſio. Nam ⁊ inoꝛdinatio qua ani ma ſe deoꝛdinat: quia pꝛouenit ex pecca to nihil aliud eſt q̄ꝫ abſentia vel caren/ tia vbi debet eſſe. Sed priuatio iuſticie paſſiua nihil aliud eſt q̄ꝫ carentia debi/ te iuſticie. Et inoꝛdinatio qua anima deoꝛdinatur: vtraq; eſt culpa differens comparatione: vna tamen per eſſenti/ am. Et quia quales ſunt actus tales ſũt habitus maxime cum habitus generan tur ex actibus ſicut eſt in genere maloꝝ habituũ. Hinc eſt ꝙ defoꝛmitas vel pꝛi uatio in voluntate relicta ⁊ habet in ſe aliquid coꝛrñdẽs actioni: ⁊ aliq̄d coꝛre ſpõdẽs paſſioni. Et ſic eadẽ culpa ẽ coꝛ/ ruptio ſiue pꝛiuatio boni non ſolũ acti/ ue ſed etiam paſſiue dicta fm veritatem loquendo: fm appꝛopꝛiationem ꝓo coꝛ rupt'o illa inq̄ꝫtum eſt actiue intellecta tenet mere rationẽ culpe: inq̄ꝫtum vero paſſiue dicta tenet rationẽ pene. Quia inq̄ꝫtum eſt actiue dicta tenet rationem voluntarij Inq̄ꝫtum ꝓo paſſiue rationẽ inuolũtarij: nec iſta ſunt incõpoſſibilia circa eandem actionem ⁊ motum. Nam expꝛeſſe videmus ꝙ in eadẽ actione coꝛ/ poꝛali vna et eadem actio ⁊ delectat ⁊ le dit ⁊ ꝑ cõſequens ꝯtriſtat ſicut cum ſca bioſus ſcalpendo cutem ſuam dilaniat et dilaniando delectatur et etiam ledi/ tur et vnum placet et reliquum diſpli/ cet. Similiter et eadem actione ſpiritu ale eſt auerſio ab incõmutabili bono et conuerſio ad cõmutabile bonum cõuer ſio placet ⁊ auerſio diſplicet. Sic i pꝛo/ poſito dicendum eſt ꝙ eadem culpa po/ teſt dici actiue ⁊ paſſiue: ꝓut tamẽ acti/ ue dicitur pꝛopꝛie: tenet rationem cul/ pe. inq̄ꝫtum vero paſſiue tenet rationeʒ pene. Patet reſponſio.

## Tercio queritur. Utrũ

peccatũ ex hoc ꝙ coꝛrũpit bonũ ꝯtrarie tur bono increato. ¶ Nota hanc diſtin/ ctionem ꝙ malum cõtrariari alicui bo/ no poteſt itelligi dupliciter. Primo mo do pꝛout malum contrariatur bono in ſe foꝛmaliter. Secũdo modo pꝛout ma lum contrariatur bono in ſuo effectu. Ex his ſequũtur alique pꝛopoſitiones ¶ Pꝛima pꝛopoſitio eſt. Malum non poteſt contrariari ſummo bono: cum

illud ſit bonū p eſſentiā cui nihil oīno ē contrariū. ¶ Scḋa ꝓpō. Nihil pōt repugnare deo in ſuo ope: qm̄ virtus dei oīpotentiſſima eſt: ideo nullū poteſt inuenire obſtaculū. Tantus eſt ꝛ talis ordo vniuerſitatis quē ei conditor dedit vt a nullo poſſit malo ꝑturbari: vt vult Auguſtin⁹. ¶ Tercia ꝓpō. Aliquid pōt repugnare deo in effectu ſuo: quia per malum bene cōtingit aliquē dei effectū reddi minus habilē ad ſuſceptionē diuine influentie ad obtentū perfectionis ꝛ beatitudinis ad quē ordinaẜ ex ſua primaria cōditione. Patet reſpōſio. Cum em̄ diciẜ ꝙ aliquis hō̄ aduerſaẜ deo hoc non intelligiẜ ꝙ aduerſeẜ ꝛ inimiceẜ volūtati bn̄placiti cui nullus poteſt reſiſtere: immo ſemꝑ impletur vel ab homine vel de homine. q: cū deus ꝑcipiat vnū ꝛ homo malus facit ꝯtrariū deo aduerſaẜ. De⁹ odit non affectu ꝛ repugnātia voluntatis ſed effectu punitionis: ſic em̄ hoīem affligit ſicut quis affligeret ſuū aduerſarium ꝛ reddit ſubiectum.

**Quarto queriẜ. Utrū** per qōlibet malum habeant iſta tria. ſ. modus ſpecies et ordo corrumpi ſimul ꝛ inſeparabiliter. ¶ Rn̄ſio dicendū eſt ꝙ creatura rōnalis ꝛ eſt natura quedā ꝛ eſt vlterius ꝑter alias creaturas operans per volūtatem: ꝛ vtroqꝫ modo habet comparari ad deum et vtroqꝫ habet reperiri in ea mod⁹ ſpecies ꝛ ordo vtroqꝫ etiam modo habet circa eam reperiri quod eſt iſtorū trium corruptiuum ſed malū culpe ꝓprie habet conſiſtere circa ipām ẜm ꝙ eſt voluntarie operans ꝛ ideo priuare habent modum ſpeciē et ordinem ẜm ꝙ conſiſtunt circa ipām voluntatem vt eſt voluntarie operās. Uoluntas aūt cum habet modū ſpeciem et ordinem ſicut debet bona eſt. Tunc autem voluntas noſtra bona eſt quādo in mouendo ſiue operando continuaẜ diuine virtuti: vt principio mouenti et conformatur ei vt regule dirigenti ꝛ vniẜ ei vt fini quietanti: et in primo attenditur modus. in ſcḋo ſpecies: et in tercio ordo ẜm comparationē in triplici genere cauſe. Quandocūqꝫ vero aliquis peccat neceſſario diſcōtinuatur a deo tanqꝫ a ꝑncipio mouente: quia deus nunqꝫ mouet ad peccatū. Diſcordat a deo tanqꝫ a regula dirigente ꝛ elongat ſe ꝛ deordinat aliquid a fine quietante: ponens creaturam finē: ꝛ in omi peccato neceſſe eſt iſta tria cōcurrere. et ſic patet ꝙ omne peccatum circa voluntatem corrūpit: hec tria ſcꝫ modum ſpeciem et ordinem ſimul et inſeparabiliter.

**Quinto q̄riẜ. Utrum** hec tria per qōlibet peccatum corrūpantur equaliter. ¶ Reſponſio dicendū ꝙ cum illa tria videlicet modus ſpecies ꝛ ordo prout priuanẜ per modum culpe ſunt conditiones eiuſdem bone voluntatis: non ſolum ab inuicem inſeparabiles: verumetiam equales equaliter priuantur per qḋcunqꝫ malum culpe. Qḋlibet enim malum culpe intantū deordinat inqꝫtū facit deo diſſimilem: ꝛ intm̄ elongat a deo: ita ꝙ queadmodum gratia equaliter reddit animam ordinatā et ſpecioſam et potentem in bonum. tm̄ vel magis culpa deordinat ipām ꝛ deijcit in malum. Et quemadmodū in gloria ſimiliter eſt adequatio dotū: ſic etiam in culpa equaliter fit priuatio borū triū. Et ideo dicitur viſio in gloria eſt tota merces propter connexionem ꝛ eqlitatem in dotibus glorioſis: ſic etiā vt dicit Auguſt. in libro octuaginta triū queſtionū ꝙ totum nomen mali de ſpeciei priuatione repertū eſt: nō quia malum per ſolā ſpeciem priuetur vel ꝑncipaliter ſed quia in priuatione ſpeciei intelligitur priuatio aliorum. Patet reſolutio.

**Querit̃ ſexto. Utrum** per malū contingat hec tria corrūpi totaliter. ¶ Rn̄deo. Dicendū q̄ abſq̄ dubio p̄ malū culpe nō ↄtingit oīno remoueri ꝛ priuari habilitateꝫ volūtatis ad bonū nec modū ſpēm et ordinē q̄ ſm illā attendunt̃ ꝛ hoc manifeſte apparet quia nūq̄ voluntas p̄t eſſe ſine naturali habilitate ꝛ aptitudine ad bonū: ſicut ḡ non p̄t voluntas peccādo deſinere eſſe ſic nō p̄t totā habilitatē illā pdere ꝛ modū ſpeciem ꝛ ordinē q̄ ſm illā attendūt ꝛ totaliter amittere. Et hoc q̄dē exp̄ſſe Aug⁹. dicit. Et in h̄ oēs doctores cōiter ↄſentiunt. Dū em̄ hō peccat deuꝫ offendit ꝛ ex hoc efficit̃ indign⁹ ꝛ inept⁹ ad ſuſcipiēdū grām dei. reddit̃ pron⁹ ad malū ꝛ inept⁹ ad opa ꝟtutū: ſed planū ē iſtud q̄ nūq̄ eſt aliq̄s adeo indign⁹ gr̄a dei quin adhuc poſſit eſſe indignior: q2 nunq̄ offendit: quin q̄diu ē in ſtatu vie ſit ſuſceptibilis gr̄e: ꝛ ita nunq̄ ex illa pte efficitur inhabilis in ſummo ad ſuſceptionē gr̄e.

**Circa triceſimā**ſextā diſtinctionē queritur primo. Utrū pctm̄ ſit pena pcti. ¶ Rn̄deo. Dicendū ē q̄ abſq̄ dubio ſicut autoritates ſctōꝝ expreſſe dicūt tenendū eſt q̄ pctm̄ eſt pena pcti non tm̄ cauſalr̄ ſed etiā eſſentialiter Nā pena duo dicit ſcꝫ malū ſiue damnū ꝛ dicit ordinē ad p̄cedens meritūꝫ ꝛ hec duo cōtingit reperiri circa ſequēs pctm̄ Dānificatio em̄ ꝛ nocumentū eſt in ipſo ſm q̄ pctm̄: eo em̄ eſt pctm̄ quo nocet et magnū malū icurrit q̄s cū icidit i pctm̄ etiā ſi nihil aliud deberet habere poſterius. Ordinationem vero habet in eo q̄ ſequens. Hoc ipſo em̄ q̄ homo eſt in peccato dignus eſt dimitti cadere in aliud. Apocalipſis vltimo. Juſtum eſt vt qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc.

**Querit̃ ſecundo. Utrū** paſſiones anime ſint pene tm̄. an pene ſimul ꝛ pctā. ¶ Rn̄deo. Dicendū q̄ ſicut expreſſe dicit mgr̄ ꝛ probat p̄ auguſtinū multe ſunt paſſiones aīe q̄ nō ſunt ſoluꝫ penales: verūetiā culpabiles: ſicut ira et inuidia licet hmōi paſſiones pctā ſint: tm̄ nō ſunt pctā inq̄tū paſſiones vt dicit Aug⁹. Ois paſſio inq̄tū ipſā aliq̄s patitur nō eſt peccatū: ſed hmōi paſſiones pctā rōne inordinationis volūtatis coniuncte vel antecedenter vel conſequēter. Paſſio illata ab extrinſeco non eſt meritum vel demeritū niſi inq̄tū a voluntate reſpuit̃ vel acceptat̃. Un̄ occidi p̄ xp̄o nō eſt meritoriū niſi inq̄tū volitum ſed ſufferētia paſſionis. Paſſio illata ab intrinſeco vna orit̃ ex corruptione nature qm̄ natura eſt voluntas libere corrupta vicioſa corruptione p̄ ↄcupiſcentiā ꝛ tales ſunt paſſiones ire ꝛ inuidie. Alia oritur ex corruptione penali p̄ mortalitatē inflictā vt fames ꝛ ſitis ꝛc̄. Voluntas em̄ aliqñ cōuertit̃ ad bonū ſimplr̄. ꝛ tunc deteſtatur ꝛ odit qđ aduerſat̃ illi bono. vt pote pctm̄. ꝛ hoc mō paſſiones inde conſurgentes ſunt iuſte ꝛ meritorie. Si voluntas cōuertat̃ ad bonū ꝓpriū ꝛ ad bonum vt nūc. tunc paſſiones q̄ inde cōſurgunt culpabiles ſunt ꝛ male: vtpote qñ homo vult iraſci ꝛc̄.

**Queritur tercio. Utrū** cōtingat in aliquo ponere culpā ſine pena ſubſequēte. ¶ Rn̄deo. Dicendū q̄ impoſſibile eſt culpā in aliquo eſſe quin ad ipſam ſeq̄tur pena inſepabiliter. Et rō hui⁹ p̄ōt ſumi. Primo ex perfectione diuine equitatis. ¶ Scdo ex pulchritudine vniuerſitatis talis eſt iſta pulchritudo q̄ nullo mō fedari p̄ōt nec pctm̄ a pena ſepatuꝫ p̄ōt eſſe. ¶ Tercio ex corruptione culpe fedātis. q̄n mod⁹ ſpēs ꝛ ordo circa actionē voluntatis p̄uertur. Auguſtin⁹. Nemo habet iniuſtū lucrū ſine iuſto dāno: vbi lucrū ibi dānū. ¶ Quarto ex cōditione nature peccantis perdit magnū bonū ſcꝫ deū perdit honorē: pro/

prīum ſolacium. et incurrit remorſum. Tanta em̄ extatis eſt deus q̄ eſt iudex oīm vt nō patiaſ dedecus pcti ad modicum eſſe ſine decore iuſticie: omī em̄ modo debet iuſticia iniuſticiā fugare. Ex pulchritudine vniuerſitatis. Ex corruptione ꝛ inordinatōe culpe fedātis. Et ex conditione nature peccantis.

Queriſ quarto Utrum pena eſſe poſſit in aliquo ſine culpa precedente. ¶ Rñdeo. Dicendū eſt ꝙ ſi intelligaſ de cauſa meritoria de cōd:gno ſic nō habet veritatē: ſi autē intelligatur de cauſa ſine qua nō ſic aliq̄ modo hꝫ veritatem. Nulla eīm eſſet pena in homine niſi pcceſſiſſet culpa. Et ſic patet ꝙ omīs pena aliquo mō reſpicit culpā: ſed quedam vt pſentē in ſe: vtpote pena inferna lis: quedā pteritā in ſe: ſed pſentē in reatu ꝛ ſeq̄la: ſicut pena purgatoria. Quedam vero ſolū vt preteritū ꝛ hoc in eo q̄ punitur: et ſic eſt omnis pena iuſtorum chriſto excepto. Quedā ṽo reſpicit culpam nō in ſe ſed i alio ſicut patet in xpo: quia fuit voluntarie. Et per hoc patet Reſpōſio qua queriſ. Uerū pena poſſit ſeparari a culpa. Concedendū ē ꝙ ſic ꝓpt ordinationē quā hꝫ ad bonū poſterius qđ ex ea elicitur.

Queriſ quinto. Utruꝫ aliqua pena ſit a deo. Rñdeo. Dicēdū ꝙ pena plus dicit q̄ malū. Malum em̄ importat abſentiā ſiue defectū boni vbi debet eſſe. Pena ṽo importat ordinē ad ipm meritū pene: ꝛ ſimul cū hoc diſpoſitionē aliquā ſignat circa ipm punibile. Qm̄ igitr̄ ordo q̄ diſpoſitio rei dꝫ eſſe a deo ſicut a pncipio. hinc ē ꝙ rōnabiliſ concediſ ꝙ pena ſit a deo. illa potiſſime que importat ordinē fundatū ſup talem diſpoſitionē. Et qm̄ dicit aliquo modo ordinē pcedentē ꝛ culpa pcedens nō ē ex ꝯſtitutione nature ſed potius ex voluntatis inordinatōe. Hinc ē ꝙ ꝛ ſi pena dicatur a deo: nō tamē diciſ a deo faciente ſed a deo vindicante. Concedendum eſt ergo aliquas penas a deo eſſe ſicut oſtendunt rōnes ad hoc inducte pro eo ꝙ aliq̄ que pene ſunt diſpoſitiones ipſius punibilis et diſpoſitiones nō qualeſcūq̄: ſed ordinate ſm rigorē diuine iuſticie.

Queriſ ſexto. Utrum omnis pena ſit a deo. ¶ Rñdeo. Notandum ꝙ pena de generali acceptōne dicit nocumentū ordinatū. Nocumentū autē comparationē habet ad ipſum nocēm ꝛ ad illud qđ patitur nocumētū: ꝛ ad illud ſm cuiꝰ priuationē nocumētū illud attendiſ. Et ſm iſtā triplicē ꝯparatōnē nomē pene habet triplicem acceptionē. Unde diciſ pena aliq̄n actio rei ledētis. ſm ꝙ aduſtio ignis infernalis diciſ eſſe pena reproboꝝ. Diciſ etiaꝫ pena paſſio rei leſe ſiue punite ſm ꝙ diciſ afflictio reproboꝝ eſt eoꝝ pena eterna. Diciſ etiaꝫ defectus alicuiꝰ boni in quē incurritur ex illa paſſione ſicut defectus quietis. ſalutis ꝛ pacis eſt pena reproborū. Quocunq̄ autē iſtoꝝ modoꝝ dicaſ pena ſiue actio ſiue paſſio ſiue defectus ſemp nomen pene vt ſic impoſitū eſt ab ordine ꝛ qđ dicit noiat vt ordinatū. Et quoniaꝫ omne ordinatū vt tale procedit a deo a quo eſt omnis ordo. quocunq̄ modo dicatur pena: ꝛ quicq̄d diciſ pena in q̄tuꝫ pena a deo eſt: ꝛ quoniā omne ordinatū a deo eſt: a deo em̄ habet ꝙ ſit ordinatū. ꝛ ideo placet omnis ordo: ꝛ idem eſt fieri deo auctore ꝛ deo volēte. Sed ſm magiſtrum diſtinctione. xxxij. non conceditur ꝙ fomes ꝛ concupiſcētia habeat deū auctorem: ſed diabolum ꝛ hominē. Unde nec conceditur a deo eſſe excecatio obduratio imaginis deformatio: nec gratie ſubtractio ſiue expoliatio nec error nec ignorantia nec ꝯcupiſcentia nec his ſimilia. omnia enim hec vel dicunt defectum vel deordinationē aliquam.

Circa triceſimã ſeptimã diſtinctionẽ queritur primo. Utrum omnis actio ſm q actio ſit a deo. ¶ Reſpondeo dicendũ q illa opinio verior ſit que dicit q omnis actio ſiue ſubſtrata peccato ſiue non. ſm id quod eſt actio eſt a deo nec immerito: quia illud oportet ponere ſi penſetur eminentia diuine potentie z indigentia potentie creature. Et ideo hec poſitio que dicit oẽm actionem eſſe a deo ſm q actio eſt abſq omni ambiguitate tenenda eſt. Unde anſhelmus in libro de predeſtinationis concordia z pſcientie. Omnis qualitas z omnis actio: z quicquid habet aliquã eſſentiam a deo eſt. a quo eſt omnis iuſticia z nulla iniuſticia. Facit igitur deus omnia iuſta: ſine iniuſta voluntate. id ẽ bona opera et mala. In bonis quidem facit q ſunt z q bona ſunt. In malis vero q ſunt: ſed non q mala ſunt. Et iterum ibidem. Omnes actiones z omnes motus facit deus: quia ipſe facit res: a quibus: z ex quibus: z per quas et in quibus fiunt: z nulla res habet vllam potentiaz volendi aut faciendi niſi illo dante: ipm quoq velle qd aliquãdo iuſtum eſt aliquando iniuſtũ: a deo eſt. Non vero bonum eſſe nõ eſt quid: nec a deo eſt z ſic patet Reſolutio.

## Queritur ſecundo. Utrũ

omnis rei cõſeruatio ſit a deo. ¶ Reſpõdeo. Dicendũ q non ſolum omnẽ actionem: verũetiam omnẽ conſeruationẽ neceſſe ẽ eſſe a deo. Unde gregorius. Cuncta in nihilum cederent niſi manus conditoris ea cõtineret. ergo omnia que conſeruantur a deo conſeruantur. Et ratio huius eſt neceſſitas z indigentia ex parte creature. Omnis eñ creatura ex nihilo eſt z aliunde habet eſſe. Quia ex nihilo eſt: ideo quodãmodo vana eſt et vanitati ſubiecta eſt. Quia vero aliunde habet eſſe. Ideo eſſe eſt ſibi quodammodo accidentale. cõtrario modo eſt in deo Unde Hylarius ſeptimo de trinitate. Eſſe non eſt accidens deo: ſed ſubſiſtens veritas z manens cauſa et naturalis generis proprietas. patz ergo q omnis rei conſeruatio eſt a deo tanq ab immediato principio: nõ tamen eſt ab ipſo ſicut a tota cauſa. Sicut in creatura ẽ aliqua virtus operatiua creata: ſic etiã aliqua virtus conſeruatiua.

## Queritur tercio. Utrũ

omnis compoſitio ſit a deo. ¶ Reſpondeo. Dicendũ. cum compoſitonis nomẽ tripliciter accipiatur in qualibet ſuarũ acceptionũ aliquid dicit. Dicitur enim compoſitio componentis actio. Dicitur etiã compoſitio ponibilis paſſio. Dicit tercio modo compoſitio rei compoſite diſpoſitio. Et quoniã tam actio q̃ paſſio q̃ etiam diſpoſitio rei compoſite ſm q compoſita eſt aliquid dicit: z omne qd dicit aliquam poſitionẽ a deo eſt. Concedendum eſt ſimpliciter q omnis compoſitio ſit a deo ſm q compoſitio. ſicut z omnis actio z conſeruatio. Attendendum tamen eſt q quemadmodũ quedã actiones ſunt que mox nominate coniuncte ſunt male. ſicut mendacium z adulterium. Sic quedam quarundam rerum compoſitiones ſunt quas inſeparabiliter concomitatur aliqua deformitas et inordinatio. Unde quemadmodũ actio que coniuncta eſt defectui malicie inſeparabiliter dicitur a deo eſſe. Ita q defectus malicie non eſt a deo ſed a defectu creature vtpote libere voluntatis. ſic cõpoſitio cui cõiuncta eſt deformitas z inordinatio ſic eſt a deo q illa deformitas q̃ vere defectus eſt a defectu alicuius cauſe componentis create: vel a defectu ipſorum componibiliũ. Patet ergo q omnis compoſitio eſt a deo.

## Querit quarto. Utrū

actio iniuſta ſm ꝙ huiuſmodi ſit a deo. ¶ Reſpondeo. Dicendum cū iniuſticia ſiue malicia circa actionem dicat defectum et priuationem: et defectum deordinatum de ſe: ⁊ defectum carente debito fine: facere actionē iniuſtā. hoc repugnat potentie ſapie et bonitati. Eſt em̄ puatio vtilitatis ⁊ ordinis ⁊ entitatis. ⁊ quia nihil eſt attribuēdo deo niſi qđ decet potentiā ſuā. ſapientiā ⁊ bonitatem. Ideo actionē malā deo tribuere nō ſolū falſitatis ē ſed etiā blaſphemie ⁊ impietatis. patet ergo ꝙ actio mala et iniuſta ſm ꝙ huiuſmodi nō eſt a deo.

## Queritur quīto. Utrū

operatio fortuita ſm ꝙ eſt fortuita ſit a deo. ¶ Rñdeo. Dicendū ꝙ ⁊ ſi caſuale ⁊ fortuitū ſm id qđ eſt ſit a deo inq̄tū tñ caſuale vel fortuitū a deo nō eſt. Et rō hui⁹ eſt quia caſuale et fortuitū aliquid ponunt vtpote effectū q̄ eſt ex concurſu cauſarū ad aliud inceptarū. Aliqđ etiā puat: dicit em̄ caſus ⁊ fortuna defectum intentionis ⁊ pcognitionis. ⁊ qm̄ opatio cauſarū ⁊ concurſus ad producendū tales effectus aliqđ eſt: ideo a deo eſt: quia vero priuatio intentionis defectus eſt: ideo a deo nō eſt. Et qm̄ caſuale ⁊ fortuitum vt ſic noiantur impoſita ſunt a tali defectu. Hinc eſt ꝙ nō ſunt concedenda a deo eſſe. Et hoc vult dicere Auguſtin⁹ in libro octuagintatriū queſtionū. Cū dicit. Qđ caſu fit temerarie fit: ⁊ ideo ſicut nō concedim⁹ ꝙ temerariū ſm ꝙ huiuſmodi ſit a deo ſic nō eſt cōcedendum ꝙ caſuale vel fortuitū ſm ꝙ huiuſmodi ſit a deo.

## Querit ſexto. Utrum

enunciatio falſa ſm ꝙ huiuſmodi ſit a deo. ¶ Rñdeo. Dicendum ꝙ falſitas nihil aliud eſt q̄ defectus veritatis in re q̄ nata eſt verificari. ſicut malicia dicit priuationem bonitatis ⁊ rectitudinis circa actionem que nata eſt rectificari et ideo actio mala inq̄tum actio eſt a deo: inq̄tum vero mala ⁊ iniuſta a deo nō eſt: ſic enunciatio falſa. inq̄tū enūciatio a deo eſt: inq̄tū vero falſa nō eſt a deo. Quāuis nō poſſit concedi ꝙ deus faciat falſitatem orationis ſiue orationē falſam ſm ꝙ falſa eſt pōt concedi ꝙ deus faciat aliquid quo facto aliqua oratio eſt falſa neceſſario. Sicut cū iuſtificat impiū facit aliquid quo facto hec enunciatio eſt falſa. Iſte eſt impius: patet ergo ꝙ enunciatio falſa ſm ꝙ falſa nō ſit a deo.

## CIrca triceſimā octauā diſtinctionē

querit primo. Utrū voluntas ſit bona ⁊ cōmendabilis rōne boni finis. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ cū dicit voluntas eſſe bona ex bonitate finis. Hoc eſt ꝙ voluntas eſt bona ex ordinatione ad bonū finem. Ad hoc ꝙ ſit recta ordinatio ad bonū finem. Requirit ꝙ bonus finis ſit duob⁹ modis. videlicet ſm id qđ eſt: ⁊ ſub ratione finiendi. Aliquid em̄ eſt bonum in ſe: quod tamē nō recte ordinatur ad alterū ratione finis ſicut minus bonū q̄uis ſit bonum: non tamē eſt bonus finis maioris boni: pro eo ꝙ finis melior debet eſſe his que ſunt ad finem. Similiter ex parte ordinationis duo requiruntur. videlicet ydoneitas ex parte ordinabilis: ⁊ actualis conuerſio ex parte voluntatis ordinantis: ⁊ cum iſta cōcurrunt. tunc abſq̄ dubio voluntas bona ex fine bono iudicet. Cū autē hoꝝ aliquid deficit bonitas finis non ſufficit ad bonitatē voluntatis: vtpote ſi ſit finis bonus in ſe: nō tamen ſufficit ad finiendū vel complendum illud quod fit propter ipſum. Sicut mā ducatio q̄uis ſit bonum in ſe: nō tamen habet completam rationem finiendi reſpectu predicatōnis. Similr̄ mendaciū

nõ eſt ordinabile ad bonũ cum ſit ſm ſe malũ: z ideo q̃tũcunq3 qs mẽciat ꝓpt aliqđ bonũ mẽdaciũ nõ eſt bonũ: q2 deficit ibi rectitudo ordinatõis ꝓpt defectum idoneitatis ex pte actus quẽ volũtas refert ad illũ finẽ. Et ſic p3 Reſolo.

Querit ſecũdo. Quis ſit ille finis ex cui⁹ bonitate volũtas eſt bona z ad quẽ debẽt referri nr̃e voluntates ad hoc ꝙ ſint recte. ¶ Rñdeo. Dicendum ꝙ mgr recte dicit in eo ꝙ finem oĩs bone volũtatis charitatẽ aſſignat. ſecutus ẽ eñ in hoc apli doctrinã q̃ expſſe dicit ꝙ charitas ẽ ↄſummatio pcepti z plenitudo legis. Aug⁹. dicit ꝙ oĩa pcepta diuina referunt̃ ad charitatẽ. Idẽ de doctrina xp̃iana. Oſtẽdit ꝙ ad charitatis mãdatũ cõmẽdatũ ordinat̃ tota ſcptura z ita charitas nõ tm̃modo eſt finis bone volũtatis ſed etiã toti⁹ ſacre ſcripture et cognitionis ſm pietatẽ. Licet eñ xp̃s vł beatitudo ſiue deus poſſet dici finis bone volũtatis. maluit tñ magiſter dicere ꝙ charitas ſit finis ꝓ eo ꝙ cõpleta ratio fruẽdi competit ipſi charitati z eſt finis amabilis.

Quertur tercio. Utrũ bone voluntatis ſit vnus ſolus finis an poſſint eſſe plures. ¶ Rñdeo. Dicendu3 ꝙ bone voluntatis vn⁹ ſolus finis ẽ principalis. Notandũ ꝙ plures fines ſtatuere hoc põt eſſe tripl̃r. Uno modo ita ꝙ finis ſit ſub fine z ꝓpter fine3. Alio modo ita ꝙ ſit finis pncipalis: alter nõ principalis. ita tñ ꝙ finis nõ principalis nõ referatur ad pncipalẽ actualiter. Tercio modo ita ꝙ vterq3 ſit finis principalis. Exemplũ aute3 hui⁹ põt aſſignari in eo ꝙ frequẽter accidit. videlicet. Cũ quis vadit ad eccleſia3 ad ꝑcipiendas diſtributiones. Hoc eñ põt facere tripliciť. Aut ita ꝙ pncipalr̃ intendit honorẽ dei z gloriã cũ vadit decantare laudes: z ſimul cũ hoc intendit obtinere pecuniam vt pauperib9 diſtribuat. vel i alios vſus licitos ad honorẽ dei conuertat. ¶ Alio modo põt aliqs ire ad eccleſiã intendẽs deo placere: z ſimul cũ hoc pecuniã acq̃rere: ita tñ ꝙ eius acq̃ſitionẽ ad deu3 nõ refert. nec tñ ipſam pecuniã ſtatuit fine3 pncipalẽ pro eo ꝙ ipſam nõ diligit ꝓpt ſe. ¶ Tercio mõ vadit qs ad eccleſiã duplicata intentione: ita ꝙ vult deo placere: z vult obtinere pecunia3 quam ſicut auarus appetit acq̃rere vt poſſit theſaurum ſuũ ampliare et in eo delectari ꝓpt ſe. ¶ Primo mõ eſt bonum z meritoriũ z ꝑtinet ad bonã voluntatẽ. ¶ Scđo mõ nõ eſt bone volũtatis formal̃r loquẽdo: q2 eſt ibi pctm̃ veniale nõ mortale. Hoc dicit Auguſtin⁹. Din⁹ te amat q̃ tecum aliq̃d amat qđ nõ ꝓpter te amat ¶ Tercio mõ ſtatuere diuerſos fines ñ ẽ bone volũtatis imo ↄ bonã volũtatẽ. talis eñ vult duob9 dñis ſeruire. z hoc ẽ impoſſibile. Math. vi. Cũ eñ vnũ ſolũ ſit ſummum z verũ bonũ qđ q̃etat humanũ deſideriũ neceſſe ẽ ꝙ voluntas bona ad hoc ꝙ recta ſit ſtatuat ſibi finem vnicũ.

Querit̃ quarto Utrum male volũtates habeãt vnicũ finẽ. ¶ Reſpondeo. Dicendũ ꝙ ecõtrario eſt in bonis voluntatib9 z in malis. Nã voluntatum bonarũ vnic⁹ eſt finis ſiue bone volũtates ſint diuerſe diuerſitate numerali ſiue diuerſitate formali. Diuerſitatẽ numeralẽ voco qñ plures hoĩes in eodẽ genere affectionis afficiunť circa aliq̃d Diuerſitatẽ autẽ formalẽ voco qñ ide3 hõ diuerſis habitib9 ↄtrariis afficit̃ circa diuerſa. Siue enim ſic ſiue ſic cõtingat plures fines proximos et proprios aſſignare: tamen finem vltimum z principalem neceſſe eſt eſſe vnicũ videlicet ipſum deũ. Econtra de malis voluntatib9 ꝓpt impfectionẽ amoris z appetibilis. Propter impfectionẽ nãq3 amoris libidinoſi volũtates ſolo nũero differẽtes diuerſos habẽt fines. ꝓpterea q2 amor libidinoſus ſemp q̃rit qđ ſuũ eſt. tñ vnuſq̄ſq3

querit finē ſuū ꝓpriū: vtꝑꝫ in adultero ⁊ meretrice: q͛ iſte q̄rit delectationē ⁊ il la q̄rit nummū. Etiā ꝓpter imꝑfectionē appetibil' neceſſe eſt diuerſas volūtates formal'r differētes habere diuerſos fines q͛ luxuria appetit iocunditatē ⁊ leticiā ⁊ auaricia ſufficiētiā ⁊ ſupbia excellētiā Et hec oia ñ ꝯtingit repiri circa eādē rē creatā ſed circa diuerſas. Hinc eſt ꝙ vo lūtates male differētes formal'r nō vnū: ſed diuerſos fines ſibi conſtituunt.

## Querit̃ quinto. Utrū

intentio ſit in his ſolis q̄ participāt ra tionē. ¶ Rñdeo. Dicendū ꝙ triplex ē ap petitus videlicet natural'. ſenſualis ſiue aialis. ⁊ rōnalis. ⁊ quilibet iſtoꝝ appeti tuū habet ſuū regimē. nō abſurde regi mē cuiuſlibꝫ iſtoꝝ triū appellat̃ intētio. maxie tñ ꝓprie vocat̃ intētio regimē ap petit⁹ rōnal'. Et rō hui⁹ ē q͛ ad regimē ⁊ directiuū appetit⁹ natural' magis ſpe ctat dirigi q̄ꝫ dirigere. ad directiuū vero appetit⁹ rōnal' ſpectat ꝓprie dirigere. di rectiuū vero appetit⁹ brutal' q̄dāmodo mediū tenet. Et hinc ē ꝙ naturalia mo uent̃ q̄dā neceſſitate. rōnalia vero mera liberalitate. bruta mouent̃ vero q̄dā im petuoſitate: q̄ eſt infra libertatē ⁊ ſupra neceſſitatē. nō eñ pñt ſe oino reprimere et tñ pñt ad oppoſitas partes tendere. Si cut igit̃ regula directiua opationis repi tur in rōnalibꝫ ꝓprie. in ſenſualibꝫ min⁹ ꝓprie. in naturalibꝫ improprie: ſic ⁊ in tentio. ſic patꝫ Reſolutio de intentione ſm ꝙ reperitur in rationalibus.

## Queritur ſexto. vtrum

ſe teneat ex pte intellectus vel ex pte affe ctus. ¶ Rñdeo. Dicendū ꝙ ſicut ad re ctum motū ꝯgreſſiuū ꝯcurrit ſil' opatio pedis incedētis. Sic in actu intendendi claudit̃ ſiml' act⁹ rōnis ⁊ volūtatis vni⁹ vt aſpiciētis. alteri⁹ vt tendentis. Et q͛ iſti act⁹ cōiuncti ſunt. ideo p vnū vocabu lum ꝯpoſitū iportant̃. Ex his pꝫ rñſio. Concedendū ē eñ ꝙ intentio noiat ali qd ex pte volūtatis ſicut rōnes ad ꝑmā partē ꝯcludūt. Uerūetiā eſt ꝙ intentio noiat aliqd ex pte rōnis. Rōne cui⁹ dr̄ ⁊ oculus ⁊ lumē ſicut rōnes alie: ⁊ q̄ꝫtum ad hec duo intentio hꝫ dirigi fide ⁊ cha ritate: fide clarificante oculū intellect⁹ et charitate rectificante pedē affectus.

## Circa triceſimā-

nonam diſtinctionē primo q̄ritur. Utrū ꝯſcia teneat ſe ex pte intellect⁹ vel ex pte affect⁹. ¶ Rñdeo. Dicendū ē ꝙ ſicut no men intellect⁹ aliqñ accipit̃ pro potētia intelligēdi. aliqñ p habitu. aliqñ p ipſo ꝑncipio itellect⁹. Sic nomē ꝯſcie tripl'r ꝯſueuit accipi a doctoribꝫ ſacre ſcpture. Aliqñ ꝯſcia accipit̃ pro ipſo ꝯſcito: ⁊ ſic dr̄ Joh. da. Q͛ ꝯſcia ē lex intellect⁹ nr̄i. Lex eñ ē illud qđ p ꝯſcientiā nouimus Aliqñ pro ꝯſcia accipit̃ pro eo p q̄ cōſcij ſum⁹ ſcꝫ p habitu. Sic ꝯſcia accipit̃ pro habitu ſcie cognoſcentis. Aliqñ accipit̃ ꝯſcia pro ipſa potētia ꝯſcie vt ita dicam ſm ꝙ dr̄ ꝙ lex natural' ſcripta eſt in ꝯſci entijs nr̄is. Si igit̃ q̄ratur ꝯſcia cui⁹ po tentie ſit habit⁹. Dicendū ꝙ ē habit⁹ po tentie cognitiue. aliter tñ q̄ꝫ ſit ipſa ſpe culatiua ſcia: q͛ ſcia ſpeculatiua eſt pfe ctio intellect⁹ nr̄i inq̄ꝫtū eſt ſpeculatiu⁹. ꝯſcia vero ē habitus pficiens intellectū noſtrū inq̄ꝫtū eſt practicus ſiue inq̄ꝫtum dirigit in opere. ⁊ ſic intellect⁹ habꝫ quo dammodo ratiouē motiui. nō quia effi ciat motū: ſed quia dictat ⁊ inclinat ad motū: ⁊ ꝓpterea talis habit⁹ non ſimpl'r noiatur ſcientia ſed cōſcientia. vt in hoc ſignificet̃ ꝙ habit⁹ iſte non pficit illā po tentiā ſpeculatiuā in ſe: ſed put eſt quo dāmodo iuncta affectioni ⁊ operationi. ꝓpter qđ nos nō dicim⁹ ꝙ dictamē ꝯſcie ſit ad hoc ꝑncipiū. omne totū eſt maius ſua parte ⁊ ad ſimilia. ſed bene dicim⁹ ꝙ ꝯſcia dictat deū eſſe honorandū: ⁊ conſi milia ꝑncipia q̄ ſunt ſicut regule agen-

doꝝ. Concedendū eſt igitur ſicut rōnes oſtendūt ꝙ ꝯſcientia ſe tenet ex parte potentie cognitiue. licet non ſe teneat ſm ꝙ eſt ſpeculatiua ſed ſm ꝙ ē practica. Intellectꝰ eñ ſpeculatiuꝰ ⁊ practicꝰ eandē potentiā dicunt ſola extenſione differentem ſicut dicit phūs. nec ē aliquo modo intelligendū ꝙ intellectꝰ practicꝰ ſit appetitus vel voluntas. Hoc eñ negat ipſe philoſophus.

## Queritur ſecundo. Utrū

ꝯſcientia ſit habitus innatus aut acquiſitus. ¶ Rñdeo. Dicendū eſt ꝙ habitus cognitiui quodāmodo ſunt nobis innati: quodāmodo acq̄ſiti: nō tm̄ loquendo de cognitione in particulari ⁊ de cognitione cōcluſionū: ſed etiā de cognitione ꝓncipioꝝ. Qm̄ igitur ꝯſciētia nominat habitū directiuū noſtri iudicij reſpectu operabiliū habiti qđ quodāmodo habitum nominat innatū ⁊ quodāmodo nominat acquiſitū. Innatū reſpectu eoꝝ q̄ ſunt de primo dictamine nature. Acquiſitum reſpectu eoꝝ que ſunt inſtitutionis ſuperaddite. Innatū dicit reſpectu luminis directiui. Acquiſitū reſpectu ipſius ſpeciei cognoſcibilis. Naturale eñ lumen habeo ꝙ parentes ſunt honorandi ⁊ proximi nō ſunt ledendi. Concedo ꝙ conſcientia dicit habitū quodāmodo innatū videlicet ratione illius luminis ſuper nos ſignati. qđ quidā oſtendit nobis bona ⁊ quoddā ſeminariū alioꝝ habituum acquirendoꝝ ⁊ concedo ꝙ dicit quoddā habitū acquiſitū reſpectu ſpecialium operabilium. Ex his patet Reſponſio ad illā queſtionē qua queritur. ¶ Utrū omnis cognitio ſit a ſenſu. Et dicendū ꝙ non. Neceſſario eñ oportet ponere ꝙ aīa nouit deū ⁊ ſeipſā ⁊ q̄ ſunt in ipſa ſine amminiculo ſenſuū exterioꝝ. Unde ſi aliquando dicat phūs ꝙ nihil eſt in intellectu qđ prius nō fuerit in ſenſu: ⁊ ꝙ omnis cognitio ortū habet a ſenſu: intelligēdū eſt de illis que quidē habent eſſe in anima ꝑ ſimilitudinē abſtractam: ⁊ illa dicunt eſſe in anima ad modum ſcripture. Et ꝓpterea valde notabiliter dicit phūs ꝙ in anima nihil ſcriptum ⁊ eſt tabula nuda non quia nulla ſit in ea noticia. ſed quia nulla eſt in ea pictura vel ſimilitudo abſtracta. Et hoc eſt qđ dicit Auguſtinꝰ de ciuitate. Inſeruit nobis deus nobile iudicatoriū vbi quid ſit lucis: quid tenebrarū cognoſcit in libro lucis q̄ eſt veritas: quia veritas in corde hominū naturaliter eſt impſſa. De conſcientia q̄tū ad effectū ligatōis.

## Queritur tercio. Utrum

teneamur ad omne illud qđ ꝯſcīa dictat neceſſariū eſſe ad ſalutē. ¶ Rñdeo. Dicendū ꝙ cōſcīa aliqñ dictat aliqđ qđ eſt ſm legē dei ⁊ ſic ſimpliciter ⁊ vniuerſalr ligat pro eo ꝙ ad illa hō ligatus ē ꝑ legē diuinā: ⁊ ꝯſcientia q̄ illi concordat ligatum oſtendit. Aliqñ aliquid qđ eſt ꝓ̄ter legē dei ꝯſciētia ligat q̄diu manet. Unde vel tenetur hō ꝯſcientiā deponere vel tenetur illud ꝙ dictat ꝯſcīa adimplere. vtpote ſi dictat qđ neceſſariū eſt ad ſalutē feſtucā de terra leuare. Aliqñ aliqđ qđ eſt ꝯ legē dei: ⁊ loq̄mur hic de dictamine ꝑ modū ꝓ̄ceptionis vel ꝓhibitionis. nā ꝑ modū cōſilij ſiue ꝑſuaſionis: non ligat ad faciendū vel nō faciendū ſed ligat ad ſe deponendū pro eo ꝙ cum talis ꝯſcientia ſit erronea errore repugnante diuine legi neceſſario q̄diu manet ponit extra ſtatū ſalutis: ⁊ ideo neceſſe eſt ipſam deponere: quia ſiue homo faciat qđ dictat ſiue eius oppoſitū mortalr peccat. Romanoꝝ. xiiij. Omne qđ nō eſt ex fide peccatum eſt. Ibi gloſa. Omne qđ ad conſcientiam ꝑtinet. ſi aliter fiat dicit apoſtolus eſſe peccatū. Et ratio huiꝰ eſt: quia nō tm̄ attendit deus qđ homo faciat ſed quomō faciat: ⁊ iſte qui facit quod deus iubet credens facere cōtra ipſam dei voluntatem nō facit bono animo ſed malo. et ideo peccat mortaliter.

Queritur quarto. Utrum ſynderesis ſit in genere cognitiōis vel affectionis. ¶ Rn̄deo. Dicendū queadmodum ab ipſa creatōne aic intellect⁹ hʒ lumen qđ ē ſibi naturale iudicatoriū dirigens ipm intellectum in cognoſcēdis. ſic affect⁹ hʒ naturale q̄ddā pond⁹ dirigēs ipm in appetēdis. Et ſunt in duplici genere ſcʒ honeſti ⁊ cōmodi. Sicut cognoſcibilia ſunt in duplici genere ſcʒ ſpeculabiliū ⁊ moraliū. Et queadmodū ꝯſcia nō noiat illud iudicatoriū niſi inq̄tum dirigit ad opera moralia. ſic ſynderesis nō noiat illud pondus volūtatis niſi inq̄tū illā hʒ inclinare ad bonū honeſtuʒ. Et queadmodū nomē ꝯſcie pōt accipi ꝑ potentia cū tali habitu vel pro habitu talis potētie: ſic etiā ſynderesis. Uſitatiori tn̄ mō loquendi ſynderesis poti⁹ noiat potentiā habitualē q̄ȝ noiet habitum. Et q: illa potentia nunq̄ȝ ſeparatur ab illo habitu. Hic ē ꝙ habit⁹ ⁊ potētia vno noīe cōprehēdunt ⁊ potentia illa vt ſic habilitata nomē ſui habit⁹ ſortitur. Et ſic ptʒ Reſolutio ad qōnē qua q̄rit. Utrū ſynderesis dicat qđ affectiuuʒ vel cognitiuuʒ. Dico em̄ ꝙ ſynderesis dicit illud qđ ſtimulat ad bonū: ⁊ ideo ex parte affectionis ſe tenet.

Queritur quinto. Utrum ſynderesis poſſit ꝑ pctm̄ extingui. ¶ Reſpondeo. Dicendū ꝙ ſynderesis q̄tū ad actū impediri pōt: ſed extingui nō poteſt. Ideo aūt nō pōt extingui: q: cum dicat qđ naturale nō pōt a nobis oīno auferri. Un̄ gloſa ſup illud Luce. x. Abierūt ſemiuiuo relicto. Immortalitatē exuere: ſed rōnis ſenſum oīa abolere nō poſſunt qn̄ hō poſſit ſape ⁊ deum cognoſcere: nec vnq̄ȝ vnum delet extra nature veſtigia. Quāuis aūt actus eius oīno nō auferri vel extingui non poſſet: pōt tn̄ ad tēpus impediri ſiue ꝑpter tenebrā obcecatōis ⁊ laſciuiā delectatōis: vel duritiā obſtinationis. ¶ Primo dico ꝑpter tenebram obcecationis impedit ſynderesis ne malo remurmeret pro eo ꝙ malū credit eſſe bonū ſicut ē in hereticis q̄ moriētes pro ipietate erroris: credunt ſe mori ꝑ pietate fidei: ⁊ ideo remorſum non ſentiūt ſed magis gaudiū ſiccuʒ ⁊ vanū. Scđo ꝑpt laſciuiā delectatōnis ſit'r impedit. aliqn̄ em̄ in pctis carnalibꝫ ita abſorbetur hō ab actu carnis: vt remorſus locū non habeat: q: carnales hoies tanto impetu delectationis ferunt vt rō tunc nō habeat locū. Tercio ꝑpter duriciā obſtinatōis etiā ipedit ad bonū ſynderesis ne ſtimulet. Sicut in dānatis q̄ adeo ſunt in malo ꝯfirmati vt nunq̄ȝ poſſint ad bonū inclinari. Et ideo ſynderesis q̄tū ad inſtigationē ad bonū ſempiternū hʒ impedimentū ⁊ ꝑpterea q̄tū ad iſtū actum pōt dici extincta: nō tn̄ extincta ſimpl'r: quia hʒ aliū vſum videlicet remurmuratōnis Scđm em̄ illū vſum quē ſynderesis habet pungere ⁊ remurmurare ꝯ malū maxime vigebit in dānatis ⁊ hoc tenet rōnē pene nō ꝑut tenet rōne iuſticie: q: remurmuratio erit ad cōmendandū diuinā iuſticiā: ſed nō erit ad eliciendū fructuoſā pn̄iam. Un̄ remurmurabit ſynderesis in dānatis ꝯ culpā in relatiōe tm̄ ad penā ⁊ ſic nō pt extingui q̄tuʒ ad oēm actum ⁊ omne tēpus. patet Rn̄ſio de ſynderesi q̄tum ad abuſum. Et eſt queſtio.

Queritur ſexto. Utrum ſynderesis poſſit depuari ꝑ pctm̄. ¶ Reſponſio. Dicunt ſcti ꝙ ſynderesis q̄tū ē de ſe ſemp ad bonū hʒ ſtimulare et pctō remurmurare q̄ȝdiu ſumus in ſtatu vie. Ideo aliq̄ noiant eā voluntateʒ ſm quā hʒ natural'r mouere: ⁊ qm̄ pctm̄ nō hʒ ee circa actū voluntatis vt ē natura vel vt mouet natural'r ſed ſolū vt mouet deliberatiue. Hinc ē ꝙ ſynderesis per pctm̄ n̄ hʒ depuari: q: ipſa hʒ alias regere ⁊ dirigere: ⁊ dominiū regēdi pt ꝑdere. hinc eſt ꝙ ꝯtingit ꝑ culpa p̄cipitari. Preſidētia em̄ dominiȳ a duobꝫ pendet videlicet

a rectitudine preſidentis ꝛ ab obtẽpan/tia familiaritatis ꝛ quamuis ſindereſis quantũ eſt de ſe ſit recta ſemper; quia ta men ratio ꝛ voluntas freq̃ter ei obui at. Ratio ꝑ erroꝛis exceatiõe; et volũ/tas ꝑ impietatis obſtinatiõe. Hinc eſt ꝙ ſindereſis ꝑcipitari dicitur pro eo ꝙ effe ctus eius ꝛ ꝓſidentia in vires alias deli/beratiuas propter earũ repugnantiã re pellit ꝛ caſſat. Et ponit exemplũ in mi/lite qui quantũ eſt de ſe ſꝑ bene ſedet ſu/per equũ: equo tñ ruente ꝑcipitari dicit. Sic ꝛ in ꝓpoſito intelligẽdũ eſt: hic aũt modus dicendi tanꝙ rõnabilioꝛ a plu/ribus ſuſtinetur.

Circa quadrageſimã diſtinctionẽ ꝑmo que/ritur. ¶ Utrũ q̃litas operũ ſꝑ reſpõdeat q̃litati intenti onis. Et hoc eſt q̃rere. Utrum oẽ op⁹ qđ fit bona intẽtione ſit bonũ. ¶ Rñſio dicendũ ꝙ intentionis q̃litas dupl'r po/teſt accipi ſm ꝙ intentio dupliciter dr̃. Uno modo intentio dicit voluntatẽ fi/nis. Alio mõ vero non tm̃ dicit volunta tem finis. ſed etiã oꝛdinationẽ ei⁹ qđ ẽ ad finẽ quẽ appetit. Et ſm hoc dupli ci ter põt dici intẽtio bona vel mala. Uno modo dr̃ intentio bona in qua eſt perfe cta ꝛ bona oꝛdinatio operis ad finẽ intẽ tum: ꝛ ecõtra dr̃ mala in qua eſt oꝛdina/tio indirecta; ꝛ hoc mõ bonitas intentio nis nõ tm̃ reſpicit bonitatẽ finis: ſed eti am rectũ oꝛdinẽ eius qđ eſt ad ipm̃ finẽ hec em̃ duo neceſſario requirunt ad hoc ꝙ oculus ſit ſimplex ſicut dicit Bern. ad eugeniũ. vi; ꝙ veritas ſit in electio/ne ꝛ charitas in intentione. Et hoc ẽ di/cere ꝙ tũc eſt oculus mẽtis ſimplex ſiue intentio bona; qñ hoc amat finaliter qđ eſt amandũ: ꝛ eligit qđ eſt eligendũ. ꝛ h̃ mõ q̃litas opis ſemꝑ rñdet q̃litati inten tionis nec h; inſtantiã: immo ſi oculus eſt ſimplex totũ coꝛpus erit luminoſu;. ꝛ ſi oculus eſt tenebroſus hoc eſt intẽtio mala ꝛ opus iudicat malũ. Alio mõ dr̃ intentio bona q2 illud qđ finaliter inten dit eſt bonũ. Et mala: q2 illud qđ finali ter intendit eſt malũ. Et hoc mõ non eſt generaliter verũ: q2 q̃litas opis cauſat a q̃litate intentionis: ꝛ h̃ dico ꝙtum ad qualitatẽ q̃ eſt bonitas. Si qs em̃ men/tit vt pote ad liberationẽ innocẽtis: vel furat vt paſcat pauperẽ: non dr̃ bñ face/re. ſicut dicit Aug. ꝛ etiã apl's. Nõ ſunt facienda mala vt eueniãt bona. Quan tum aũt ad qualitatẽ malicie nõ habet inſtantiã: immo neceſſario malicia opis coꝛrñdet intẽtioni male intẽdẽti. Qua lecũꝙ em̃ ſit op⁹ dũ faciat illud hõ ma/la intentione. Deus q̃ ſcrutatur coꝛda malũ reputat. Cũ em̃ ad bonitatẽ boni opis neceſſario requirit intentio boni fi nis. ſola illa deſiſtente opus iudicat eſſe malũ; nõ tñ illa ſola aſſiſtẽte iudicatur eſſe bonũ: q2 plura exiguntur ad ꝯſtru/endũ ꝙ ad deſtruendum.

Secũdo querit. Utru; ꝙtum qs intendat tantũ faciat: vt ſicut opus ab intentione recipit aliq̃ mõ qua litatẽ: ita etiã recipiat quãtitatẽ. ¶ Re/ſpõſio dicendũ ꝙ ſicut ꝑcedẽti ꝓbleu mate duplex dicitur q̃litas intentionis Sic ꝛ in hoc intelligendũ eſt ꝙ quanti/tas intẽtionis dupl'r põt intelligi vi;. Aut rõne actus intendẽdi aut ipius in tenti. Et ſm hoc diſtinguit q̃ntitas in/tentionis dupl'r. Aut rõne actus inten/dendi: aut rõne ipius intenti. Et ſm h̃ diſtinguit iſta locutio dupl'r. ꝙtum in/tendis: tantũ facis. Quia tm̃ ꝛ ꝙtũ pñt eſſe noĩa vel aduerbia. Si aduerbia tũc dicũt quãtitatẽ actus intẽdendi: ꝛ tunc eſt locutio vera gñalit ſiue reſpectu bo/noꝝ ſiue reſpectu maloꝝ: q2 ꝙtũ actus intẽdendi eſt intenſus in bonitate ꝛ ma/licia: tm̃ opatio exterioꝛ eſt bona vel ma la. Omẽ em̃ meritũ ꝛ demeritũ ad actũ volũtatis reducit. licet circũſtantie exte rioꝛes aliquo mõ faciãt ad maioꝛẽ volũ

tatis deprauationē. Si aūt q̄ſtum ⁊ tm̄
ſunt noia tunc dicūt quantitatē ex parte
intenti: ⁊ ſic nō eſt generaliter verus il/
le ſermo: quia opus exterius factum nō
ſemꝑ cōmenſurat̃ ei qđ intentio intēdit.
Frequēter ei intendit hoc facere magnū
bonū ⁊ facit paruū: qꝛ modicā hꝫ chari/
tatem. Habet tn̄ aliquo mō veritatē in
malis: vicꝫ intendēdo licet nō diminuē/
do et prout tm̄ ⁊ q̄ſtum dicunt quandā
cōparationē ꝓportionis nō cōmenſura/
tionē equalitatis. Vn̄ qui intendit mul
tum peccare multū peccat: q̄lecūq; opꝰ
faciat. Non tn̄ qui intēdit parū peccare
parum peccat: maxime ſi opus facit qđ
mltū hꝫ de deformitate. Et ſic pꝫ rn̄ſio.
De bonitate operū q̄ſtū ad neceſſitatē.

## Tercio querit̃. Utrum

vicꝫ intentio abſq; bonis operibus ſuffi
ciat ad vitam eternam. hoc eſt querere.
Utrū intentio ⁊ voluntas interior ſuffi
ciat ad meritum abſq; opere exteriori.
¶ Reſponſio diſtinguendū eſt. Aut em̄
ille qui habet intentionē habet faculta/
tem bene operādi aut nō. Si non habet
facultatem cum nemo obligetur ad im
poſſibile: ſi bonā habet voluntatē et di/
rectā intentionē: tūc ſola plenitudo vo/
luntatis interne ſufficit ad meritū abſ/
ra diuina. Propoſitio. Iſto mō oīa at/
tributa poſſunt dici natura ſcꝫ intelle/
ctus voluntas ꝛ ſapiā: qꝛ de⁹ naturalit̄
habet ſapiam ꝛc. ¶ Quinto mō capit̄ p
ut idē ē qḋ incōmutabilis neceſſitas Et
ſic dicit ſolū cōditionē circa actū elicitū
Propoſitio Iſto mō ſm noīales eq̄ incō
mutabiliter pr̄ producit ſpiritū ſanctū
ſicut filius. ¶ Tertius termin⁹ eſt na/
tura humana. Unde nihil ē aliud natu
ra humana q̄ humanitas. Et humani/
tas capit̄ trib⁹ modis. Primo mō ꝓ ptī/
bus cōponētib⁹ hominē vt corp⁹ ꝛ aīa.
Et ſic dicim⁹ ꝙ duplex eſt homo ſcꝫ in/
terior ꝛ exterior. Unde homo interior ē
aīa. Homo exterior ē corpus. Et ſic hu
manitas capit̄ aliqñ ꝓ ptibus. ¶ Scḋo
modo capit̄ ꝓ forma totius reſultāte ex
illa ꝯpoſitiōe. Propoſitio. Iſta entitas
diſtructa fuit in morte xp̄i. Sed ꝯ nūq̄
dimiſit qḋ ſemꝫ aſſūpſit. R̄ndeo. Uerꝫ ē
de ptibus: nō autē de iſta forma totius.
ꝛ ſic capitur in q̄ōne. ¶ Tertio mō capi
tur ꝓ proprietatib⁹ corporis hūani: vt
iſte fecit mihi magnā humanitatē: idēſt
magnā charitatē exhibuit. ¶ Quartus
termin⁹ ē vnio: ꝛ hec ē triplex ad totam
naturā hūanam quā aſſumpſit. ſcilicet.
Quedā gratuita. Quedā beata. ꝛ ypo
ſtatica. Prima ē illa qua v̄bū diuinum
vnit̄ nate hūane quā aſſūpſit ꝑ grāz gra
tū facietē: imediate eīn repleuit de⁹ illā
aīam quā aſſumpſit ſūma grā in primo
inſtanti ſue creatōis. ¶ Scḋa ē illa q̄ fit
ꝑ clarā viſionē dei. Propō. Iſta etiā ha/
buit ab iſtāti ſue creatoīs nec mag⁹ vidꝫ
mō q̄ tūc i cruce Correlariū. Ex q̄ ſeq̄t
ꝙ ñ fuit viator ſimpl'r ſꝫ ꝯphēſor. ¶ Ter
tia ypoſtatica de q̄ ad ꝑpoſituꝫ: ꝛ tm̄ vꝫ
ſicut vnio ſuppoſital' ſiue pſonal'. Notā/
dū aūt ꝙ ſuppoſitū ē ens ꝯpletū nō ꝯſti/
tuens cū alio vnū ens ꝑ ſe nec alteri in/
herēs nec ab altero ſuſtentatū. Pria pti
cula ponit̄ ad dr̄iam aīe intellectualis ꝛ
forme informātis. ¶ Scḋa ponit̄ ad dif/
ferentiā ptiū integralium: vt caput ꝛc.
¶ Tertia ponit̄ ad dr̄iam oīm accidēti/
um q̄ inherent actualit̄ vl' aptitudinal'r.
¶ Quarta ponit̄ ad dr̄iam hūane natu
re in xp̄o q̄ ſuſtentat̄ a diuina natura. Cor
relariū. Ex q̄ ſeq̄tur ꝙ pſona ē ſuppoſitū
intellectuale. ¶ Itē ſuppoſitū in plus ſe
habet q̄ pſona: qꝛ oē indiuiduū de ge/
nere ſubſtātie ē ſuppoſitū excepta huma
nitate xp̄i: ſuppoſitū dꝛ ꝯcretiue de natu
ra hūana. ¶ Unio ypoſtatica ſm Sco/
tū ē quedā dependentia alicui⁹ nature
poſterioris ſuſtentat̄e ad aliquā naturā
priorē ipam ſuſtentificantē: ꝛ iſta eſt ſin/
gulariſſima. Nota ꝙ accidēs hꝫ duplicē
habitudinē ad ſuum ſubiectū. Pria di/
citur informantis ad informatū: vt pa/
ries dicit̄ albus ab albedine: ꝛ iſta ponit
imꝑfectionē Scḋa dicitur habitudo ſu
ſtentificati ad ſuſtentificans: qꝛ paries
ſuſtentificat albedinē: ꝛ iſta nō ponit i/
perfectionē. Unio ypoſtatica ē huic ſi/
millima. ¶ Notandum ꝙ vnio ypoſtati
ca ſupra deſcripta a Scoto capit̄ large
ꝛ non ſtricte: et eſt triplex. ſcilicet.
Perſonalis. Suppoſitalis. Suſtentifi/
calis. Unio perſonalis eſt illa q̄ aſſumi/
tur aliqua natura in vnitatem perſone.
Unio ſuppoſitalis eſt illa q̄ aſſumitur
aliqua natura in vnitatem ſuppoſiti.
Unio ſuſtentificalis eſt illa qua aſſumi
tur aliqua natura in vnitatē indiuidui.
Pro quibus ponunt̄ tales propoſitiōes
¶ Prima eſt: ꝙ de⁹ pōt aſſumere aliqḋ
in vnitatē ſuppoſiti ꝛ nō in vnitate perſo
ne: pꝫ quia ſi deus aſſumeret naturam
lapidū vel azini nō aſſumeret in vnitatē
perſone: ergo nō eſſet perſonalis ſed be/
ne ſuppoſitalis. ergo ꝛc. ¶ Secūda pro/
poſitio. Deus poteſt aliquid aſſumere ī
vnitatem ſuſtentatis ꝛ nō in vnitatē ſup
poſiti vel ſuppoſitabilis: ꝛ per ꝯſequens
nō in vnitatem perſone: patet qꝛ poteſt

aſſumere materiam primã que nec ẽ ſup
poſitabilis nec perſonabilis:tamẽ deus
eam ſuſtentaret:q2 non ẽ maior ratio de
homine ꝙ̃ de quacunqꝫ creatura alia:
cuz omnis creatura ſit inperfectiõe obe/
dientiali. Similiter dicenduz eſt de ac/
cidentib⁹:vt albedo ⁊c̃.que nõ ſunt ſup/
poſitabilia nec perſonabilia. Unio er/
go perſonalis eſt ſuppoſitalis ſed nõ ecõ
tra: et omnis vnio ſuppoſitalis eſt ſub/
ſtantificalis ⁊ nõ econtra:quia ſicut iſta
tria ſe habent per ordinem ſm ſub ⁊ ſu/
pra ſcꝫ perſona ſuppoſitũ ⁊ indiuiduum
ſic iſte tres vniones ſe habent per ordi/
nem:vt patet:q2 ſicut perſona eſt ſuppo/
ſitum ſed nõ econtra:⁊ omne ſuppoſituz
eſt indiuiduũ ſed nõ econtra:quia indi/
uidua accidentiũ nõ ſunt ſuppoſita ta/
men bene ſunt indiuidua:ita ⁊c̃. ypoſta
ſtaſis dicit͛ ab ypos qð ẽ ſub ⁊ teſis po/
ſitio. ¶ Unio ypoſtatica alio modo ca/
pitur ſtricte:⁊ iſto modo ſola vnio ſuppo
ſitalis dicitur vnio ypoſtatica. ¶ Nota
propoſitiões de humanitate. Propoſi/
tio prima. Licet homo ⁊ hũanitas pro
principali ſigto important vnam ⁊ ean
dem rem:tamẽ poſſunt ſupponere pro di/
uerſis rebus ſimpliciter diſtinctis. patꝫ
prima pars:quia abſtractum ⁊ concre/
tum pro ꝑ ſe ſignato ſignificant eandez
rem. Secunda pars patet:q2 homo eſt
termin⁹ concretiu⁹ ⁊ cognotatiu⁹:⁊ idõ
poteſt ſupponere ꝓ ſuppoſito:qð ſuppoſi
tum fuit ab eterno:⁊ quod ſuppoſitũ eſt
filius dei. Humanitas autẽ non poteſt
ſic ſupponere:q2 iſta eſt heretica:fili⁹ dei
eſt humanitas:⁊ tamẽ iſta eſt vera. Fili/
us dei eſt homo:quia humanitas impor
tat ſolum nomẽ nature. ¶ Humanitas
poteſt ſic deſcribi. Eſt natura cõpoſita
ex corpore ⁊ anima intellectuali Homo
vero eſt natura compoſita ex corpore et
anima intellectiua que ẽ ſubſtãtata ab
aliquo. vel eſt aliquod ſuppoſitum ſub/
ſtentans talem naturã. ¶ Secũda pro/
poſitio. Licet hec propoſitio particula/
ris:aliquis homo ẽ realiter humanitas
ſit vera. hec tamẽ vniuerſalis. omnis ho
mo eſt realiter humanitas eſt falſa. pri/
ma pars patet:quia ſortes ⁊ plato ſunt
realiter humanitas. ⁊c̃. Secunda pars
patet:quia xp̃s eſt homo ⁊ non humani
tas. ¶ Tertia propoſitio de rigore ſer/
monis. Iſta eſt falſa. Filius dei aſſum/
pſit hominẽ eo ꝙ ibi homo ſupponit pro
ſuppoſito:⁊ eſſet ſenſus ꝙ filius dei aſſũ/
pſiſſet filium dei. Et ſi inueniat͛ in ſcri/
ptura capitur cõcretum pro abſtracto:
⁊ eſt ſenſus. Aſſumpſit hominẽ id eſt na
turam humanã:ſicut iſta. Scientia in/
flat:⁊ iſta. Uirtutes ſunt elate cum refe
runtur ad ſe ſupple. id eſt virtuoſi cũ at/
tribuunt ſibi illas virtutes ſunt elati et
ſuperbi. ¶ Nota ꝙ deus eſt vbiqꝫ ꝑ eſſẽ
tiam preſentiam ⁊ potentiam. Per eſſen
tiam id eſt per naturam:quia nõ eſt ve/
rius in paradiſo ꝙ̃ in qualibet creatura
vel ĩ inferno. Eſt tamẽ in paradiſo bea
tis vt obiectuz beatificũ. Per preſentiã
quia omnia nuda ⁊ aperta ſunt ocul͛ ei⁹
Per potentiam: quia omnia conſeruat
in eſſe ⁊ niſi cõtinuo conſeruaret nõ poſ
ſemus nec aperire os. ⁊c̃. ¶ Nota ꝙ dr̃
omne ꝟbũ nõ erit impoſſibile. Ibi ꝟbũ
capitur ꝓ verbo mentali. cogitatione.

## Rñſio ad queſtionem.

Dicendũ ẽ ꝙ poſſibile abſqꝫ dubio fuit
naturã humanã vniri diuine in perſona
filij. Rõ aũt h⁹ ẽ iſta. Q2 illa attribuẽ/
da ſũt diue potẽtie q̃ ſibi nõ derogant:⁊
talia ſunt q̃ poſſibile ẽ poſſe Diuinã aũt
naturã hũane vniri in vnitate ꝑſone nõ
eſt aliud ꝙ̃ diuinam perſonam que ab
eterno fuit ypoſtaſis reſpectu diuine na
ture:eſſe ypoſtaſim reſpectu hũane na/
ture in tempore. Hoc autem non dicit
aliquã imꝑfectionem ſed ꝑotius digni/
tate ⁊ nobilitatẽ. Sicut em cũ deus ab
eterno ſit bon⁹ in nullo fit derogatio bo
nitati ſue cũ eſt cã bonitatis create in tẽ
pore:ꝙ̃uis bonitas creata longe ſit infe

rioꝛ bonitate increata: ſic cum pſona fi/
lij dei ſit ypoſtaſ intellectualis ꝛ ſpūal:
ꝛ increata ab eterno:in nullo derogat ei
ſi ſit ypoſtaſis rōnalis nature create ī tē
poꝛe. ¶ Et queadmodū de⁹ de nō creā/
te fit creans in actu abſq ſui aliqua mu
tatiōe vel innouatiōe: ſolū facta muta/
tione ex parte nature create. Sic perſo
na filij dei que nō erat ypoſtaſis huma/
ne nature in actu: habet eſſe ypoſtaſis
abſq aliqua ſui mutatōe vel innouatio
ne ſola facta mutatione ex parte natu/
re aſſūpte. ¶ Et queadmodū de⁹ qui ē
in creatura p eſſentiā pñtiam ꝛ potētiā
in nullo dependet ab ipa:ſed poti⁹ depē
det ab ipo creatoꝛe tanq̄ a cā cōſeruan/
te ꝛ ſuſtentante. Sic de⁹ cū ē in creatu/
ra rōnali p vnionē nō dependet ab ipſa
ſed poti⁹ ecōuerſo:rōnalis creatura de/
pendet ex ypoſtaſi diuina ꝛ habet ſuſten
tari in illa:ſicut natura ſuſtentat in per/
ſona. Et ſic pꝫ ꝙ vnio diuine nature cū
humana in nullo derogat nobilitati di/
uine. Et iō cū oīa attribuenda ſint deo
que nō derogant omnipotentie eius:in/
dubitāter ponendū ē eius incarnatiōis
myſteriū eſſe deo poſſibile;ꝑpter qđ di/
xit angelus ad mariam in ei⁹ pmoꝛdio
aperiens incarnatiōis myſteriū nō erit
impoſſibile apud deū omne vbū. Vnđ
ꝛ ꝯcedende ſunt rōnes que hoc oñdunt
ſcꝫ ante oppoſitum.

## Secūdo querit. Vtrū

quelibet trium pſonaꝝ vna pſona poſſit
vniri ſine altera. ¶ Altera capit dupl'r.
Vno mō pticulari: ꝛ tūc eſt idē ꝙ aliq
Alio mō capit relatiue vt ē relatiuū di/
uerſitatis ſube ꝛ ē ſenſus. Vtrū vna poſ
ſit ſine alia:hoc ē filius ſine patre:vl' pa/
ter ſine filio: ¶ Rñdeo dicendū ē ꝙ ſine
dubio vna pſona incarnari pōt ita ꝙ nō
alia incarnet:ſicut opis euidētia manife
ſtat. Et rō hui⁹ ē iſta:q2 cū ꝯtingat du/
pliciter cōpari creaturā ad creatoꝛē:Vi
delicet ſm ſuſceptionē alicui⁹ cōpletio/
nis.et ſm relatiōis habitudinē ( Cōple
tio dr a cōpleo es.ere.inde cōpletio.i.ꝑ/
fectio) ¶ Pꝛia cōpatio neceſſario reſpi/
cit tres pſonas indiſtīcte ꝛ diuiſim. pꝛo
eo ꝙ in eis ē vna pfectio eēntialis. Com
paratio vero ſm habitudinē relationis
pōt eſſe reſpectu alicui⁹ pſone determi/
nate ꝛ diſtincte;p eo ꝙ iſte pſone relatio
nibus diſtinguūt. ¶ Silr de⁹ dupl'r ha
bet cōpari ad creaturā: videlicet in rōe
pncipij cauſantis:ꝛ in rōne ſuppoſiti ſu/
ſtentificantis ¶ In pꝛima cōpatione ne
ceſſario ſibi cōicant tres pſone p eo ꝙ in
deo eſt vnica natura:ꝛ vnica eſt virtus
opatiua p quā de⁹ creaturaꝝ eſt cauſa.
¶ Secūda vo ꝯpatio pōt reſpicere ali/
quā pſonā diſtīcte;p eo ꝙ ꝛ ſi vna perſo/
na cōicat cū altera in natura ꝛ vtute ei⁹
diſtinguit tñ ab alia in ſuppoſito ꝛ per/
ſonali ꝓpꝛietate. ¶ Qm̄ ergo in vnione
naturaꝝ ſiue incarnatiōe pſona diuina
fit ſuppoſitū ſiue ypoſtaſis humane na/
ture:ita ꝙ vnio ſiue incarnatio non tm̄
dicit habitudinē dei ad creaturā pmo/
dum cauſe:imo etiā per modū ſuppoſiti
Similiter ex pte creature nō dic com/
parationē ſolū quātū ad ſuſceptionē cō
pletionis:ſed etiā quantū ad habitudi/
nem relationis. Hinc eſt ꝙ incarnatio
poteſt cōuenire vni perſone:ita ꝙ nō cō/
ueniat alteri. Vnde rationes hoc oſtē
dētes ꝯcedende ſunt p oppoſitū. ¶ No/
ta ꝙ quattuoꝛ ſunt noīa in diuinis qui/
bus vtuntur greci et his coꝛreſpondent
quattuoꝛ latina. Pꝛimū vſia ꝛ tm̄ valet
apud latinos ſicut eſſentia. Scđm vſio
ſis cui coꝛrñdet ſuba. Tertiū ypoſtaſis
ſuppoſito. Quartū pꝛoſopon ꝛ coꝛrñdꝫ
ei i latino pſona. ¶ Perſona capit tripl'r
Vno modo p facie laruata vt q̄ fingūt
ſpeciem alienam. Secundo modo capi
tur p perſona exiſtente in dignitate:vt
decani curati. Tertio modo capit pꝛo/
pꝛie que ſic diffinit a Richardo. Eſt in
tellectualis nature incōmunicabilis ex
iſtentia. ¶ Nota ꝓpoſitiones duplices

ſunt relationes ſcȝ cõmunes ⁊ equipan/
tie: Alie diſquipãtie: ⁊ ſũt duplices ſcilicȝ
ſuperpoſitionis ⁊ ſuppoſitionis. Relati
ones cõmunes ſunt que ſunt eiuſdem ra
tionis in vtroqȝ extremo: vt ſimilitudo
duarũ albedinũ tales relationes non
ſunt inter deum ⁊ creaturaȝ: patet quia
nunqȝ deus relatione reali refertur ad
creaturã. Relationes diſquipantie ſũt
ille q̃ non ſunt eiuſdẽ rationis in vtroqȝ
extremo: vt paternitas ⁊ filiatio. Rela
tiones ſuperpoſitionis ſunt ille que im/
portant aliquã principalitatẽ in vno ex
tremo ſcȝ fundamẽto vt diuinũ magiſte
riũ. Relationes vero ſuppoſitionis ſũt
que important aliquã inferioritatem in
ſuo fundamento: ⁊ diſtinguũtur inferi/
ores alie ſuperiores. ¶ Unio nature hu
mane ad verbũ diuinum non dicit rela/
tionẽ cõmunẽ ſiue equipantie ſed diſqp/
antie: quia non ẽ mutua: qꝛ verbũ diui/
num non refert realiter ad creaturã ſed
bene econtra. ¶ Hec vnio verbi dicit re/
lationẽ ordinis: realem in vno extremo:
cui in altero extremo nulla realis corre/
ſpondet. Ubi enim eſt prius ⁊ poſteriꝰ
ibi eſt relatio ordinis: ſed verbũ diuinũ
eſt prius ⁊ humana natura eſt poſterior
ergo. Non eſt autem relatio ordinis cau
ſati ad cauſam: qꝛ talis relatio termina
tur ad totã trinitatem. Nec eſt relatio
cauſati prioris ad poſterius: qꝛ verbum
diuinũ non eſt cauſatum ſed eſt relatio
ordinis nature poſterioris ſubſtantate ad
verbum diuinũ tunc ad prius ſubſtan
tificans. ¶ Ex his ſequit ꝙ eſt triplex
relatio ordinis. ſcȝ cauſe ad cauſatum
cauſati prioris ad cauſatum poſterius
⁊ ſubſtantificati ad ſuſtentificans.

## Tertio querit. Utrum

vna perſona poſſit vniri cum alia vnio/
ne ypoſtatica. Aduertẽdum ꝙ queſtio
non q̃rit abſolute vtrũ vna perſona ſcȝ
pater vel filius poſſit cum alia vniri: qꝛ
certum eſt apud omnes ꝙ diuina perſo
na non poteſt aſſumere aliam: quelibet
tamen perſona creata eſt aſſumptibilis
a ſuppoſito diuino in ſenſu diuiſo. Et
nullum ſuppoſitũ diuinũ poteſt ab alio
ſumi. Sciendũ ꝙ de rõne perſone ẽ ꝙ
ſit cõmunicabilis ſed differenter. Nam
pſona diuina eſt incõmunicabilis tripli
citer: ſcȝ vt qd: et: vt quo ſcȝ p modũ for
me informantis: ⁊ etiam eſt incõmuni/
cabilis cõmunicabilitate poſſibilitatis:
quia vna perſona nõ poteſt cõmunicari
alicui. No ſic de perſona creata que non
importat vel dicit repugnãtiaȝ ad ſe cõ/
municandũ ſicut increata. ¶ Ex quo ſe
quitur ꝙ perſona nõ oĩmode ⁊ vniuoce
dicitur de perſona creata ⁊ increata: qꝛ
dicitur de perſona diuina ꝙ ſibi repug/
nat cõmunicari: nõ ſic de creata. ¶ No/
tandum ꝙ triplex eſt negatio. Quedã
eſt negatio nuda ⁊ pura actus. Quedã
negatio aptitudinis: alia ẽ negatio poſ/
ſibilitatis. Exemplũ de prima: vt quan
do lapis eſt exiſtẽs ſurſum ẽ negatio ex/
iſtentie deorſum actualiter nõ inclinati
onis naturalꝭ: ſimiliter cũ nõ rideo actu
eſt negatio actus nõ aptitudinis. ¶ Ne
gatio aptitudinis eſt illa que negat ap/
titudineȝ: vt cum dicitur: ſuperficies nõ
eſt alba. quia nõ habet aptitudinẽ natu
ralem ad ipſam: quia eſt neutralis ad al
bum ⁊ nigrum. Alia ẽ negatio poſſibili/
tatis que negat poſſibilitatem ſicut in
bruto ꝙ ſit rationale includit impoſſibi
litatẽ. ¶ Illud dicitur perſona quod eſt
penitus cõmunicabile ⁊ oportet ꝙ non
innitatur alteri: ſed quia natura huma/
na innititur verbo diuino ⁊ cõmunicat
ſibi: ideo propter hoc non erit perſona.
Hoc tamen non obſtante non eſt nega/
tio aptitudinis: quia eſt apta nata ad hꝫ
ꝙ ſit perſona. Similiter anima ſepara/
ta licet habeat incõmunicabilitatem ſi/
ue negationeȝ actus: eſt tamen apta na
ta cõmunicari corpori. ¶ Perſona autẽ

ſm Scotum creata eſt illa que nõ inniti tur nec eſt apta nata initi. idest depen dere. Perſona autem diuina eſt illa que habet duas predictas conditiones: ita ꝙ neqꝫ poteſt initi id eſt ſuſtẽtificari vel comunicari qđ idem eſt.

¶ Queritur ergo vtrum vna perſona diuina poſſit vniri cum alia aſſumendo vnam ⁊ candẽ natnram.

## Reſolutio queſtionis

ſtat in tali ↄcl'oe ꝙ plres perſone nõ pñt vnũ ⁊ eundẽ hominẽ aſſumere ad talem vnitatẽ que facit cõmunicationẽ ydiomatũ: ⁊ ly hominẽ accipitur pro humanitate: concretum pro abſtracto. ¶ Cõmunicatio ydiomatum eſt terminus cõplexus includens duos terminos ptiales. Cõmunicatio ydiomatũ ſic deſcribit: eſt mutuatio vł verificatio aliquoꝝ ꝓdicatorum vel proprietatũ duarũ naturarum ad inuicem vnitarum in vnitate perſone. yd omata vt hic capiuntur nõ ſunt niſi proprietates vel ꝓdicata aliquorum: vt ꝓdicata hominis dicuntur eius proprietates ⁊ ydiomata. Propter vltimã articulum: nota ꝙ perſona verbi aſſumendo naturã humanam' fit homo: ideo propter hocvtriuſqꝫ nature fit in chriſto cõmunicatio ydiomatũ. i. predicatoꝝ ⁊ proprietatũ. Iſta tamẽ predicatio debet fieri incõcreto: vt iſte homo qui pendet in cruce eſt impaſſibilis vel immortalis. Hoc intelligẽdo ſm diuerſas naturas ſcꝫ humanã ⁊ diuinã nõ tamẽ cõceduntᷓ cõtradictoria: vt iſta: Eſt crucifixus: nõ eſt crucifixus. Diximꝰ ergo ꝙ plures perſone diuine nõ poſſunt vniri ⁊ eundem hominẽ aſſumere ad vnitatem que facit cõmunicationẽ ydiomatum: quia manifeſte implicat cõtradictionem: nec eſt factibile: patet: quia ſi hoc eſſet poſſibile hoc eſſec in vnitate aſſumẽtis aut aſſumpte nature: ſed vtrunqꝫ eſt impoſſibile. Primum patet: quia vnitas aſſumentis nõ ẽ niſi duplex: ſcꝫ perſone: ⁊ eſſentie. Sed ſi aſſumerent in vnionẽ eſſẽtie: ergo humana natura efficeretur diuine. Si perſone: ergo tres ꝓſone efficerentᷓ vnica perſona: ꝙ eſt hereticum. Si in vnitatem aſſumpti: hoc etiam eſt impoſſibile: quia vnitas aſſumpti eſt indiuiſibilis. Unde deus vt dicit Damaſcenus aſſumpſit naturam noſtraꝫ cum at homo. i. ſingulari: ab a qđ ẽ ſine ⁊ thomo diuiſibilis q: ſine diuiſibilitate. Itẽ clarum ẽ ꝙ ſi pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctꝰ aſſumerent candem naturã: eẽt vnꝰ homo: patet q: ſignificato hoc homine verum eẽt dicere: hic homo eſt pater: ⁊ hic homo ẽ filius. ⁊c̃.

## Circa ſolutionem vltimi argumenti

notandũ ꝙ licet tres perſone diuine nõ poſſint ſimul' ⁊ ſemel vnã ⁊ eandẽ naturã in vnitate perſone aſſumere: poſſunt tamẽ aſſumere vnã ⁊ eandem naturã in vnitate indiuidui vł ſingularitatis. Ita ꝙ tres perſone nõ eẽnt vna perſona: ſed vnus homo eẽnt: ⁊ hec vnio nõ eẽt perſonalis nec ypoſtatica ſꝫ eẽt vnio ſuſtentifica. Hec ẽ opinio Guilhelmi Uarlionis.

## Quarto queritᷓ. Utrũ

quelibet ꝓſona trium ꝓſonarum poſſint incarnari per ſeipam. De iſtã queſtione ſunt due opiniones. ¶ Prima ẽ ꝙ nulla ꝓſona poteſt incarnari niſi ꝓſona verbi Ratio iſtorum ẽ: quia credũt ſe ſeq̃ beatum Anſhelmũ: Sed nihil euꝫ oĩno ſequũtur. pro eo ꝙ Anſhelmꝰ nõ vult dicere ꝙ ſit impoſſibile apud deum aliam ꝓſonã a filio incarnari: ſed vult hoc dicere ⁊ oñdere ꝙ nõ ẽ ita decens de alia perſona ſicut de perſona filij.

¶ Circa ſecundum articulũ: queritur. ⁊ eſt in ordine.

Queſtio quinta. vtrū in opere incarnationis ſeruet̃ debita cõgruentia ex pte dei. Et ꝙ ſic videt̃ infinita potētia: ſapiētia z bonitas debet ſe pfecte manifeſtare: ſed nõ põt ſe perfecte manifeſtare niſi ꝑ effectū aliquo mõ infinitum. Nihil aũt ē infinitum actu niſi ſolus deus: ergo ad hoc ꝙ diuine potētie ſapiētie z bonitat̃ infinitas manifeſtetur: cõgruū fuit aliquē effectum fieri cui attribueret̃: cē idem qđ ē bonum infinitū: ſed hoc fuit cū deus vnitus ē carni. ergo zc̃. Item pfectiſſime agere ē pducere rem ſuā actionē ad ſtatum z cõplemētū: ſed ſtatus z cõplemētuȝ corpꝫ ē coniunctio primi cū vltimo. Principiū autē per qđ facta ſunt omnia ē verbum ſiue deus. Ultimū aũt in operib9 ē homo: ergo ad hoc ꝙ pfecta eēt opatio pcedens a perfecta potētia cõgruebat ꝙ dina natura vniretur cū humana. Itēȝ deꝰ largiſſimū remuneratorē diligētes ſe remunerare: ſed hõ q̃ ē amator nõ beatificat̃ perfecte niſi in ipõ deo qui ē tota merces: nec btificat̃ pfecte niſi totalr̃ btificet̃ z ex pte corpis z ex pte aīe z ex pte ſenſus exterioris: z ex pte ſenſus interioris. Senſus aũt exterior nõ põt btificari niſi in re corpali: ḡ cū deceat deū pfecte hoīeȝ btificare: z de9 btificat hoīeȝ ī ſeipõ dando ſe in pmiū decebat euȝ hr̃e naturam nõ ſolū ſpūalē ſed etiā corporalem: z hoc ē in incarnatione. ḡ. ¶ Itēȝ deum decebat hominē qui ſeduct9 peccauit ſibi recõciliare: ſed vbi ē cõueniēs reconciliatio ibi cõuenit eſſe reconciliatorem z mediatorem. mediator autē debet cū vtroqꝫ extremorum cõmunicare: Hoc aũt nõ eſt niſi per vnionem diuine nature z humane in vnitate perſone: ergo videtur ꝙ opus incarnationis maxime congruum fuit pietati diuine. Reſpondeo dicendum ꝙ abſqꝫ dubio congruum fuit z deuȝ decuit incarnari. Et hoc propter ſue potentie ſapientie z bonitatis eminētem manifeſtationem: que quidem facta eſt in humani generis aſſumptione. ¶ Congruū etiam fuit propter diuinorum operum excellentē conſummationeȝ: q̄ quidē facta eſt in hmõi generꝭ aſſūptioēcum vltimū cõiunctuȝ eſt primo. Ibi enim ē perfectionis conſummatio ſicut pȝ in circulo qui ē perfectiſſima figurarum: qui etiam ad ideȝ punctū terminatur a quo incipit. ¶ Decebat etiam propter ſuphabundantem precij ſolutionē ad liberationē hominis captiuati: qꝛ ſola perſona diuina erat que preponderabat toti humano generi. Poſtremo decebat propter ſupeffluentem hominis glorificationē vt nõ tātūmodo inueniret homo in deo paſcua interius: imo etiam paſcua exterius. Et ſic paȝ ꝙ opus incarnationis multum quidem per omnē modum deo cõgruebat: z quantum ad eius infinitatē z quātum ad eius perfectionem z quantū ad ad pietatem z quantū ad ei9 liberalitatem. ¶ Ad infinitatem in ſeipõ: ad perfectio em in operando: ad pietatem in liberando: z quantum ad liberalitatē ī remunerando concedende ſunt: ḡ ratiões z ſunt applicabiles ad probandū iſtas quattuor congruitates. ¶ Nota ſolutionem vltimi articuli. Unde quando arguitur. Quicunqꝫ adorat deum inſculpta ymagine facit deo iniuriam. Dicendum ꝙ verum eſt quando credit ipſum habere effigiem in propria natura: qualis credit ipſum eſſe quid corporeum cū ipē ſit ſpiritus nobiliſſim9. Incarnatio aũt nõ facit eū habere effigiē in ſe ſꝫ vniri ei qui habet effigiem ſalua dei ſpūalitate nobilitate. ¶ Sexto q̄rit̃ q̄ fuit incarnatiõis ratio pcipua. Nota ꝙ ratio hic capitur pro cauſa. Cauſa autem capitur dupl'r. Uno mõ ꝓprie: z ē illud q̄

poſito ponit̄ vel poteſt poni aliq̄d ⁊ ſine
quo aliquid nō poteſt poni ⁊ iſto modo
ſola cauſa incarnatiōis fuit volūtas di/
uina. Alio modo ip̄prie nō pro reſpe/
ctu alterius ſed put ad quandā poſitā/
tem vnius ꝓpoſitionis ad aliā ducit ſm
ꝯñaꝫ aliquā: ſicut ponit̄ in reprobatiōe
maloꝝ peccatū eſſe cauſam damnatiōis
non proprie cū peccatū nihil ſit ſed im/
proprie: qꝛ iſta eſt bona ꝯſequentia: iſte
erit finaliter mal⁹: ergo dānabitur. Et
ſic in omni ꝯſeq̄ntia naturali ſiue eſſen
tiali que tenet ꝑ locum intrinſecū: ante/
cedens dicit̄ eſſe cā ꝯſequent̄: vt ſortes
eſt homo: ergo ſortes ē aīal. Et de cauſa
hoc modo capta ē queſtio

## Decimo querit̄. Vtrū

redemptio generis humani ſit cā huius
benedicte incarnatiōis. Rñdeo ad pre/
dictorū intelligentiā eſt notandū ꝙ cir/
ca hoc duplex ē magiſtroꝝ opinio. Qui
dam eñ dicere volunt ꝙ de incarnatio/
ne loqui eſt duplex. Eſt eñ incarnatio
carnis aſſumptio. De carne autē aſſum/
pta ē loqui dupliciter: aut quantum ad
ſubſtantiā: aut quantū ad defectū paſſi
bilitatis. Si fiat ſermo de ipā ad defe/
ctum paſſibilitatis ⁊ mortalitatis dicūt
ꝙ incarnationis p̄cipua ratio fuerit ge/
neris humani redemptio: niſi eñ homo
peccaſſet ⁊ lapſus fuiſſet ⁊ redimendus
eſſet xp̄s carnem mortalē nō aſſumpſiſſ
Si autē loquamur de incarnatione ſm
ꝙ dicit aſſumptionē humane nature: lo/
quēdo ſimpliciter: ſic dixerūt ꝙ p̄cipua
ratio incarnationis nō eſt liberatio hu/
mani generis: qꝛ etiā ſi homo nō peccaſ/
ſet xp̄s incarnat⁹ eſſet. Sed hui⁹ ratio ē
ꝑfectio multiplex ſurgens ex dignitate
illius operis. Incarnatio eñ facit ad ꝑ
fectioꝫ hoīs: ⁊ per ꝯſequēs ad ꝑfectionē
toti⁹ vniuerſi in hoc ꝙ ꝯplet ⁊ ꝑfectionē
dat humano generi ſm illud qđ reſpicit
naturam: ⁊ ſm illud ꝙ reſpicit gratiam
et ſm illud qđ reſpicit gloriā. Scđm il
lud qđ reſpicit naturā in incarnatione
eſt ꝯſūmatio modorū educendi hominē
in eſſe: qui ſunt quattuor: vt patet in vl/
timo articulo ꝑ iſta parte. Eſt etiā con
ſūmatio in cōparatione ad ꝑfectionem
agentis in hoc ꝙ in incarnatione homo
eſt vltimus qui coniūgitur cū ſuo prin/
cipio vnione qua ſub deo nulla ē maior
facit ad perfectionē hominis quātuꝫ ad
illud qđ reſpicit gratiā: quia in incarna
tione aſſumit xp̄s humanā naturā: rati/
one cuius plene habet eſſe caput totius
eccleſie cui⁹ corporis membra vniri ha/
bent ratione charitatis ⁊ gratie: ⁊ ſimul
cum hoc facit ad perfectionē meriti: qꝛ
oīa merita pendent ⁊ meliorant̄ merito
xp̄i: Facit etiā ad perfectionē glorie ī eo
ꝙ homo in deo ſuo inuenit paſcua quā/
tū ad partem corporalem. et quantum
ad partem ſpiritualem ſiue ingrediatur
ſiue egrediatur qđ nō faceret ſi de⁹ non
eſſet incarnatus. Completus eſt etiam
totius humane nature appetitus dū per
opus incarnationis nobiliſſima ydonei
tas que erat ī humana natura: ſm quā
vnita erat diuine ad actum perfectum
reducit̄: ⁊ ratione hui⁹ multiplicis per/
fectionis que ſurgit ex opere incarnati
onis congruū fuit deum incarnari. Et
quia hec multiplex perfectio non reſpi/
cit tm̄ ſtatum nature lapſe: imo etiaꝫ re/
ſpicit ſtatum nature inſtitute: ideo ſi ho
mo lapſus non fuiſſet: nihilomin⁹ deus
incarnatus eſſet: quia ita cōpetebat ho/
minē perfectū ēe ⁊ ſm naturā ⁊ ſm grāꝫ
⁊ ſm gliam: ſicut ſi eēt in ſtatu lapſo: ⁊
q̄dāmō ampli⁹. Et ſm iſtam opinioneꝫ
⁊ qui hanc opinionē ſequūtur concedūt
rationes que ad hanc partē adducunt̄.
¶ Nota hanc opinionē tenent Lyconi/
enſis Alexander de ales ⁊ Scotus cum
quibus magiſter Stephanus: beatus
ſanctus Thomas remanet dubi⁹ ⁊ ſol/
uit rationes pro ⁊ cōtra. Rationes pro

ad oppoſitū z auctoritates per hoc effu
giūt qꝛ diſcõuenit eas intelligi ſm ꝙ in/
incarnatio dicitur carnis mortalis et
paſſibilis aſſumptio. Loquitur em̄ ſcri/
ptura z littera de incarnatione ſm eum
modum qui fuit poſt lapſum nō per euꝫ
modum qui fuiſſet homine ꝑſiſtente in/
ſtatu innocētie. Alioꝝ vero poſitio fuit
ꝙ precipua ratio incarnatiōis fuit repa
tio generis humani ꝗuis multe ſint ra/
tiones cōgruētie huic ãnexe. Iſta eſt em̄
precipua reſpectu omnium quia niſi ge/
nus humanū fuiſſet lapſum verbum dei
non fuiſſet incarnatum. Et ratio huius
eſt: quia incarnatio dei eſt ſuper excedē/
tis dignationis: z ideo cum ſit ibi quidē
exceſſus non fuiſſet introductum incar/
nationis myſterium: niſi preceſſiſſet ex/
ceſſus oppoſitus per ipſum corrigenduꝫ
z reſtaurādum. Vñ niſi deus ouem ſuã
perdidiſſet non de celo ad terram deſcē/
diſſet. Quis autem horū modorum me
lior ſit nouit ille qui pro nobis incarna/
tus eſt. Quod etiam horum alteri pre/
ponendum ſit difficile eſt videre pro eo
ꝙ vterqꝫ modus catholicus eſt: et a vi/
ris catholicis ſuſtinetur. Vterqꝫ etiam
modus excitat aīam ad deuotionem ſm
diuerſas conſiderationes. Videtur au/
tem primus modus magis conſonare iu
dicio ratiōis. Secūdus tamen ſicut ap/
paret plus cōſonat pietati fidei. Primo
quia auctoritatibus ſanctoꝝ z ſacre ſcri
pture magis cōcordat. Nam auctorita/
tes tam noui ꝗ veteris teſtamenti. Vbi
de filij dei deſcenſu loquitur: generꝭ hu
mani liberationē rationē reddunt ꝙ pa
tet ſingula diſcurrendo. Sancti etiam
hoc dicunt ſicut pꝫ ꝑ argumēta in aū op
poſitū. Et quia diuina eloquia nobiliſ/
ſimam z precipuam incarnationis ratio
nem aſſignãt generis humani liberatio/
nem nihil etiã a nobis dicendum eſt pre
ter ea que nobis ex ſacris eloquijs claret
ideo magꝭ videtur pietati fidei conſonū
ꝙ precipua incarnationis ratio ſit libe/
ratio generis humani ꝗ aliter ſentire.
Et hoc aperte dicit auguſtinus in libro
de verbis domini in ſermone. lxxviij. tra
ctãs illđ Luc. xix. Venit em̄ filiꝰ homi/
nis ſaluuꝫ facere qđ perierat. Si homo
non periſſet filius hominis non veniſſet
Et expreſſius ideꝫ tractans illud prime
timoth. i. Venit in hunc mundum pec/
catores ſaluos facere. Nulla cauſa veni
endi fuit chriſto ratio niſi peccatores ſal
uos facere. Et ideꝫ plura dicit ad hoc ꝯ
tinentia. Et in illa oratione que incipit
A cella aromatica que dicitur eē Aug.
h ipſum habeẽ expreſſius. Ad hoc etiã
concordant verba bernhardi et glo. ſup
dictum locum epiſtole ad thimo. ¶ Se
cundo vero predictus modus magis cō
cordat pietati fidei: quia deū magis ho/
norificat ꝗ precedens. Nam precedens
modus quodāmodo deum intra perfe/
ctionem vniuerſi concludit z quandam
neceſſitatem incarnatiōis imponit ei cū
dicit opera eius non poſſe aliter ad per/
fectionem duci. Hic autem modus dicē
di cum dicit ꝙ incarnationis myſteriuꝫ
eſt ſuper omnem perfectiōeꝫ. Ponit chri
ſtum eſſe ſupra omnem perfectioneꝫ vni
uerſitatis ſiue quantum ad naturam. ſi/
ue quantum ad gratiam. ſiue quantum
ad gloriaꝫ. Et hoc recte facit: quia ſicut
dicit philoſophꝰ. li. xi. prio philoſophie
Deus ſupra omnem vniuerſi ordinē po
nendus eſt: ſicut non dicitur eſſe dux de
exercitu ſed ſupra exercituꝫ. ¶ Tertius
modus iſte dicendi de incarnationis my
ſterio eſt magis commendabilis dum di
citur ꝙ hoc myſterium non debuit fieri
niſi ex maxima cauſa vt pote propter pla
candam diuinam iram et reſtaurãdi om
nia ſiue que in celis ſunt ſiue que in ter/
ra. Et ideo diſcõuenit ꝙ tantum myſtē/
rium non fuiſſet introductum niſi pre-

ceſſiſſet lapſus nobiliſſime creature ꝛ offenſio maieſtatis diuine. ¶ Quarto etiam fidelem affectum magis inflammat plus enim excitat deuotionem anime fidelis ꝙ deus ſit incarnatus ad delenda ſcelera ſua q̃ conſumanda opera ſua. Quoniam ergo hic modus dicendi et ſi non videatur eſſe ita ſubtilis ſicut precedens plus tamen conſonat pietati fidei. in hoc auctoritatibus ſanctorum cōcordat magis et deum magis honorificat: etiam incarnationis myſterium magis commendat et affectum noſtrum ardentius inflammat. Ideo concedendum eſt vt predicte auctoritates oſtendunt ꝙ precipua ratio incarnationis fuit redemptio generis hūani: q̃uis multe alie cōgruentie huic ratiōe ſint annexe. ¶ Nota ꝙ ſi homo nō peccaſſet adhuc potuiſſet chriſtus veniſſe vt redemptor perfectiſſimus. Deus enim per acceptionem meritorum chriſti perfectiſſimorum potuit preſeruare totum genus humanum a lapſu. Sed redemptio alicuius preſeruatiua a peccatis ē multo nobilior quā redemptio ſubleuatiua. ergo chriſtꝰ potuit venire vt perfectiſſimꝰ redemptor quamuis perfectiori modo venerit et debet intelligi de potētia dei abſoluta nō ordinata. Tali enim modo redemptionis perfectiſſimo qui ſcilicet eſt per preſeruationem dicunt multi doctores redeptam fuiſſe digniſſimam matrem dei non ſolum a peccatis actualibus ſed etiam ab originali a quo merito paſſionis chriſti preſuata fuit: Poteſt etiā dici ꝙ omnes electi perfectius redimūtur merito paſſionis a peccatis: que non committunt et poſſunt committere redemptione preſeruatiua q̃ ſubleuatiua.

## Undecimo queritur.

Que trium perſonarum fuerit magis idonea ad incarnatiōem. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ perſona verbi ad incarnationem inter ceteras perſonas fuit magis idonea ſiue loquamur de ipſa incarnatione in ſe: ſiue prout ordinata eſt ad humani generis redemptionem. Si eñ loquamur de ipſa incarnatione in ſe: magis congruum fuit perſonā filij incarnari ꝛ inquantum eſt imago: et inquantum eſt verbū et inquantum eſt filius. ¶ Inquantum eſt imago quia homo aſſumptibilis erat ratio dignitatis imaginis ꝛ quia filius eſt imago patris ideo magis conueniens erat filij perſona aſſumere carnē. Rurſus quia filius dei verbum eſt patris ſic procedit ab ipſo vt pater ſe manifeſtet per ipſum: et ideo ſicut ad intentionis manifeſtationem verbum intellectuale copulatur voci ſēſibili: ſic ad diuinitatis reuelationem verbum patris congruum fuit incarnari vel vniri carni Poſtremo quia filius eſt ſemel genitus ab eterno ſic congruebat eum carnem aſſumere vt eſſet de genere hoīm ꝛ ita hominis filium et ideo decebat ipſum magis incarnari q̃ patrem et ſpiritum ſanctum. Et hoc eſt ꝙ dicit Auguſtinꝰ in libro de trinitate et magiſter in littera ꝙ filius dei non queſiuit niſi matrem in terris quia iam habebat patrem in celis magis ergo decens fuit filium incarnari quam aliam perſonam. Si loquamur de ipſa incarnatione ſm ſe. ¶ Fuit etiam magis cōgruum. ſi loquamur de ipſa incarnatione ſm cōparationem ad generis humani redemptionem et hoc apparet ſi conſideremus hominis lapſum: et reparādi modum ꝛ reparationis fructum Si ꝯſideremus hoīs lapſum videbimꝰ ꝙ lapſus fuit appetēdo dei falſam ſimilitudinem et equalitatem: ꝛ quia filio primo attribuitur equalitas. Hinc eſt ꝙ quaſi ex ipſo ſumpſit homo lapſus occaſionem ꝛ ideo inde ſumere debuit reparationem. Et hoc dicit bernhardus expla

ma ꝛis illud propter me oꝛta eſt hec tem/
peſtas tollite me' Jone.ij. Uide in ale/
xandro iſtā materiā ⁊c. ¶ Aut certe in h
ꝙ hoc preſumpſerat dei ſimilitudinē di/
recte contra filium peccauit: ⁊ ideo filio
magis competebat vindicta ⁊ indulgen
tia ⁊ hoc eſt ꝙ dicit anſelmꝰ in libꝛo cur
deus homo. Homo ergo erat moꝛiturꝰ
⁊ diabolus ꝙ̄ erat expugnaturus ambo
falſam dei ſimilitudinem preſumpſerāt
Unde ſpecialius aduerſus euꝫ peccaue/
runt. Jlli itaqꝫ cui ſpecialiter fit iniuria
conuenientius attribuitur culpe vindi/
cta ⁊ indulgentia. ¶ Rurſus ſi ꝯſidere/
mus modum reparationis magis compe/
tit filio. Reparati enim ſumus per medi/
atoꝛis obedientiam et ſupplicationem ⁊
quia magis competit filium ſupplica /
re patri ⁊ obedire. Hinc eſt ꝙ magis cō
peti perſone filij incarnari ꝙ̄ alij vnde
anſelmꝰ in libꝛo cur deus homo. ¶ Con
uenientius conſonat filium ſupplicare
patri quam aliam perſonam. Poſtremo
ſi conſideremus reparationis fructum vel
effectum magis competebat filio incar/
nari: quia incarnatio ad hoc oꝛdinatur
vt ſimus filij dei. Si ergo poſterius per
illud habet reduci quod eſt prius in eo/
dem genere congruum fuit vt filij dei ef
ficeremur per eum qui eſt filius natura
lis. Unde Auguſtinus in.iiij. de trinita
te. Ut homo ex deo naſceret̃. primo ex
ipſis natus eſt deus: oppoꝛtuit enim vt
per euꝫ efficeremur filij adoptiui qui eſt
filius naturalis. Et ſic patet per omnē
modum ꝙ congruentius fuit filium in/
carnari ꝙ̄ alium. et concedende ſunt ra/
tiones que ad hoc inducebantur. ¶ No
ta ꝙ filius adoptiuus eſt qui non eſt na
turaliter genitus ab eo cuius dicitur fi/
lius nec habet ius in hereditatem poſſi/
dendam ſuccedendi ſed ex gratia ado /
ptatur vt habeat ius ad hereditatem
qui euꝫ adoptat. ¶ Unde ad hoc ꝙ aliqͣs
dica filiꝰ adoptiuꝰ q̃ttuoꝛ reqͥrunt̃. Pri/
mo ergo reqͥritur ad filiatōeꝫ adoptōis
extraneitas in eo q̇ adoptat̃ ad eū q̇ ad
optat. Secundo requiritur gratia id
eſt gratuita voluntas adoptantis. Ter
tio requiritur bonuꝫ ſiue hereditas pꝛo
qua habenda adoptatur. Quarto re/
quiritur ꝙ nō habeat ius ⁊c̄.

## Duodecimo queritur.

Quo tempoꝛe fuerit magis congruum
filium dei incarnari. Nota ꝙ triplex eſt
tempus ſcilicet legis. Primum legis in/
dite. ſecundum legis ſcripe. tertium le /
gis gratie. Primum durauit ab adam
vſqꝫ ad moyſen. ſecundum a moyſe vſqꝫ
ad chꝛiſtum. tertium a chꝛiſto vſqꝫ ine /
ternuꝫ. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ſicut
rationes oſtendunt que ſunt poſt oppo
ſitum magis congruum fuit filium dei
incarnari quaſi in fine ſeculoꝛum quam
in pꝛincipio. Poteſt autem huius qua/
druplex ratio aſſignari quare tamdiu
incarnari diſtulerit. ¶ Prima eſt pꝛo/
pter peccatum hominis puniendum ibi
enim manifeſtatur diuine vltionis ſeue
ritas que tantos clamoꝛes et luctus ho
minum tanto tempoꝛe ſuſtinuit: anteqꝫ
vellet deſcendere. et ipſe adam cum po/
ſteritate ſua tanto tempoꝛe expectauit
in limbo exulans a paradiſo ⁊ hoc pꝛo /
pter manifeſtationē diuine iuſticie que
nihil inultum dimittit. ¶ Secunda fu/
it pꝛopter moꝛbum melius curandum
Moꝛbus enim ſpiritualis non curatur
debite niſi infirmus pꝛius cognoſcat et
pꝛo curatione eius gratus exiſtat plus
enim homo egrotat per ingratitudi /
nem pꝛo curatiōe ꝙ̄ culpe commiſſione
Et ideo debuit deus bn̄ficiū incarnati/
nis differre vt hō ꝯuinceret̃ de ipotētia ⁊
ignorātia anteqꝫ incarnaret̃. Et in lege
indita: ⁊ in lege ſcripta: vt ſic conuictus
confugeret ad diuinam miſericoꝛdiam

et gratiam et confugiens curaretur ef/
ficaciter. ¶ Tertia ratio eſt propter or/
dinē vniuerſi ſeruandum: quia enim hoc
erat plenum id eſt maximū beneficium
defferri debuit vſqʒ ad plenitudineʒ die
rum. Et propter hoc dicit apoſtolus
Ad gala. quarto. At vbi venit plenitu
do temporis miſit deus filiuʒ ſuum fa/
ctū ex muliere factuʒ ſub lege. ¶ Quar/
ta ratio fuit propter incarnationis be/
neficium amplius commendandum qđ
enim amplius differtur: et diutius deſi/
deratur et precioſius reputatꝰ. Et ideo
beneficiuʒ incarnationis quod eſt inter
dei beneficia precioſiſſimum prius de/
buit eſſe deſideratum et expectatū quaʒ
exhibitum. Et propterea magis cōgru
um fuit filium dei incarnari in fine tem
porum: ⁊ concedende ſunt rationes que
hoc probant.

Circa ſecundam
diſtinctionem queritur. pri
mo. Utrum maior ſit con/
gruitas in rationali creatu
ra ꝗ̄ in toto vniuerſo an econtrario. Ui
de reſolutionem in textu. Ad primam
rationem in oppoſitum vbi dicit Augu
ſtinus In rebus mirabilibꝰ tota ratio
facti eſt potentia facientis. Dicendum
ꝙ duplex eſt ratio ſcilicet. Cauſalitatis
et congruitatis. Cauſalitatis eſt in effi/
ciēdo. Congruitatis in ſuſcipiēdo. Cū
ergo Auguſtinus dicit ꝙ ratio facti to/
ta eſt potentia facientis intelligit de ra/
tione cauſalitatis non de ratione ꝯgrui
tatis. Ad ſcđʒ vbi dicitur infinitam di/
ſtantiam non magis appropinquat vnū
ꝗ̄ alterum. Sed omnis creatura a na/
tura diuina diſtat ⁊c̄. Dicendum ꝙ hoc
intelligitur de diſtātia per receſſum ab
equalitate ⁊ participatione nature eter/
ne: quia nihil eſt vniuocum creature ad
creatorem in nullo etiam creatura crea/
tori poteſt equari: ſed non habet verita
tem de diſtantia que attenditur per cō/
parationem ad conuenientiaʒ ſm ratio/
nem ordinis et imitationis. Nam ratio
nalis creatura immediate in deum ordi
natur et expreſſiue inter creaturas deuʒ
imitatur et ratione huius aſſimilatiōis
et conuenientie habet rationem imagi/
nis et congruitatis reſpectu diuine vnio
nis. Ad illđ qđ obijcitur ꝙ magꝭ aſſimi
latur vniuerſum totum ꝗ̄ ratioalis cre/
atura. Dicendum ꝙ aſſimilari dicitur
dupliciter. Intenſiue vel extenſiue. Et
extenſiue veruʒ eſt ꝙ magis aſſimilatur
mundo architipo ſiue deo maior mun/
dus ꝗ̄ minor ſiue vniuerſitas tota ꝗ̄ ra
tionalis creatura. Qualitatiue ſiue in/
tenſiue eſt econuerſo propter magnam
diſtantiam aliquarum partium eius in
quibus relucet diuina bonitas delōgin/
quo ſicut in veſtigio.

Secūdo queritꝰ. Utrū
maior ſit congruitas ad vnionem in hu/
mana natura quam in angelo an econ/
uerſo. Et ꝙ ſit maior in angelo videtur
Deus ſpiritus eſt ſicut dicitꝰ. Iohā. iiij.
ergo creatura que plus habet de ratio/
ne ſpiritualitatis plus cōuenit cum deo
et que plus conuenit cū deo. plus eſt vni
bilis in vnitate perſone. cum ergo na/
tura angelica ſit ſpiritualior quam hu/
mana videtur. Reſpondeo dicenduʒ ꝙ
abſqʒ dubio maior fuit congruentia ad
vnionē in creatura humana ꝗ̄ in angeli
ca. Et hoc quidem ſatis manifeſtat ipſa
operatio diuina. Deus enim nuſꝗ̄ ange
los apprehendit ſed ſemen abrahe ap/
prehendit. Ratio autem maioris con/
gruentie dupliciter accipitur videlicet
ſm humane nature inſtitutionem. ⁊ ſm
eiuſdē reparationē. Scđm nāqʒ hūane na
ture iſtitutōʒ maior ē ꝯgruitas ī hūana
natura ꝗ̄ āgelica. Et h̄ triplici de cāſ.

Propter pſonalē diſtinctionē. Propter maiorem diuini exemplaris repreſentationē. Propter mltiplicē hominis cōpoſitionem. Prima pꝑter perſonalē diſtinctionem: que quidē in humana repit̄ ſm originem: et non angelica et ideo magis cōgruebat ꝙ perſona filij que diſtinguit̄ a perſona patris ſm originem eam naturam acciperet in qua proprietatem filiationis retineret ꝛ hoc quidē factū eſt in humane nature ſuſceptione. Nā quidē ipſe qui ab eterno erat patris filius ex tēpore factus eſt filius virginis matris.

¶ Scđa cauſa ē propter maiorez diuini exemplaris repreſentationem ratiōe cuius homo dr̄ minor mūdus. Anima em̄ rationalis nō tm̄ repreſentat deū prout cōſideratur in ſe ſcꝫ inqꝫtum vnitur corpori qđ regit ꝛ in quo toto habitat ſicut deus in maiori mūdo. Et hoc dicit Auguſtinus pluries Ratiōe huius maiorꝭ cōformitatis maior erat ratio vnibilitatis. ¶ Tertia ratio eſt pꝑter multiplicē hois cōpoſitiōez. Qꝛ em homo cōpoſitꝰ eſt ex natura corpali ꝛ ſpirituali: ꝛ quodāmodo cōicat cuꝫ omni creatura ſicut dicit gregorius. Hinc eſt ꝙ cū humana natura aſſumit̄ et deificat̄. quodāmodo omnis natura in ea exaltatur. dū in ſuo ſimili deitati vnitur. Et hic eſt ꝙ aſſumptio humane nature plus facit ad totiꝰ vniuerſi pfectionez: ꝙꝫ angelice: ꝛ iō maior ē i ea ꝯgruitas ad vnionē etiā ſꝫ ſuā inſtitutionē. ¶ Similr̄ ꝛ ſm repationez maior cōgruitas in ea repitur ad vnionē triplici de cauſa ſcilicꝫ: qꝛ homo magis indigebat ꝛ minus indignus erat etiam plius ei proderat vt filius dei aſſumeret naturam ſuaꝫ Magis indigebat qꝛ totus lapſus fuerat. id eſt tota natura: vel ſpēs hois: minus idignus erat: qꝛ p aliū corruerat: plus ei pderat: qꝛ adhuc ī malo obſtinatus nō erat. Quoniam ergo diuina miſericordia iſta tria pēſat in beneficijs q̄ impendit. Hic eſt ꝙ deus qui eſt diues in miſericordia pꝑter nimiam charitatez qua dilexit nos magis aſſumpſit humanam naturam ꝙꝫ angelicā: qꝛ maior reperiebatur in ea cōgruentia ad ſuſcipiendū tantum beneficium diuine miſericordie vt per illud releuaret̄ a miſeria. Hec autē ratio que ſumpta eſt ad humani generis repationem efficacior ꝛ principalior eſt ꝙꝫ precedēs. Quia vt ſupra precipua ratio incarnatōis fuit humani generꝭ repatio. Ad id qđ obijcit̄ in contrarium. Primo dicendum eſt qꝛ ꝛ ſi plus cōueniat intēſiue. non tamen plus extenſiue. Homo enim cōuenit in ſpiritualitate ratione anime ꝛ corpus ſup addit, um facit ad cōformitatis maioritatē et ſic vtroqꝫ videlicet ſpiritu ꝛ corpe maior fit repreſentatio exemplaritatis diuine. Ad id etiā ꝙ obijcit̄ ꝙ angelus magꝭ indigebat ꝙꝫ homo: dicēdū ꝙ falſum eſt homo em̄ totaliter indigebat quia totaliter lapſus fuerat angelus vero nō. Et ſi obijcis ꝙ angelus lapſus magꝭ indigebat ꝙꝫ homo lapſus. Dicēdum ꝙ ſi magis indigebat minus tamē dignus erat quoniaꝫ ex maiori ſuperbia peccauerat Unde bernhardus in cāticis. Quis tā īdiget miſericordia ſicut miſer. Et quis tam indignus eſt miſericordia ſicut miſer ſuperbus. Preterea ipſa aſſumptio angelice nature angelo lapſo nō prodeſſet quia cū obſtinati ſint naturalit̄ ī malicia non inflammarentur ad humilitatem nec ad charitatem pexhibitionem tāti beneficij ꝛ exempli. Et id videmus hodie in multis peccatoribus quibus pꝑter ſuam peruerſitatē valde parum prodeſt incarnatio chriſti.

Circa tertiam diſtinctionem tertij ſententiarum queritur. Utruꝫ caro beate marie virginis fuerit ſanctificata ante animationem. Uirgo eſt concretuꝫ huius abſtracti virginitatis. Nota ꝙ virginitas capitur quattuor modis. Primo modo dici

citur eſſe integritas carniſq̄ da; ⁊ ſic oīs
mulier naſcitur virgo:et iſta virginitas
ſiue integritas carnis non eſt virtus mo
ralis ⁊ meritoria patet quia nulla virtꝰ
ineſt nobis a natura. Ite; virginitas vt
eſt virtusꝰ moralis ⁊ meritoria poteſt eſ/
ſe in vtroqꝫ ſexu in differēter: virginitas
que ſola eſt integritas carnis reperitur
in muliere ſolum. Et eſt quoddam peſ/
ſulum vel quedā pellicula que vocatur
caſtrum virginitatis. ¶ Secundo capi/
tur ꝓ inexperiētia cuiuſcūqꝫ veneree de/
lectationis in perſona apta nata experi/
ri. Iſto modo Virginitas eſt terminus
priuatiuꝰ quia ponit negationē experiē
tie veneree delectationis ⁊ ponit aptitu
dine;. Ex quo ſequitur ꝙ angeli nō poſ/
ſunt habere virginitatem quia nō ſunt
apti nati. Et ſic iſta virginitas nō eſt vir
tus nec meritoria: patet quia eſt in pue/
ris paruis qui non habent vſum ratiōis
¶ Tertio capitur pro habitu continen/
di ab omni venerea delectatione cum ne
gatione voluntarie experientie de prete
rito. Iſtomodo mulier. xxv. vel. xxij. an/
norum que nunqꝫ cecidit eſt virgo et eſt
vere virtus ⁊ meritoria vite eterne. licet
habeat voluntatem matrimonio cōiun/
gi quādo placuerit parētibus. ¶ Quar
tomodo capitur pro habitu continendi
ab omni venerea delectatiōe cum nega/
tione voluntarie experiētie de futuro ꝓ/
pter deum ⁊ iſto modo diffinitur ab Au
guſtino. Eſt continentia qua integritas
carnis ipſa creatori carnis ⁊ anime voue
tur conſeruatur et conſecratur: ⁊ eſt per
fecta ſpecies continentie. Notandum ꝙ
virginitas ſe habet ad continentiam ſi/
cut magnificentia ad liberalitatem. Li/
beralitas eīn reſpicit materiā circa ſum/
ptus ſiue magnos ſiue paruos. Magni/
ficentia autem ſolum magnos ſumptus
Et ſic omnis magnificentia eſt liberali/
tas ſed non econtra ſm ariſtotelem. iiij.
ethicorum. ſic continentia dicit abſtinen
tiam ab omni actu libidinoſo illicito cō
tra leges matrimonij ⁊ iſta eſt in matri/
monio. Continentia vero in virginitate
Ideſt virginitas dicit continentiam ab
omni coitu ſcilicet licito et illicito et ſic
omnis virginitas eſt continentia et non
ecōuerſo. Sola ergo virginitas mentis
eſt virtus: patet quia caro non eſt ſuſce/
ptiua ꝟtutis ⁊ gratie de ſe. Aliqua mu/
lier etiam naturaliter loquēdo poteſt eſ/
ſe mater alicuius ipſa remanente totali/
ter virgine virtute: vt de oppreſſa violen
ter ⁊ contra voluntate; ſuam que poteſt
cōcipere. Virginitas que eſt virtus po/
teſt in vtroqꝫ ſexu deperdi per ſolam vo
luntatem experiendi delectationē vene/
ream poteſt tamen recuperari per peni/
tentiam niſi poſuerit illam malam volū
tatem in actum. Et aliqui doctores di/
cunt ꝙ etiam virginitas carnis ſiue inte
gritas poteſt amitti per ſolam volitionē
intenſam libidinoſa; vel in aſpectu intē
tenſo mulieris vel ecōuerſo vel in tactibꝰ
mulierum quia in talibus aliquando e/
mittitur ſemen ⁊ poteſt frangi pellicula
illa que dicitur clauſtrum virginale.
Virgo beata habuit omnes iſtas virgi/
nitates. Prima; quia chriſtus exiuit de
vtero ſuo abſqꝫ aliqua fractura ⁊ ſic duo
corpora fuerunt in eodem loco. Quar/
tam habuit quia dicunt doctores ꝙ ipſa
vouerat virginitatem alioquin fruſtra
dixiſſet non cognoſco virum id eſt nō co
gnoſcere propoſui ⁊ noui. Sāctificatio
virginis. Require in Varillone.

## Scdo queritur. Utru;

anima beate virginis fuerit ſanctificata
ante peccati originalis cōtractionē Re
quire in ſermone Nondum erant abyſſi
¶ Sciendum circa ſcd̄; articulum ꝙ a/
liquod pōt eſſe in alio q̄nqꝫ modis Uno
modo effectiue cauſaliter vl' virtualiter
et ſic omnis effectus eſt in cauſa ſua an/
teqꝫ producatur ſicut rana ē in ſole vir/
tualiter calor aque ī igne ⁊c. Et hoc mo
do omnia ſunt in deo virtualiter. Alio

modo aliquid poteſt eſſe in alio materi/aliter ſic tota dom⁹ anteq̃ fiat eſt in lignis et lapidibus ex quibus fieri debet. Tertio modo ſm rationem ſeminalem iſto modo filius generãdus in gentibus naturaliter anteq̃ concipiatur. Quarto mõ ſeminalr̃ ſicut quercus eſt in glande ꝛ petrocilium eſt in ſemine petrocilij. ¶ Nota dicti modi q̃cquid eſt in aliquo ſm rationẽ ſeminalem eſt in eo ſeminaliter ſed nõ econtra: quia proprie ratio ſeminalis eſt cõcubitu viri ꝛ mlieris. Unde caro xp̄i fuit in lumbis priorũ parentum ſeminaliter tãq̃ ex materia in qua prefuit quia ſãguis virginis vnde fabricatum eſt corpus chriſti geſſit vicem ſeminis lz ergo nõ fuerit ſm rationem ſeminalẽ fuit tñ ſeminaliter. Quinto modo aliquid dicit̃ eſſe in alio obiectiue vel tanq̃ in potentia appetitiua vt iohãnes eſt in amore meo. Et hoc dupliciter vel habitualiter ꝛ ſic ſp eſt. vel actualiter et ſic eſt dum eum actualiter amo. At homo: id eſt particularis: vide textũ. Caro chriſti fuit peccato obnoxia. Iſta ꝓpoſitio eſt exponenda vel falſa: de rigore ſmonis quia ſanguis chriſti de quo formatum eſt corpus chriſti nõ erat corpus eius quia ſanguis ille prius corrumpit̃ et perdit formam ſanguinis ꝛ conuertit̃ in carnẽ. ¶ Secunda caro chriſti in parentibus fuit ſeminaliter traducta. Si dicitur ꝙ ſm legem concupiſcentie eſt falſa: bene conceditur ꝙ fuit traducta ſeminaliter ſed non ſm rationez ſeminalem. Caro chriſti fuit decimata eſt falſa quia aliquez decimari in aliquo non eſt niſi a parentibus deſcendere ſm rationẽ ſeminalem.

Tertio queritur. Utrũ caro chriſti fuerit in parentibus aliter q̃ caro aliorum hominuz ſm legem propagationis. Dicendum ꝙ dupliciter eſt loqui de carne chriſti: aut quantum ad materiam vnde ſumpta eſt. aut quantum ad formam ſm quam anime chriſti coniuncta e ſt et a verbo invnitatem perſone aſſumpta. Si loquamur de carne chriſti ſm materiam hoc eſt de eo vnde facta eſt caro chriſti ſic concedit̃ a magiſtro ſiue in littera ꝙ pctõ fuit obnoxia: q2 ante ꝯceptionẽ chriſti tota maſſa humani generis corrupta erat ſicut ſupra monſtratum eſt. Si autem loquamur de carne xp̄i ſm formã ſic dicẽdum eſt ꝙ nũquam peccato fuit obnoxia quia nunquam habuit illam formaz ꝙ eſſet ĩmunda et maculata. ¶ Secundum autem ꝙ caro dicitur dupliciter ſic et de propagatione dupliciter contingit loqui. Aut ratione materialis aut ratione formalis. Si rõne materialis cõtingit loqui ꝙ ſic propagata fuit ab adam vſq̃ ad virginem in tota illa genealogia: et tota illa propagatio fuit ſm legez nature et concupiſcentie. Si quantum ad eſſe actuale et formale ſic concepta fuit a virgine ꝑter legez nature et ꝯmunem legem concupiſcentie. Et ſic patet ꝙ vno modo dicendi cõcedi poteſt ꝙ caro chriſti materialiter loquẽdo ſic fuit in lumbis parentum ſm propagationem ſicut caro aliorum hominũ. hec eſt prima opinio que eſt falſa ſm magiſtruz noſtrum. ¶ Secunda opinio. Sed quoniam caro cõtum eſt de ratione ſui nominis non nominat materiam ipſam tantũ: ſed materiam ſub tali forma. et propagatio et lex ꝓpagationis addita ei quod eſt caro xp̄i reſpicit eius eductionem. ſm eſſe actualeale. hinc eſt ꝙ hec eſt ĩpropria. ĩmo falſa. caro chriſti fuit obnoxia et hec caro xp̄i fuit ex parẽtib⁹ ſemialit̃ traducta ꝓ eo ꝙ in oĩb⁹ cõtũ ẽ de vi ſermonis predicatũ rõe materie tm̃ nõ attribuit̃ ſbiecto ſed rõe materie ſb tali forma. Caro em̃ res eſt ſubſtãtialis. ꝛ ideo q̃uis ſupponat ꝓ vbo d̃ ꝑterito opz tñ ad idẽ tp̃s referri formaz ꝑdicari cũ ſubiecto. ꝛ iõ oẽs

ꝓdicte locutiões tã̄ꝗ̄ falſe ⁊ ĩproprie ſũt negãde niſi ꝓferantur cũ determinatiõe ſcȝ rõe materialꝰ ꝑncipij. Si aũt alicubi abſolute ꝓferanť cũ determinatiõe ſunt exponẽde. Cõcedẽdũ eſt ꝙ̄ ꝙ aliter fuit caro xp̄i ſm ꝓpagationis legẽ in ꝑentibꝫ ꝙ̄ aliorũ hoim. Nã caro alioꝝ hoim or/ tum habuit a ꝑentibꝫ ſm ſemialem rõnẽ ⁊ ſm legẽ cõcupiſcẽtie. Illud aũt dr̄ pro cedere ſm rõnem ſeminalẽ qđ quidẽ exit ĩneſſe ſm virtutẽ ⁊ oꝑatiõeȝ nature ſicut ſunt illa in quoꝝ ꝓductiõe natura nõ ſo lum ſe hȝ ꝑ modũ obediẽtis ⁊ ſuſcipiẽtis Imo etiã ꝑ modũ nature agẽtis ⁊ dantꝭ ſpẽm ſiue cõpletionẽ. ⁊ hoc ĩportat ꝙ di/ co ſeminalis ratio ꝓprie loquẽdo. Illud aũt intelligiť traduci ſm legẽ cõcupiſcẽ tie in cuius procreatiõe ꝯcurrit feditas delectatiõis carnis ex ꝑte viri generãtis ⁊ mulieris cõcipiẽtis: neutrũ hoꝝ in ge/ neratiõe xp̄i fuit. Nam cõceptio eius mi rabilis fuit et ſupra virtutẽ nature. Nõ fuit eñ ex virili ſemie. pro eo ꝙ caro eiꝰ cõcepta fuit ex ſola mr̄e. Neꝗ̄ ſm legeȝ cõcupiſcẽtie: qꝛ nõ interuenit delectatio ex cõmixtiõe ſexus. Conceptus eñ fuit ex caſtiſſimis virginis viſceribꝫ.

**Quarto queriť. Utrũ** corpus xp̄i ꝓductũ fuerit ad ꝑfectã mo/ lem ſubito aut ſucceſſiue. Et qꝛ ſucceſſi ue oſtendiť primo Luce. ij. Puer iſte cre ſcebat. ſȝ crementũ etatis ſequiť cremen tum molis ergo. Itẽ ſicut pȝ ex hiſtoria euãgelica xp̄s habuit neceſſitates infan/ tiles vñ ⁊ lactatus fuit a matre. Hoc au tem non eſſet niſi ꝑuulus eſſet in ꝙ̄titate ergo videť ¶ R̄nſio dicẽdũ ꝙ corpꝰ xp̄i ꝙ̄tum ad ꝙ̄titatẽ molis ad ꝑfectionẽ de ductũ eſt per ſucceſſionẽ tp̄is. ⁊ rõ huius eſt qꝛ ꝑfectio quãtitatis illiꝰ corꝑis fuit oꝑatõe nature cuius eſt oꝑari ſm ſucceſ ſionẽ tp̄is. Si aũt querať vñ eſt ꝙ deus corpus illud ad ꝑfectioneȝ illius voluit deduci mediãte nature oꝑatiõe. Dicen/ dum ꝙ hoc fecit deus valde ꝯgrue. Hoc

eñ ꝙ̄uis aliomõ facere poſſȝ ſic tñ fecit ad cõfirmandã fidei firmitatẽ ⁊ veritatẽ ad cõmẽdandam humilitatis virtutẽ ad cõſeruandam vniuerſitatis legẽ. In hoc eñ fidei veritas cõfirmať dũ manifeſte oſtendiť ꝑ cõuerſationẽ ⁊ ſimilẽ modum proficiendi in etate. ꝙ xp̄s nõ fantaſticã ſȝ verã carnẽ aſſumpſit ⁊ hoc ꝗdẽ valde fuit oꝑtunũ: qꝛ ſine fidei veritate nullꝰ eſt incarnatõis fructus. Hũilitatis etiã virtꝰ in hoc cõmendať dũ dei filius ꝗ eſt rex ⁊ dñs dominãtiũ factus eſt paruulꝰ et qui prius nullo indigebat. lacte ma/ terno ſicut alij ꝑuuli paſcebať: pãnis in/ uoluebatur. ⁊ alia plura geſſit ꝗbus hu militatis vilitas commendatur. Et hoc valde oportunũ fuit qꝛ ꝓpter hoc potiſ/ ſime deus deſcendit de celo vt ſuꝑbiã ex tirparet. Uniuerſitatis etiaȝ lex ⁊ ordo cõſeruatur qꝛ vnicuiꝗ̄ nature cõceſſit ꝓ priã oꝑationẽ. nec vtitur miraculis vbi natura per ſe ſufficienter põt oꝑari. Et qꝛ natura in xp̄o ſatis ſufficienter pote/ rat corpus xp̄i ad ꝑfectaȝ ꝙ̄titatẽ dedu cere ita ꝙ in nullo derogabať eius digni tati. Ideo noluit tp̄s anticipare vt tã̄ꝗ̄ vniuerſitatis iuſtus adminiſtrator vnũ quodꝗ̄ iuxta virtutẽ ſibi cõpetentẽ oꝑa ri ſineret. Et hoc quideȝ cõuenie bat: qꝛ naturã nolebat ꝑimere ſed reꝑare: ⁊ hoc inſinuat quia maior ꝑtãs vſum inferioꝝ poteſtatis non debet abſꝗ̄ cauſa priua/ re. Et ſic patet ꝙ valde rationabiliť deꝰ corpus xp̄i ad perfectam quãtitatẽ mo/ lis deduxerit ꝑ tempis ſucceſſioneȝ. No ta quomõ poſſibile fuit deo formare cor pus chriſti in tanta quantitate molis in quãta fuit crucifixus: ſicut facit in cõſe/ cratione corporis ſui ꝙ̄tidie. Nota Au guſtinus in tertio de trinitate tractans illud verbum Ioh. xxi. Soluite templũ hoc dixerũt iudei. xlvi. annis. Hic nume rus perfectioni dominici corꝑis ꝯuenit cõgrue qꝛ vt dicũt phiſici tot diebus for ma humani corꝑis perficitur cũ omnes alij fere in. xli. diebus.

Quinto q̄ritur Utrum mēbroꝝ formatio ⁊ diſtinctio facta ſint ſubito an ſucceſſiue ī corꝑe dn̄ico. ¶ Reſpōdeo dicēdū ꝙ abſqȝ dubio ſicut dicit Aug⁹. ſcȝ in duobꝫ primis articul' poſt oppoſitū. Corpus xp̄i abinſtanti ꝯceptionis habuit ꝑfectionē organizationis. Et rō hui⁹ ſumi pōt ex ꝑte verbi aſſumētis: ⁊ ex ꝑte virtutis efficientis: ⁊ ex parte virginis cōcipientis. Ex parte verbi aſſumentis: qꝛ nō decebat illud aſſumere ꝑtem hūane nature: vt eſſet hō ſm̄ q̄d: ſed totā humanā naturaȝ ⁊ ita carnē et animā maxime cū aīa dat carni cōgruētiam vt vniaꝛ cum diuina ⁊ humana natura: ſicut oſtenſuȝ eſt ſupra. Et quoniā aīa nō eſt nata vniri niſi carni formate: organizate Jō in primo inſtanti ſue cōceptionis fuit corpus xp̄i ad ꝑfectiōis organizationē deductū. Rō etiā eſt ex ꝑte virtutis operantis: qꝛ ibi virtus diuina oꝑatur mirabiliter. Hoc eſt enim miraculū miraculoꝝ ꝙ femina cōcipiat deum. Et iō ad ſue miraculoſe potentie oſtenſionē ſubito formauit illud corpuſ ꝙ natura nō poteſt formare niſi ſucceſſiue. Rō vero nihilomin⁹ eſt ex ꝑte virginis cōcipientis que ſtatim vt ꝯſentit repleta fuit ſpūſancto ⁊ mater dei effecta. Iuxta illud qđ angel⁹ āminciabat. Et qm̄ mater dei nō eſſet niſi de⁹ quē conceperat vnit⁹ eēt carni ⁊ caro: nec deo nec anime ꝯgruebat niſi haberet mēbroruȝ diſtinctionē cōuenientē. Hinc eſt ꝙ ab inſtanti ꝯceptionis corpus xp̄i debuit ī membroꝝ diſtinctione ꝑfectū eſſe.

Circa quartā diſtinctionē querif. Utrum filij dei incarnatio debeat appropriari patri an ſpūi ſancto. ¶ Nota drīam inter propriuȝ et appropriatū. qꝛ ꝓpriū vni ſoli ꝑſone conuenit vt generare ꝯuenit patri. Appropriatuȝ autē eſt illud ꝙ attribuitur vni perſone vel propter errorem vitandum vel propter veritatem manifeſtandum: Propter errorem vitandum: vt po tentia attribuitur patri propter hereticos qui dixerunt patrem antiquum ⁊ debileȝ. Sapientiā filio quia dicebāt īſipiētem. Clementiā ſpūi ſancto: qꝛ dicebāt eſſe eum ſpiritū tempeſtatis. Licet paꝛ ⁊ filius ⁊ ſpūſanctus ſit vna potentia: ſapientia ⁊ bonitas ⁊ tm̄ ꝯueniat vni ſicut alteri. Propter veritatem ⁊c̄. dicif. Quia amor in diuinis capiꝛ dupliciter Uno mō eēntialiter ⁊ ꝯuenit trinitati. Alio mō perſonaliter: ⁊ ſic ꝯuenit ſpiritui ſancto inq̄tum ſpūſanctus procedit a patre ⁊ filio ꝑ modū doni ⁊ amorꝭ Paternitas ē habitudo ſiue relatio producentis naturaliter ſīl'is ꝓducto ī naturali intelligibili vel ſenſitiua. Unde paternitas vt dicit Areſto. fundaꝛ ſuꝑ genuiſſe. Dicif naturaliter ⁊ nō libere: ⁊ ſpūſanct⁹ nō dicif filius patris vel filij qꝛ debent ꝯuenire in ſpecie: ideo ſol nō dicitur pater lune. Dicif etiā ſenſitiua qꝛ bene eſt paternitas inter bruta ꝯ aliquos: ⁊ ꝑ iſtā diffinitionem pꝫ diffinitio filiationis que ē habitudo producti naturaliter ſīl'is ꝓducenti in natura intelligibili vel ſenſitiua. Rn̄deo ad queſtionē ꝙ opus incarnatiōis manifeſtatiuum ē diuine potentie ſapīe ⁊ bonitatꝭ: ſm̄ diuerſas cōditiōes in ipō repertas. Cōtigit em̄ loqui de ipō ſcȝ oꝑe quātuȝ ad vnibilia ⁊ q̄tuȝ ad vnionis modum ⁊ q̄tū ad vnionis fructū. In cōparatione ad vnibilia inter que eſt infinita diſtantia manifeſtaꝛ diuina potentia. In compatione vero ad vnionis modū con gruentiſſimū ꝓut cōpetebat ad hūanuȝ remediū manifeſtaꝛ dei ſapiētia: quia ille qui vicerat hominē ꝑ hominē victus eſt. ¶ Et nota ꝙ deus potuiſſet nos aliter redimere ſi voluiſſet: vt mittēdo vnū angelum vel creando aliquē hominē puruȝ ſine peccato ſed non tn̄ manifeſtata fuiſſet dei ſapīa. In compatiōe vero ad

fructū ſiue effectū ꝯſequētē q̄ ſe obtulit deo pr̄i in odorē ſuauitatis manifeſtat̄ diuina bonitas: mia: ⁊ charitas. Et hoc eſt qḋ dicit Damaſ. lib. iij. cap. ij. Mon ſtrat̄ ſit in incarnatiōe. bonitas iuſticia. ⁊ ſapia. Bonitas quidē. q2 nō deſpexit ꝓprij plaſmatis infirmitatē ſʒ viſcera ei⁹ cōmota ſunt ipō cadente: manū por rexit iuſticia qm̄ hoīe victo n̄ aliū fec̄ vi cere tyrānū. Sapia: qm̄ inuenit aporiā id ē vulneris difficilis curā decētiſſimā. Om̄ g̊ in incarnatiōis ope ſm ꝯpatio/ nes diuerſas ꝯuenit uenire appropriata tribus pſonis valde excellēter ⁊ pcipue Hinc ē ꝙ ꝯceptio cuʒ ſit opus triū pſo/ naꝝ appropriari pōt trib⁊ pſonis ſm di/ uerſas cōpationes ſicut oñdunt rōnes. Scriptura tn̄ magis appropriat ſpiri/ tui ſancto: vt pʒ Luce pmo ꝙ̄ alicui tri um pſonarū. Et hoc duplici rōne. vicʒ ꝑpter errozis excluſionē. q2 in ꝯceptiōe hūana ꝯſueuit ſe īmiſcere feditas cōcu/ piſcētiae: ac p hoc original̄ culpa. Ne il/ lud ergo dicat̄ fuiſſe in kōceptiōe xp̄i ↄ2 ꝯceptus fuiſſe de ſpū ſancto ad excludē dū carnalē ꝯmixtionē ⁊ ꝯcupīe fedita/ tē. Alia rō ē propt̄ veritatꝭ manifeſtati/ onē. Jllud em̄ ꝙ maxime ꝑparauit vir/ ginē ad filij dei ꝯceptionē fuit amor di/ uin⁹. Unde queadmodū mlier ꝯcipit p viri dilectionē ⁊ ipi⁹ adheſionē q̄ eſt cuʒ deſiderio ⁊ amore virtutis gn̄atiue. ſic btā virgo propt̄ amoris ſingularitatē ꝯcepit deū ex deo: ⁊ iō ꝯcepiſſe ↄ2 ↄ ſpū ſcō. Et hāc rōnē aſſigt̄ Hugo de ſcō vi/ ctore in quodā ſuo libꝛo vbi ſic dic̄. Cō/ cepit virgo maria de ſpū ſcō nō, ꝙ ↄ ſpūs ſancti ſubā ſemen ptus accepit: ſed ꝙ p amorē ⁊ opatiōeʒ ſpūſſancti ex carne vir ginis diuino ptui ſubam miſtrauit. Nā q2 amor ſingularit̄ in corde ardebat. iō in carne ei⁹ mirabilia faciebat amor. ſſ. Cui⁹ dilectio: quia in corde nō ſuſcepit ſociū. ideo opatio in carne illi⁹ non ha/ bebat exemplū. Et ſic patet ꝙ propter errozis excluſionē ⁊ veritatis manifeſta tionem incarnatio filij dei potiſſime ap propriari debet ſpūi ſancto. Et propter has rōnes duas frequenter in ſcriptura fit appropriatio.

## Tertia queſtio.

Utrū xp̄i cōceptio vel incarnatio fuerit ex me ra gratia. An hoc impetrauerūt patrū merita ſanctorū. ¶ Reſpondeo dicēdū ꝙ de beneficio incarnatiōis ſicut de ali/ is bn̄ficijs diuinis loqui eſt triplicer ſcʒ Quantum ad ſubſtantiā v[illegible]ntiā. ⁊ Quantum ad efficaciā. Et quantū ad circūſtantiā. Si loquamur de ipō quā/ tum ad eſſentiā ſic dicenduʒ ꝙ illud be/ neficium erat ſupra ſanctoꝝ patrū me/ rita. Propterea quia nō eſt iuſte retri/ butionis ſed dignationis eminētiſſime: ⁊ nō ſequitur merita hoīs lapſi ſed pori us ē fundamētū omnis meriti: q2 null⁹ deo placere potuit poſt lapſum abſqꝫ fi de iſtius beneficij vel in gn̄ali vt ſuple ſimplices vel ſpeciali: vt prophete ⁊ ſapi entes. Et ſm hanc viam ꝑcedūt ratio/ nes ⁊ auctoritates ad pmā partē indu/ cte. Sicut patet pme Thimo. iij. Appa ruit benignitas ⁊c̄. Sed approbatio il/ la benignitatis ⁊ humanitatis e filij dei hūanatio: ſicut in gloſa dicit̄: ergo videt̄ ꝙ filij dei hūanatio n̄ fuerit mediātib⁹ noſtris meritis. ¶ Jtem ſuper illud pſ. Reſpice in teſtamentū tuū: glo. memi/ nit ꝑmiſſionis: q2 merita deficiūt: ⁊ loq̄/ tur de ꝑmiſſione incarnatiōis. g. ¶ Si vero loqmur de beneficio incarnatiōis quātū ad efficaciam ſic cū eius efficacia eſſet duplex. videlicʒ ꝙ ordinabatur ad liberationē a ſeruitute culpe ⁊ a reatu carentie viſionis dei: quodāmodo cadit ſub merito: quodāmō nō. Nam quātuʒ ad liberationē a reatu carētie diuine vi/ ſionis ⁊ captiuitate diaboli. Hoc meru erunt ſancti patres ⁊ cadit ſub merito. ¶ Nota ꝙ Scotus dicit cōtrariū ⁊ eſt ꝯtra hoc. Quātum vero ad ereptionē ʒ de ſtatu culpe nō cadit ſub merito: niſi

quis large ſumat meritum ad meritum cōgrui z cōdigni. ¶ Si vero loquamur de beneficio incarnationis quantū ad temporis circūſtantiā poteſt cōcedi abſq calūnia ꝙ cadit ſub merito eccleſie p̄cedentis. Sancti enim patres flagrantiſſimis deſiderijs meruerūt incarnationis accelerationē. In quarū perſona dicit yſaias.lx. Vtinā dirumperes celos z deſcenderes ꝛc. Et ſic patz ꝙ incarnationis beneficium quātū ad eſſentiā nō cadit ſub merito: quātū vero ad tēporiſ. circūſtātiā cadit ſub merito. ¶ Quātū vero ad efficaciā mediā quodāmodo cadit ſub merito: quodāmodo non. Si tu obijcias ꝙ deus nō citius incarnatus ē: ꝙ diſpoſuerat ab eterno ꝓpter merita patrū. Dicendū ꝙ ꝓpter merita patrū deus p̄uiderat ſe accelleraturū: z ſic fecit ſicut p̄uiderat.

## Tertio querit. Utrum

meruit beata virgo xp̄m cōcipere. An fuerit cōceptio illa ſolū ex munere gratie diuine. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ ē loqui de merito ſm̄ triplicem gradū z differantiam. ¶ Eſt enim meritum primo Congrui in quo peccator dicit gratiaz ſibi mereri cū ad gratiā ſe diſponit z preparat. Digni quo ſcz vir iuſtus orat ꝓ alio z meret exaudiri. Condigni ꝗ quis ex tanta charitate meret tātaz gratiam ¶ Dico ergo ꝙ beata ꝟgo maria cōcipere filium dei ante incarnationē meruit merito congrui: quoniā p̄ nimia ſua puritate z humilitate z benignitate ydonea erat vt efficeretur dei mater. Poſt annūciationē vero poſtꝙ ꝯſenſit z ſpirituſſāctus incopioſitate gratie in eam deſcendit nō ſolū habuit ꝯgruitatē ſed z dignitatem: z extunc meruit nō ſolum merito congruitatis ſed dignitatis obumbrari z inpregnari virtute altiſſimi. Sed merito cōdigni nō potuit mereri cōcipere filiū dei. Pro eo ꝙ hoc excedit omne meritum: z etiam qꝛ erat ipſius meriti gloirioſe virginis fundamentū. Siue etiaz dicamus deum fieri hominē: ſiue dicamus mulierē fieri matrem dei. Vtrūqꝫ ē ſupra ſtatū que debetur creature: z iō tam hoc ꝙ illud fuit fuit benignitatis z gratie. Et propterea ſicut dixi ꝙ gratiā primā poteſt mereri iuſtus preceden ti merito dignitatis: nō tm̄ merito congrui: ne ergo ꝑderet rationē gratie Sic poteſt cōcedi ꝙ beata virgo nō merito cōgrui ſed merito dignitatꝫ meruit conceptionē: illam nō ſolum cōgrua ſed z digna. ¶ Ad illud qd̄ obijcitur ꝙ maiꝰ ē meritū totius eccleſie ꝙ virginis marie Dici pt̄ ꝙ ꝗuis eſt maiꝰ meritū patruꝫ ꝙ virginis extenſiue: nec tamē oportet ꝙ intenſiue: quia beata virgo poſtꝙ annunciatione audita ab angelo: ſanctificata fuit a ſpūſancto munere gratie tanto eſt plena vt aliquid poſſit mereri digne qd̄ nō poſſent ſi omnes alij eēnt congregati ſimul. ¶ Nota ꝙ aliq̄ dicuntur maxime diſtantia dupliciter. Primo ꝓpter diuerſitatē quia in nllo vl in paucꝭ cōueniunt: z ſic diſtant deus z creatura ſic etiā quātitas z albedo. Alia ſunt diſtantia propter repugnantiā: qꝛ in vno ſunt impoſſibilia z tamē nō ſunt diuerſa: quia in multis cōueniunt vt albedo z nigredo: calor z frigus: que ſūt eiuſdē rationis z generis. Sic autē deꝰ z creatura nō diſtant: z ſic de primis nō eſt verum qd̄ dicitur que diſtāt minime ſunt vnibilia. quia deus z creatura quāuis maxime diſtent propter diuerſitatez nō tamen ſunt incompoſſibiles ſiue repugnantes: immo maxime conuenientes. ¶ Nota multitudo naturarum non repugnat perſone: vt ptꝫ in xp̄o: nec multitudo perſonarum obuiat vnitati nature: vt patet in diuinis Ideo errat qui dicit ꝙ ſimplicitas ſiue vnitas opponitur multitudini: ſed ſimplicitas opponit cōpoſitioni.

## Quarta queſtio. vtrū

beata maria ſit genitrix dei appellāda.
Neſtorius hereticꝰ dicebat ꝙ ṽgo ma/
ria genuerat purū hominē ſcȝ xp̄m: idō
dicebat eam mr̄em xp̄i ſed nō dei intelli
gendo per xp̄m puꝝ hominē qđ tamē ē
falſuȝ: qꝛ xp̄s ſigt̄ qđ deus. Propterea
dicit Damaſcenus dei genitricē nequa/
ꝙ̄ appellamꝰ xp̄o:tocon. i. xp̄i genitriceȝ
ſed vocamus theotocon. i. dei genitricē
Rn̄deo ad qōnē ꝙ ṽba fidē xp̄ianā ex/
ꝑtinētiā debēt eē ab errore lōgiqua ꝛ de/
uotioni approximanda: maxime illa in q̄
bus eſt ſermo de virgine maria. Ipſa em̄
cunctas hereſes interemit in vniuerſo
mundo. veritatē in ſeipā ꝯcipiēdo ꝛ pa/
riēdo Ipſa aūt toto hūano generi recōci
liatiōȝ ꝓmeruit merito ꝯgrui. Et iō er
ga eā debȝ oīs xp̄ianoꝝ deuotio ardere
ꝛ ꝓpterea qꝛ illū ꝯcepit q̄ nō tm̄ dicēdꝰ
ē xp̄s ꝓpter vnionē ſed etiā deus verus:
ꝓpter eternā generationē. Iō dei geni/
trix debet dici vt ex ip̄o vocabulo hono
ret̄ ꝛ impietatis error extinguat̄ qui dic̄
mariā ꝯcepiſſe puꝝ hominem.

Circa quintā di/
ſtinctionē querit̄. vtrū aſ/
ſumere ſit actus ꝯueniens
diuine nature. Per aſſum/
ptionē ꝛ vnionē ypoſtaticā idem intelli
go: tm̄ vltra aſſūptio tria ip̄ortat. Prio
actionē: termiationē: ſcđo tertio relatōȝ
Actionē q̄deȝ ip̄ortat. qꝛ aſſumere ē ad
ſe ſumere ſiue trahere: ꝛ rōne huius ꝑn/
cipalit̄ ꝯuenit diue nature: qꝛ poſſumꝰ
dicere hoc mō ꝙ pr̄ aſſumpſit naturam
hūanā effectiue ꝛ etiā ſpūſſan. effectiue
ſicut filius. Inqn̄tum aūt aſſumptio im
portat terminationē hoc ſolū ꝯpetit fi/
lioſcȝ ſcđe pſone: ꝛ tunc eſt falſa iſta: pr̄
aſſumpſit naturā humanā. Inquātum
autē importat relationē cōpetit tā per/
ſone diuine ꝙ̄ humane nature. qꝛ ꝯcedi
tur ꝙ pſona dina vnitur hūane nature.
ꝛ etiā ꝙ natura hūana vnit̄ dine nature.

## Reſolutio ſtat in ſeptē

dictis: quoꝝ primū eſt ꝙ iſtud verbum
vnire ꝛ aſſumere ip̄ortant principaliter
vnionem diuine nature ad humanā na/
turam differunt tm̄ ſm modū ſignifican
di: vt patet. ¶ Secundū dictū qđ eſt ꝙ
verbum vniendi dicit̄ ab vnione q̄ magꝭ
importat relationē ꝙ̄ actionem. ṽbum
autem aſſumendi đr ab aſſumptione q̄
magis importat actionē ꝙ̄ importat re
lationē. ¶ Tertium ꝙ̄uis cōcedatur ꝙ
diuina natura vniat̄ ſibi naturā huma-
nam ꝛ eidem vniatur. Nullo mō tm̄ con
ceditur ꝙ diuina natura aſſumat̄. Non
em̄ alia vnione vnit̄ diuina natura hu/
mane ꝙ̄ humana natura diuine nature
et idcirco vnitur diuina natura huma/
ne nō vnione propria ſed vniōe qua hu/
mana ſibi vnit̄. Illa vero nō cōceditur
ꝙ diuina natura nō aſſumat̄: qꝛ aſſumi
dicit paſſionē: ſed diuina natura nō ha/
bet paſſiōeȝ nec pōt pati: ḡ nō pōt aſſu/
mi. ¶ Quartum dictū drn̄t vnire ꝛ aſ/
ſumere adinuicē. qꝛ vnire nō dic̄ termi/
num intrinſecū relatiōis vl̄ actiōis de/
terminate: ſed aſſumere importat termi
nū intrinſecū tam actiōis ꝙ̄ relationis.
Terminꝰ qui aſſumit̄ in iſta vniōe ē na
tura hūana. terminꝰ q̄ aſſumit ē natura
dina. ¶ Quintū cū iſtud vocabulū aſ/
ſumere ip̄ortat relationē ꝛ actionē: tam̄
terminꝰ ille interiꝰ intellectꝰ pōt referri
ad vtrūqꝫ vel ad alterū tm̄: ip̄ortat aūt
actionē que facta eſt a tota trinitate re/
lationē vero: qꝛ hec aſſumptio nō eſt ni/
ſi vnio. Ille đr interiꝰ intelligere, q̄ clari
us ꝛ ꝓfundius intelligit. ¶ Sextū ſi ver
bū aſſumēdi ip̄ortat ſit̄ actiōȝ ꝛ relatiōȝ
tūc natura dina nō đr aſſumere naturā
hūanā: qꝛ qn̄ aſſumere ip̄ortat vtrunqꝫ:
tūc qn̄ đr de aliq̄ mō ip̄ortat illud ſoluȝ
eē vnitū ſed ip̄ortat eē vnitū tali vnione
naturali. Natura diuina nāqꝫ nūqꝫ aſ/
ſumit naturā hūanā in vnione nature.

Septimū ſi iſte termin⁹ aſſumere īpor/tat relationē ſolū ꝛ vnionē: tūc pt ꝯcedi ꝙ diuina natura: naturā hūanā aſſūpſit ꝛ ſibi vniuit. ¶ Nota ꝙ ydea ē rō eterna in mente diuina ſm quā aliqd ē forma/bile ad extra. Et capit ydea dupliciter. Uno mō ꝑ forma denoīate: ꝛ tūc nō eſt aliud niſi cognitio diuina. Alio mō ca/pit ꝑ denoiato: ꝛ tūc ydea non ē niſi res cognita in mēte diuina. ydee in mēte di/uina ſūt vnū in ſuba capiēdo ꝑ forma de/noīato ſiue ꝑ ſimplici cognitiōe diuina: tñ ꝑ cōnotata diſtinguūt: qꝛ alia ydea/lapidis alia hoīs ꝛc. ydea lapidis eſt la/pis cognit⁹ a deo. ydea equi eſt equ⁹ co/gnitus a deo.

## Querit ſecūdo. Utrū

aſſumere ꝯueniat diuīe ꝑſone. ¶ Reſolu/tio ē ꝙ aſſūptio īportat actionē ꝛ relati/onē ꝛ ſminū vtriuſqꝫ ſcꝫ actōis ꝛ relatio/nis. Hoc ē ꝑſonā aſſumētē ꝛ naturā que aſſumit. Et rōne iſtoꝝ triū actiōis rela/tionis ꝛ ſmini aſſūptio cōpetit ꝑſone di/ue non cuilibꝫ ſed filio. Nā diue ꝑſone cōuenit oē ꝓncipiū actiuū ꝛ rōnabil' na/ture ſuppoſitū. Utrūqꝫ ſpectat ad eius dignitatē ꝛ nobilitatē. Et iō dīna perſo/na pt hūanā fabricare tanꝙ ꝓncipium effectiuū ꝛ ſtabile: tāꝙ ꝓpriū ſuppoſitū. Ita ꝙ eiuſdē cauſe erit cauſale ꝓncipiū ꝛ ſuppoſitū ꝑſonale: ꝛ ita ꝑ h̄ ſe hꝫ in rōe ꝓncipij ꝛ rōne medij ꝛ in rōe ſmini. Ra/tione ꝓncipij cōpetit actio Rōne medij relatio. Rōne vtriuſqꝫ ſmini ſminatio. Diuina eīm ꝑſona fecit vt ptes nature vnirētur in ſe. Iō cōcedēdū ē ꝙ hec aſſū/ptio cōpetit diuine ꝑſone. ſ. filio.

## Querit tercio. Utrum

aſſumere ꝑſone cōueniat rōne nature an ecōuerſo. Pro declaratōe aduertēdū ꝙ ꝙ qſtio includit duas cauſales. Pria ē. vtꝝ hec ſit ꝟa: qꝛ pſona dīna aſſumit na/turā hūanā: iō natura dīna aſſumit na/turā hūanā. Ul' hec qꝛ natura dīna aſſu/mit hūanā. Iō ꝑſona dīna aſſumit natu/rā hūanā. ¶ Reſolutio ſtat in qttuoꝛ di/ctis. Primū ē qꝛ tria ſūt intelligēda h⁹ vocabuli qđ ē aſſumere ſcꝫ actio: relatio ſminatio. Scđꝫ aſſūptio īqꝫtū actio cō/petit ꝑſone rōne nature. Tertiū dēm ē ꝙ aſſūptio inqꝫtū ē ſmiatio ꝯpetit nafe rōe ꝑſone. Quartū ē ꝙ aſſūptio inqꝫtū relatio cōuenit tā nature qꝫ ꝑſone diue ꝛ nō rōne ꝑſone nec rōne nafe. pꝫ qꝛ ſicut ꝑſona diuina vnit nature hnmane. Ita ꝛ diuina natura vnit nature humane.

## Querit quarto. Utrū

hec ſit cōcedēda: Diuina natura ē caro fcā. ¶ Reſolutio tota ſtat in duabꝫ pro/poſitiōibꝫ. Pria ē ꝙ iſta dꝫ admitti ꝛ cō/cedi ꝛ ſic intelligi dīna natura ē incarna/ta qꝛ ſcpta legit a doctoꝛe autētico Da/maſceno Aymus oēm ꝛ pfectā naturā in vnā ypoſtaſim incarnatā eſſe: nec ſim/plicit' ipꝛopa: duplicē tñ fac' intellectuꝫ quoꝝ vn⁹ ē veri⁹ ꝛ catholic⁹ licet ali⁹ ſit ambigu⁹ pꝫ hoc ꝑ ꝑri aroē ſic. Ois ꝓpō ē admittēda q̄ ē catholica vera ꝛ ꝓpria: ſꝫ pdicta ē hmōi. ꝛc. mioꝛ pꝫ: qꝛ illa ꝓpō hꝫ duplicē ſenſū vt dictū ē. Prim⁹ ē di/uina natura ē incarnata. i. carni vnita: ꝛ in iſto ſenſu ē vera ꝛ ꝓpria. Ali⁹ ſenſus ē diuina natura ē incarnata. i. caro facta ꝛ iſte ſenſus ē ipꝛopri⁹ ꝛ dubi⁹. Scđa. hec ꝓpō natura dīna ē caro facta nō ad/mittit a ſchola theologoꝝ ſm Scotum ſola ē ꝟa ꝑ ydēptitatē vt ſit ſenſus. eſſen/tia dīna ē ille q ē hō: ꝛ qꝛ ē ipꝛopa ꝛ redu/cit ad vnā q ē ꝓpria imediate ſcꝫ ad iſtā. De⁹ ē hō: ē cōcedēda: ſꝫ ſcđa ſcꝫ iſta eſſē/tia dīna ē caro nō ē aliq mō admittenda qꝛ reducit imediate ad iſtā: eēntia dīna ē hō qꝛ etiā ipꝛopa. ꝛ ē ſenſ⁹. dīna nafa ſm qđlibet ſui ſiue ſm ſe totā ē incarna/ta qđ ꝯ qſdā hereticos dicētes ꝙ diuina natura ſm vnā ptē ſui ē icarnata ꝛ non ſm aliam.

## Quinta queſtio. Utrū

ſit cōcedēdū q̄ hūana naťa ſit aſſumpta a deo. ¶ Reſolutio ē q̄ vere ⁊ ꝓprie loquēdo cōcedi pōt ⁊ dʒ hūanā naturā a deo aſſūptā eſſe. Pro eo q̄ Phs dicit q̄ natura accipiť ꝓ ſ̄ba foꝛma ⁊ ꝓ vera materia. ⁊c̄. Alioq̄n perit fides nr̄a cu᷒ ſeptē articli ſ̄ſpiciūt diuinitatē ⁊ ſeptē ſ̄palitatē. Sʒ ꝯ̄ arguiť. oē qḋ aſſūiť ab aliq̄ ī vniōʒ acq̄rit aliquā ꝓprietatē ei᷒ cui vniť: ſed natura hūana nō acq̄rit aliā ꝓprietateʒ ſ̄bi diuini cū cōicatio ydiomatū nō fuit in abſtractʒ. igiť ⁊c̄. Rn̄deť ad minoꝛeʒ q̄ hūana naťa rōe ſuppoſiti: h̄ ē i ꝯcreto bn̄ acquirit ꝓprietates dei lʒ nō rōe foꝛme. i. i abſtracto. Licet ei ꝯcedim᷒ iſtā: hō ē deus: nō tn̄ ꝯcedim᷒ iſtā: naťa humana ē de᷒: lʒ hōēt naťa hūana idē ſint ⁊ h̄ ꝓpter diuerſos modos ſ̄cādi. Natura ḡ hūana in abſtracto nō acq̄rit ꝓprietates diuinas ⁊ h̄ intellige in recto: q̄ʒ in aliquo bn̄ acq̄rit: vt lʒ non dicam᷒ natura hūana ē de᷒: bn̄ tn̄ dicim᷒ q̄ natura humana eſt in deo.

## Queſtio ſexta. vtrum

de᷒ aſſūpſerit hūanā pſonā. De᷒ h̄ ſupponit pro pſona filij dei ſcʒ xp̄i. ¶ Reſolutio ſtat in vno dicto in q̄ oēs ꝯueniūt. Et ē tale. Hec ꝓpō q̄ pſona diuina aſſūpſit pſonā hūanā ē falſa q̄ncūq̄ mō intelligať. Et h̄ intelligiť trib᷒ modis. vt pʒ in textu. ¶ Nota q̄ ſunt duo articuli ꝑncipales in fide nr̄a. Prim᷒ eſt de trinitate deſfinat fideʒ catholica q̄ ſ̄t tres pſone in vna eēntia q̄ ē oīno immultiplicabilis ⁊ indiuiſibilis ⁊ ſingulariſſima q̄ tota ē in q̄libet. Scḋs articul᷒ ꝑncipaľ ē de incarnatiōe ſ̄bi vbi ponimus multitudinē naturaꝝ q̄ in xp̄o ſūt plures nature. ſ. natura hūana creata: ⁊ natura diuina increata. Natura hūana humilis tpaľē creationē. Et d na natura ętnā generationē.

## Septimo querit̄ vtrū

ſit ponere intentionē pſonālitatʒ in aīa ſepata a oī vniōe circūſcripta. ¶ Rn̄deo ſ̄ʒ mgr̄ ſniaꝝ ⁊ Hugo de ſcō vic. Dixerunt q̄ aīa ſepata a coꝛpe ē pſona. tn̄ cōiť magiſter ⁊ doct. pariſienſes tenēt oppoſitū. In h̄ errauit mgr̄ ⁊ ē ꝑm᷒ erroꝛ illi᷒ terrꝫ. Ipe eni tenuit octo erroꝛes in libro ſniaꝝ. Duos in q̄libet lib. In ꝑmo lib. diſt. xvij. dič q̄ charitas q̄ ē amoꝛ dei ⁊ ꝓximi n̄ ē q̄d creatū ſʒ ē ſpūſſanct᷒. Secūd᷒ di. xxiij. poniť vbi dič q̄ hec noīa trinus ⁊ trinitas n̄ ponūt q̄d poſitiuū ī do. In. ij. lib. diſt. v. dič q̄ in angeľ btis p̄remiū ꝑceſſit meritū. Scḋs ē ibidē: dič q̄ nihil de aľi nēto traſit in ſ̄rutem hūane nature. In t̄io lib. diſt. v. dič q̄ aīa ſepata ē pſona. ſcḋs ibidē: dicit q̄ xp̄s ī triduo fuit hō. In. iiij. lib. diſt. i. dicit q̄ baptiſm᷒ iohānis cū ipoſitōe manuū equipollebat baptiſmo xp̄i. ſcḋs ibidē dicit q̄ de᷒ pt̄ cōicare potentiā creādi creature. Vn̄ licet ſeminauerit multos erroꝛes q̄ nūc reputāť erroꝛes ſic, de ꝯceptiōe ⁊c̄ tn̄ iſti ꝓpoſiti apud oēs veros doctoꝛes ⁊ ab oī ſchola repudianť ⁊ ꝯdemnantur. Dico ḡ q̄ aīa ſepata a coꝛpe nō eſt perſona. patet in textu.

## Octauo queriť vtrum

cōcedendū ſit q̄ de᷒ aſſūpſit hominem. ¶ Rn̄deo dicēdū ē ſ̄m fidē nr̄am q̄ hōʒ hūanitas nō ſūt totaliť eadē. Ita q̄ q̄cq̄d ē hō ē hūanitas ⁊ ecōtra. pʒ q̄ ſuppoſnūt ꝓ reb᷒ diuerſis: ita q̄ hec ē vera. fili᷒ dei ē hō. ⁊ hec ē falſa: fili᷒ dei ē hūanitas. Ideo dico q̄ hūanitas ſic diffiniť. Humanitas ē natura ꝯſtituta ex coꝛpoꝛe ⁊ aīa rōnali ⁊ nihil aliḋ connotat: ⁊ ſic pʒ q̄ hūanitas nō dʒ de filio dei. Nā ꝯcedimus q̄ filius aſſumpſit naturā humanā ex quo ſequiť filiū dei nō eē ſcʒ naturam humanam q̄ eſt regula fidei inter aſſumens ⁊ aſſūptū ē realis diſtinctio. Eadē rōne nō ꝯcedimus iſtā: fili᷒ dei aſſūpſit hominē. q̄ fili᷒ dei ē homo. Idē aūt nō aſſumit ſeipm. Iſta ꝓpō eſt vera q̄ue dʒ q̄ hec ꝓpō eſt ip̄pꝛia: fili᷒ dei aſſūpſit

hominē ꝓpť duplicē cauſam: tū ꝓpť
defectum diſtinctionis: tū propter defe/
ctuꝫ ordinis: q꞉ aſſumere importat quē/
daꝫ ordinē ⁊ reſpectū eius qd naturalit̄
antecedit ipam aſſumptionē. ¶ Cum ḡ
neceſſe ſit illud qd aſſumit̄ p̄ſupponi ⁊ p/
cedere ſaltē naturaliter ipam aſſumpti
onē nō poteſt recte ꝯcedi ꝙ de⁹ aſſum/
pſit hominē cum eſſe humanū vt viſum
eſt non precedat ſed ſequit̄ ipam aſſum/
ptionem.

**Nono querit̄. vtrum**
ſit cōcedendū ꝙ filius dei aſſumpſit hu
manitatē. ¶ Rn̄det̄ p duas ꝓpoſitiōes.
Pma ē. ꝙ humanitas capit̄ tripl'r. Prio
pro ptib⁹ ꝯſtituentib⁹ hominē: ⁊ iſto mo
do capit̄ ſepe in ſacra ſcriptura: vt cum
d꞉. Hō interior ⁊ homo exterior. Et eti
am in epiſtolis ſalutātis frequēter op/
tatur alicui ſalus in vtroqꝫ homine ⁊c.
Secundo capitur pro natura humana
reſultante ex talib⁹ partib⁹ diſtincta rea
liter ab illis: ⁊ iſta humanitas eſt media
inter res corporales ⁊ ſpirituales: quia
per corpus conuenit cum reb⁹ corpora/
libus: ⁊ per animam cum angelis: ⁊ iſta
humanitas eſt vel poteſt dici ſm̄ Grego
riū omnis creatura: quia participat cuꝫ
omni creatura. Tertio capitur pro qua
cunqꝫ proprietate conſequente ipam na
turam humanam vt riſibilitas. ¶ Se/
cunda propoſitio. quocūqꝫ modo capia
tur humanitas verum eſt ſimpliciter ꝙ
filius dei aſſumpſit humanitatem. patꝫ
in libro iſta propoſitio.

**Circa ſextam di/
ſtinctionem** queritur. vtrū
xp̄s ſit duo. ¶ Pro declara
tione huius queſtionis eſt
aduertenduꝫ ꝙ duo capitur dupliciter.
ſcilicet maſculine ⁊ neutraliter. Quan/
do eſt maſculini generis: tūc ſemper po
nit diuerſitatem in perſonis. ⁊ ſic duo in
uenitur in diuinis. Quando autem ca/
pitur neutraliter ponit diſtinctionem
⁊ diuerſitatem in natura: ⁊ ſic nō inueni
tur in diuinis. Et ſicut dictū de duob⁹
maſ. gener꞉: ſic dicēdū eſt de duob⁹ femi
nini generis ſcꝫ ꝙ ponit differētiā in per
ſona: vt d꞉ in ſimbolo. Alia ē pſona pa/
tris alia filij ⁊c. ¶ Scd̄m p̄dictā diuiſiōis
iſtius noīs duo. Pono tres propoſitio/
nes. Prima ꝙ xp̄s nullo mō dicendus ē
accipiendo duo maſculine: pꝫ quia xp̄s
nō eſt due pſone. Secūda xp̄s nullo mo
do dicendus ē duo capiēdo neutraliter
patet: q꞉ due nature nō p̄dicāt̄ in abſtra
cto de xp̄o: nec ē due nature. licꝫ eīn iſta
ſit vera: xp̄s ē natura diuina: tn̄ iſta ē fal
ſa: xp̄s ē natura humana. Tertia lꝫ xp̄s
non ſit duo nec maſculine nec neutralit̄
pōt dici ꝙ in xp̄o ſunt duo: capiēdo duo
neutraliter. Hoc poteſt ꝯcedi ꝙ xp̄s hꝫ
duo neutralit̄. patet: q꞉ habet in ſe duas
naturas ſed illud d꞉ habere duo neutra
liter eo ꝙ hꝫ duas pſonas: ḡ ⁊c. ¶ Reſo
lutio tota ſtat in vna diſtinctiōe ⁊ quiqꝫ
ꝓpoſitioib⁹. Diſtinctio ē ꝙ xp̄m eē duo
intelligit̄ tripliciť. Primo ꝙ xp̄s ſit duo
id eſt due nature. Scd̄o ꝙ dicat̄ eē duo
id eſt due pſone. Tertio ꝙ dicat̄ eē duo
.i. due reſ nature ſiue duo ſuppoſita. Vn̄
res nature ypoſtaſis ⁊ ſuppoſitū ideꝫ pe
nitus ſunt ⁊ pro eodeꝫ accipiuntur. Nā
vt dictum eſt in iſto tertio ſuppoſituꝫ in
diuiduum ⁊ perſona differunt: quia om
ne ſuppoſitum eſt indiuiduum ⁊ nō econ
tra: et omnis perſona eſt indiuiduum et
non econtra. Dico vlterius ꝙ res natu/
re nō diuidit̄ de indiuiduis accidentiuꝫ
nec etiam de ſubſtantijs incompletis id
eſt de corpore ⁊ de anima. In iſta diſtin
ctione ponunt̄ due ꝓpōnes: quaꝝ pma
eſt: ꝙ nullus vnqꝫ doctor poſuit ꝙ chri/
ſtus ſit duo. id eſt due nature. Littera
hereticum ē ſimpliciter dicere xp̄m eſſe
duo loquēdo de dualitate pſone: patet
per ſimbolū. Nō duo tn̄ ſed vn⁹ ē xp̄s.
pꝫ ergo ꝙ xp̄s nullo modo ē duo ſꝫ vnū

¶ Juxta oīa pdcā ponā octo ꝓpoſitio/
nes ꝑ ordinē vt ſimus cauti in loquēdo
circa iſtā materiā. Et harū ſeptē erunt
negatiue ⁊ catholice ⁊ ꝑ ꝯſeqns affirma
tiue eis oppoſita ſunt heretice ceſſande.
octaua erit affirmatiua ⁊ heretica. Pri/
ma ꝑs nō ē due pſone. Scđa in xpo non
due perſone. Tertio xps nō ē duo ſup/
poſita. Quarta in xpo nō ſūt duo ſup/
poſita. Quinta xps nō eſt due res natu
re ſeu ypoſtaſes. Sexta in xpo non ſunt
due res nature vel ypoſtaſes. Septima
xps nō eſt duo indiuidua. Octaua: q̄ ē
heretica in xpo ſunt duo indiuidua.

## Secūda queſtio. Utrū

perſona xpi ſit vna vnitate ſimplici: an
ꝯpoſita ¶ Reſolutio tota qōnis ſtat in
vna diffinitōe ⁊ qnqȝ ꝓpoſitiōib⁹. ¶ Di/
ſtictinctio eſt talis. Cōpoſitio capitur
dupliciť ſcȝ ꝓpe ⁊ large Quid ſit ꝯpoſi
tio proprie dicta ſic poteſt deſcribi. Eſt
vnio aliquoꝝ duoꝝ habentiū inclinatio
nē mutuā ad cōſtitutionē vnius tertij.
¶ Secundo capiť large: ⁊ ſic pōt deſcri/
bi. Eſt alicui⁹ nature vel entis cuȝ alio
poſitio ſine cōſtituāt vnū tertiū ſiue nō
¶ Prima ꝓpoſitio. Perſona xpi nō pōt
dici cōpoſita nec ē in pſona xpi. Cōpoſi
tio ꝓpria dicta pȝ in libro ꝑ argumenta
ante oppoſitū. ¶ Scđa aſſerere pſonam
xpi eſſe cōpoſitā ꝯpoſitiōe propria non
ſolū ē falſum ſed etiā hereticū. ¶ Ter/
tia pſonalis vnio naturaꝝ in xpo poteſt
dici ꝯpoſitio large capta: pȝ q2 tūc ꝯpō
nihil aliud ē niſi vnio. ¶ Quarta aſſere
re in xpo ē ꝯpoſitionē large captā nō ē
hereticū ſed verū ⁊ catholicū. Et iō ſe/
cūda opio que recitať in lr̄a mgr̄i q̄ dic
xp̄m eſſe ꝯpoſitū vera eſt ⁊ catholica: q2
nō vult dicere ꝙ pſon ı xpi ſit ex pluribꝫ
naturis cōſtituta: ſed ꝙ vna natura eſt
alteri vnita. ¶ Quinta: q2 vocabulum
ꝯpoſitionis ē calūniabile in materia in/
carnationis. Jdeo doctores pn̄tis tpis
ſenſū ⁊ rem pdicte opinionis retinentes
declināt ꝯpoſitionis vocabulū: ⁊ pro eo
noīe vnionis vtūtur.

## Tertia queſtio. Utrū

xps ſm ꝙ homo ſit aliquid. An hō pdi/
cetur de xpo ꝑ modū habit⁹ ⁊ accidētis
¶ Reſolutio ſtat ı vna diffinitiōe ⁊ dua
bus ꝓpoſitiōb⁹. ¶ Diſtinctio tal' ē Jſta
propoſitio xps eſt homo ꝑ modū habi/
tus ⁊ accidentis habet dupl'r intelligi.
Primo ꝙ illa precio ſit pure accidētal'
ita ꝙ nō ſit ſubſtātialis. Aut ꝙ aliq̄ mo
do habeat rōeȝ. i. modū ſeu ſimilitudinē
pdicatiōis accidētalis: ſit tn̄ ſm verita/
tē ſubal' pdicatio ¶ Pria ꝓpō ē: falſū eſt
ꝙ xps ſit hō ꝑ modū hitus ⁊ accn̄tiȝ. Se
cūda pt ꝯcedi ꝙ xps ē hō ꝑ modū hitus
⁊ accn̄tis intelligēdo. ſcđo modo pȝ ex
duplici ſilitudine quaȝ hȝ iſta pdicatio
cū accn̄tali. Nā ſic accn̄s ſuſtēnificať in
ſuo ſubiecto: ita hūanitas xpi i diuinitate
ſic tn̄ ꝙ nō inheret ei. Jtē pȝ alit': q2 ſic
accn̄s nō dat pmū ēē ſuo ſubo ſȝ aduēit
ei p⁹ ſuū ēē ꝯpletū: ſic hūanitas ē q̄ſi ad/
uēticia ⁊ q̄ſi accn̄s filio dei: q2 n̄ dat ei p
mū ēē ſȝ aduēit ei p⁹ ſuū ēē pfectū ⁊ ꝯple
tum. J[illegible]e due ꝓpropoſitiones clare pa/
tent in libro.

## Quarta queſtio Utrū

iſta vnio ſacra t'minata ſit ad vnitatem
pſone an nō ¶ Rn̄deo ſciēdū ꝙ vnio vl/
tra ea q̄ dicta ſūt ē q̄druplex. Una ē i q̄
ē vni⁹ vnibil' i naturā alteri⁹ ꝯuerſio vt
vnio gutte aq̄ in dolio vini: ⁊ rō iſti⁹ vni
oīnis ē: q2 ibi ē repugnātia ⁊ pdn̄atio.
Repugnātia qdē q2 vinū a tota ſpē eſt
calidū: aq̄ vo ē frigida. Predn̄atio aūt
q2 vinū ē forti⁹ aq̄. Alia vnio ē i q̄ ē vtri
uſqȝ vnibilis alteratio ⁊ tertie nature ꝓ/
ductio vt vnio elemtoꝝ ad cōſtōem ali/
cui⁹ mixti. Rō āt tal' vniōis ē: q2 ē ibi re
pugnanntia ſed non eſt predominatio
excellens. ¶ Tertia vnio eſt qua non eſt
vnitorum alteratio: ſed vnius tertie na/
ture ꝯſtitutio: ⁊ ſic aīa ⁊ corp⁹ vnīūtur

¶ Rō iſti⁹ vniōis ē qꝛ ibi nō ē repugnā/
tia ſꝫ ē mutua depēdēdētia vni⁹ ad alteꝝ.
¶ Quarta ē in qua nec eſt trāſmutatio
vnitoꝝ nec depēdentia nec tertie nature
cōſtitutio ſꝫ eſt vni⁹ nature ab altera ſu
ſtētatio ⁊ in altera inſertio: vtiqꝫ vna ar/
boꝛ ſuſtētificabiť in ſtipite alteri⁹ ⁊ ratio
huius vnionis ē qꝛ ibi eſt excellēs pdñā/
tio ⁊ nō eſt repugnātia nec dependentia
mutua. ⁊ iſto. quarto modo vnionis na/
tura humana vnita eſt diuine. Iſtis pre
notatis facilis eſt ad q̄ſtiōeꝫ rñſio: q̄ iſta
vnio ſacratiſſima terminata eſt ad vnita
tem perſone ⁊ non ad vnitatem ⁊c̄.

## Quīto queritur. Utrū

iſta ſacra vnio ſit ſingularꝫ. ¶ Rñſio q̄
iſta ſacra vnio eſt ſinglaris. ¶ Sciendū
q̄ phs ponit multos modos vnionis in
vi. phiſic. c. de vno. Dicit q̄ eſt vnuꝫ ꝑ ſe
aliud eſt ꝑ accidēs. Duplex eſt vnū ꝑ ac
cidens. Unū eſt ſicut accidens in cōcre/
to. Aliud ē qn̄ duo accidētia ſunt in vno
cōcreto. Unū ꝑ ſe dī nouē modis ſcꝫ: cō/
tinuatiōe: ſpē: gñe: diffinitiōe: indiuiſibi/
litate: numero: ſimplicitate: totalitate: ꝓ
portiōe: ⁊ materia ⁊ qꝛ nulla iſtarū vnio
nū eſt ſilis vnioni xp̄i. Ideo eſt ponēda
alia vnionis diuiſio ſm theologos. Nec
ē mirū ſi phi nō poſuerūt iſtū modū vni
onis ſacratiſſime qꝛ illā nō nouerūt ⁊ etiā
ſolū naturaľr loquebāť. Btūs aūt bern
bardus doctoꝛ melliſluus ponit nouem
modos vnionis. Primus eſt vnitas col/
lectiua. Scd̄s ē vnitas ꝯſtitutiua. Ter
tius eſt vnitas cōingatiua. Quart⁹ eſt
eſt vnitas natiua. Quint⁹ eſt vnitas po
teſtatiua. Sext⁹ eſt vnitas cōſentanea.
Septimus eſt vnitas votiua. Octau⁹
eſt vnitas dignatiua q̄ eſt ꝑſonalis hoīs
cū deo. Nonus eſt vnitas trinitatis.

Circa diſtinctio/
nē ſeptimaꝫ q̄riť. Utrū hec
propoſitio ſit vera. De⁹ eſt
hō. Dicēdū q̄ abſqꝫ dubio
ſcd̄ꝫ fidē catholicā tenēdū ē firmiť q̄ pdi/
cta ꝓpō eſt vera rōne vnionis ꝑſonalis ī
xp̄o q̄ eſt nature q̄ facit vnuꝫ p̄ri de alio
in ꝯcreto qꝛ q̄cūqꝫ vni ⁊ eideꝫ ſingulariť
ſingulariter ⁊ vnitate tento ⁊ in cōicabi
li ſunt eadē: ita eadē ſunt īter ſe. ſꝫ ſic q̄
de xp̄o dī de⁹ ⁊ hō ꝗ diſtinguiť de ſeinui
cē. Nō tñ pdicta ꝓpō ē imediata ſꝫ hec ī
mediata: natura hūana ē vnita vbo dei
et ex hac ſequiť iſta ſcꝫ q̄ vbū diuinū eſt
hō. Et ad hāc ſequiť de⁹ ē hō ad quā ſeq
tur iſta q̄rta. hō eſt d̄s q̄ ē ꝯuertēs tertie
Sꝫ de mō pdicādi ē triplex oppinio vide
in textu q̄rū due p̄ie reprobanť ⁊ tertia
teneť. Nō eñ eſt pdicatio formaľ ſiue eſ/
ſentialis vt hō ē aīal: nec cauſaľ vt d̄s eſt
ſpes mea: cauſatiue vt loq̄ ē op⁹ hūanuꝫ
eſt pdicatio cauſaľ. Nec ē accidētaľ q̄ eſt
qn̄ pdicatū eſt accidens. ſubiecto vľ ecō/
uerſo nec ē idētica ſiue iplicatiua vt dic̄
ſcd̄a opinio q̄ dicit q̄ hec: de⁹ ē hō eſt ve/
ra ꝑ iplicationē ⁊ ſenſus eſt ille q̄ ē deus
eſt hō fili⁹ eñ dei q̄ eſt de⁹ idētitate ē hō
nō valꝫ vt pꝫ ī textu. ¶ Dicēdū ꝗ ē q̄ h̄ ē
ſinglarꝫ mod⁹ pdicādi ſcꝫ ꝑ vnionē iō ei
hō pdicať de deo qꝛ vniť ei in vnitate ꝑ/
ſone ⁊ qm̄ hec vnio ē ſinglaris nō ē mirū
ſi ſingularē modū exigit pdicandi iō hec
pdicatio nō reduciť ad aliq̄s modos pdi
cādi ꝯſuctos. ¶ Nota q̄ ē dr̄a īter vniuo
ce pdicari ⁊ pdicatū vniuocū. Uniuocū
pdicatū ē qd̄ pdicať d̄ aliq̄b ſm id̄ nomē
et eādē rōnē vt albū pdicať de lapide pa
riete ⁊ eq̄ ⁊ hoīe ſm idē nomē ⁊ eadē rōnē
q̄ eſſe eſt diſgregatiuū viſus. Ad pdicari
aūt vniuoce reqriť vltra q̄ rō nois ſit de
q̄dditate ei⁹ de q̄ pdicať. Iſta ſunt ſyno
nima vniuoce pdicari: q̄dditatiue ī p̄io
mō dicēdi: ⁊ formaľr ⁊ eſſentiaľr ſūt ideꝫ
homo aūt dī de deo nō vniuoce ſꝫ tanqꝫ
vniuocum predicari.

## Scd̄o queritur. Utrū

ſic iſta ꝯcedit de⁹ ē hō ꝑ ꝑſona filij ſic iſta
ſit ꝯcedēda. De⁹ nō eſt hō ꝑ ꝑſona p̄ris.
¶ Rñdeo. ſm Bonauē. q̄ hec nō ꝯcedē

da eſt: deus nõ ē hõ: qꝛ nõ eſt ſile. qꝛ iſte
termin⁹ de⁹ ꝛc̄. vide textũ. ¶ Dicēdũ ſm
aliquos ꝙ vtraqꝫ eſt vera et rõ eſt qꝛ iſta
deus eſt hõ. ꝛ deus nõ eſt hõ ſunt indiffi
nite ſingulariter qꝛ illa ꝓpõ eſt indiffini
ta in qua ſubijcitur terminus cõis ſine ſi
gno q̄tificate: ſꝫ ſic ē h ergo ꝛc̄. Qꝛ aũt
iſte terminus deus ſit cõis pꝫ qꝛ ille ter/
minus eſt cõis q̄ vere põt pꝛedicari de
plurib⁹ ſꝫ iſte termin⁹ d̄s eſt hmõi g̃ ꝛc̄.
et ſic dicit okã ꝛ gregorius de arimino.
Iſte termin⁹ de⁹ in ſacra ſcriptura hꝫ di
uerſam ſuppoſitõeꝫ. Aliqñ em̃ ſupponit
pꝛo perſona diuina. Aliqñ ꝓ eſſentia di
uina cõi ipſis tribus ꝑſonis. p̄ma pars
pꝫ ꝑ illud pſ̄. Propterea vnxit te de⁹ d̄s
tuus oleo letici e. Ita ꝙ li primũ deus ē
vti caſus et ſupponit ꝓ ꝑſona filij: ꝛ ſcd̄ꝫ
li deus ſupponit ꝓ patre ꝛ eſt ſenſus. O
deus fili ꝓpterea vnxit te deus tuus id ē
pr̄ tuus ꝛ hoc dicit Aug⁹. pꝫ etiã ꝑ illud
pꝛio Ioh. Vbũ erat apud deuꝫ: qꝛ apud
importat diſtinctionē q̄ nõ eſt inter ver/
bũ ꝛ naturã diuinã. Et ibi bñdicat nos
deus de⁹ ꝛc̄. Scd̄a pars pꝫ ꝑ illud apl̄i.
Sol⁹ deus hꝫ imoꝛtalitateꝫ. Et ꝑ illud
Exo. Audi iſrl̄ qꝛ dñs deus tuus vnus
eſt id eſt eſſentia diuina vnica eſt ꝛ indi/
uiſibilis. Itē pꝫ ꝑ illud Aug⁹. in pꝛimo
li. de trinitate. Deus eſt pr̄ ꝛ fili⁹ ꝛ ſpũſ/
ſanctus. Et in vno ſermone de vno mar
tyre. Quis ē deus pr̄ ꝛ filius ꝛ ſpũſſan.
et cõſtat ibi qꝛ ibi ſupponit deus ꝓ diui/
nitate. neqꝫ pr̄ ē p. fili⁹ ꝛ ſpũſſan. ꝛc̄. Et ī
iſta ꝓpõne de⁹ genuit deũ: ꝛ de⁹ ē hõ de⁹
nõ ſupponit ꝓ natura diuina ſꝫ ꝓ ꝑſona
qꝛ iſta deitas genuit vel eſt hõ eſt hereti
ca. Sequit̄ ex hoc ꝙ in iſta de⁹ nõ eſt hõ
li deus ſupponit ꝓ perſona ideo dicendũ
ꝙ q̄tũ ē de ſermone rigoꝛis. Iſta eſt ſin
gulariter cõcedenda de⁹ nõ genuit deuꝫ
et iſta de⁹ nõ eſt hõ qꝛ ſunt indefinite et
ad veritatē īdefinite ſuffic̄ ꝙ vna ſingu/
laris ſit vera. Iſta aũt deus nõ eſt homo
hꝫ duas ſingulares veras. ſ. de⁹ pr̄ ꝛ de⁹
ſpũſſctũs nõ ē hõ que ambe ſunt vere er

go ipſa vera. Sil̄r dicendum eſt de iſta
deus non genuit deũ. Hec aũt dicta ſm
opinionē iunioꝛũ modernoꝝ. Sꝫ pꝛima
ſm opinionē antiquoꝝ ideo ſecurioꝛ ꝛc̄.

## Tertio querit̄. Utrum

hec ſit admittenda. deus factus eſt hõ.
Notandum ꝙ duplex eſt factio actiua ꝛ
paſſiua. Pꝛima eſt habitudo faciētis ad
factũ qd̄ accipit eē poſt nõ eſſe natura vl̄
tp̄e a tali faciēte. In hac diffinitiõe ſunt
due particule. Pꝛima eſt habitudo faciē
tis ad factũ loco genere. ¶ Scd̄a ꝑticu/
la qd̄ accipit ꝛc̄. qꝛ de ratione eius facti/
onis eſt eſſe poſt non eſſe et hoc ponitur
ad differenciam filij dei: q̄ ſꝑ fuit. Ideo
non põt dici factus. Ex quo ſequitur ꝙ
ſi deus creaſſꝫ mundũ ab eterno ad huc
fuiſſet ibi vera factio: quia licet non ha/
buiſſet eſſe poſt non eſſe tempoꝛe vel du
ratione habuiſſꝫ tamen natura: qꝛ mun/
dus quãtum eſt de ſe habuiſſet pꝛius nõ
eſſe quãtitate eſſe niſi deus impediuiſſet
pꝛeueniēdo ita ꝙ fuiſſet ibi pꝛioꝛitas na
ture priuatiua. ¶ Factio paſſiua eſt ha/
bitudo ipſius facti ad ipſum faciens ꝛc̄.
ſicut in pꝛioꝛi diffinitione. Filius auteꝫ
dei ꝛ ſpiritusſanctus. licꝫ ſint ꝓducti nõ
ſunt tamen facti quia ſunt ex ſe eque ne
ceſſarij ſicut pater q̄uis nõ ſint a ſe. No
tandum ꝙ creatio: factio: actio: ſic diffe/
rũt: qꝛ Actio ſemper ſubiectũ pꝛeſuppo/
nit in qd̄ agat̄. Creatio nihil oīno p̄ſup/
ponit ſed eſt de nihilo ꝛ eſt ſoli deo poſſi
bilis. Unde eſt ꝓductio alicuius de ni/
hilo. Ex quo ſequit̄ ꝙ creatio ꝓpꝛie non
eſt actio: ꝛ ſi dicatur actio mag̃ dicitur
grãmaticaliter loquendo ꝙ realiter vel
metaphiſicaliter loquendo ſicut dicit̄ ꝙ
creo eſt verbum actiuũ factio aũt eſt q̄d
cõe actiõi ꝛ creatiõi. Factio iterũ eſt du
plex q̄daꝫ dicitur factio ſimpliciter: alia
factio talis qualis vel factio ſm q̄d. Si
cut em̃ iſtud verbum eſt ponit̄ in ꝓpõne
de eſt ſcd̄o adiacente. Aliquando in ꝓpõ
ne de eſt tertio adiacente: quando auteꝫ

ponitur primo modo dicit exiſtentiam
ſimpliciter quãdo ponitur ſcdo mõ dicẽ
eſſe ſcꝫ de tertio adiacẽte. Nõ eẽ exñte ſi
ue eſſe ſimpliciter ſed ĩportat tale eẽ ſm
illud qđ ſpecificatur ꝑ tertiũ vt eẽ albũ
vel nigrum ⁊c̃. Sic dicendum eſt de iſto
verbo ſubſtantiuo fio. Qñ eĩ ponit̃ in
propõne de eſt ſcdo adiacente importat
factionẽ ſimpl'r vt deus fit ⁊c̃. qñ aũt po
nitur in propoſitione de eſt tertio adia/
cente importat actionem ſm exigentiaꝫ
vel ſpecificationẽ tertij. qđ ponit̃ in ꝓpõ
ne. Factio ergo ſimplicit ẽ qua aliqđ fit
ſimpl'r de nõ eſſe ad eſſe factio autem ali
q̃lis eſt qua aliquid fit tale vt ſor. fit al/
bus ⁊c̃. Queſtio aũt intelligitur de fa/
ctione non ſimpliciter que eſſet plana ſꝫ
factione aliquali. Ad quã Rñdendum
eſt ſimpliciter affirmatiue ſcꝫ deus fcũs
eſt homo. Si eĩ factus cadat ſup totã
propoſitionẽ ſenſus eſt factũ ẽ ita ꝙ iſta
propoſitio ſit vera. Deꝰ factus ẽ homo
et hõ factus ẽ deus: ⁊ q̃uis ſit verus ſen
ſus ⁊ ab omnibꝫ cõceſſus nõ tñ eſt verus
de rigore ſermonis quia h̃ ꝑticipiuꝫ qđ
eſt factus cum dicit̃ maſculini generis ⁊
adiectiuum adiectiue tentũ non poteſt
ponere rem ſuam circa copulam ſed ne/
ceſſario ponit q̃tũ eſt de virtute ſermo/
nis circa ſubiectum vel predicatum. Si
autem li factus tenet ſe ex parte p̃dicati
eſt ſenſus. Deus eſt q̃ đ deẽ hõ bõ factus ẽ
vel productꝰ ⁊ ſic põt dici ꝙ ſenſus ẽ fal
ſus quia homo dicitꝰ de xp̃o dicit ſuppo/
ſitum diuinum qđ minime ẽ factum ⁊ iõ
xp̃s non eſt homo factus. Si auteꝫ li fa
ctus determinet vnũ extremoꝝ in cõpa/
tione ad aliud ſic eſt ſenſus deus ſe fecit
hominem per humanitatẽ aſſumptiõem
ſicut homo facit ſe doctum per acquiſi/
tionem doctrine ⁊ ſic ſenſus eſt verus ta
men aliquid habet ĩproprietatis ⁊ aliud
proprietatis. Hoc enim ꝑticipiuꝫ factꝰ
tria importat videlicet anteceſſionẽ ex ꝑ
te ſubiecti ⁊ inceptioneꝫ ex ꝑte predicati
et tranſmutationeꝫ ex ꝑte vtriuſq̃ vt in

hoc Exẽplo. N. factus ẽ ſapiens. N. eĩ
fuit anteq̃ eſſet ſapiens: ⁊ poſtea incipit
eſſe ſapiens ⁊ eſt tranſmutatio tã in. N.
q̃ in ſapientia. In propoſito autẽ eſt re/
perire anteceſſionem ex ꝑte ſubiecti: ⁊ in
ceptionem ex ꝑte p̃dicati: ſed nõ eſt repi
re trãſmutationẽ in ſuppoſito dei: ⁊ ideo
factus hic cadit a propria ſignificatiõe
q̃tũ ad tertiã ꝯditionem: nec importat
tranſmutationem ſed vnionem licꝫ ergo
habeat aliquã proprietatẽ q̃ tñ habꝫ ve
ritatatem ideo recipit̃: qꝛ in expꝛſſione fi/
dei magis cõſiderat̃ ſermonis veritas q̃
ſignificatiõis congruitas. Ea enim que
ſunt fidei nr̃e vt dicit Augꝰ. melius itel
ligimus q̃ ꝓferamus. Et gregorius dicẽ
ꝙ excelſa dei balbutiẽdo reſonamꝰ. Cõ
cedendus ẽ ergo predictus ſmo q̃tã ad
ꝓmũ ⁊ tertiũ ſenſus ſuos. Nota ꝙ factio
proprie loquẽdo lꝫ iportat mutatõeꝫ nõ
tñ factio large loquẽdo nõ eſt ibi impfe/
ctio. De iſta ꝓpõne etiã. Hõ factꝰ ẽ põt
ſimiliter diſtigui ſicut de priori. Si eĩ
factus importat rem ſuam ſcilicꝫ ſuper
totam propoſitionẽ ſuã. ſenſus eſt: fctũ
eſt ꝙ hec ꝓpoſitio hõ factus eſt deus eſt
vera ⁊ eſt verus ſenſus ⁊ cõceſſus vel ma
gis permiſſus a doctoribus ſacris ⁊ iſte
ſolus eſt verus. Si autem li factus po/
nat rem ſuam ſuper predicatum ſenſus
eſt homo factus eſt deus id eſt homo eſt
deus qui eſt factus ⁊ iſte ſenſus eſt here/
ticus: quia deus non eſt factus: q̃uis ſit
genitus. Si autem li factus ponat rem
ſuam circa vtrumq̃ extremum et dicat
ordineꝫ ſubiecti ad predicatũ ſenſus eſt
homo factus eſt deus id eſt qui prius e/
rat homo factus eſt homo poſterius et
hic ſenſus eſt falſus quia eſſe hominem
hominem nunq̃ acceſſit in illo ſuppoſito
eſſe deum nec diuinum eſſe aliquatenus
inchoatur. Unde magis eſt impropriã
hec propoſitio homo factus eſt deus q̃
hec deus factus eſt homo et rarius in/
uenitur in ſacra ſcriptura. Si tamen
alicui legatur vel inueniat̃ tunc ſm. Pri

mum ſenſum eſt accipiēda. ¶ Notandū
q hec ꝑpō hō factus eſt deus de rigore
ſignificatiōis ſimpliciť falſa ē patet. om
nis ꝑpoſitio ē falſa ſimpliciter ꝛ de rigo
re ſignificationis cuius ꝯtradictoria eſt
ſimpliciter vera: ſed cōtradictoria iſtius
hō factus eſt deus eſt ſimpľr vera ꝑ ꝛc.
Minor probatur. ꝯdictoria iſti' eſt iſta
null' hō fact' ē de' q ē ſingulariť vera ꝛ
de rigore ſignificatiōis: q2 null' ali' hō a
xpo fctūs eſt de' vt pꝫ inductiōe nec ipſe
hō q dr xps fact' eſt deus cū ille hō xps
ſit ab eterno de' ꝛ clarū ē q hō eſt nomē
ſuppoſitiz ibi ſupponit ꝑ ꝑſona diuina q
ſꝑ fuit de' ꝛ ꝑ ꝯňs iſta null' hō fctūs eſt
de' eſt vera: q2 ei' oēs ſingľares ſunt ve
re vt pꝫ iducedo. ¶ Scđa ꝑpō lꝫ aūt hec
ꝑpō de' eſt hō: ꝛ hec hō eſt de' icepint eē
vere null' tñ hō icepit eē de'. ¶ Pria ps
pꝫ q2 oīs ꝑpō q nūc eſt vera ꝛ pri' nō fuit
vera icepit eē vera qñcꝫ. ſꝫ iſte ꝑpōneſ ds
eſt hō ꝛc. non fuerūt vere in tpe legis na
ture ꝛ ſcripte ꝛ fuerūt vere poſtea in no/
uo teſtamēto. Scđa ps ꝑpōnis pꝫ indu
ctiue: q2 nec iohēs nec petr' ꝛ ſic de alijs
a xpo nec ipſe xps icepit eſſe de' cū fuerit
ab eterno de': icipit eñ iportat habitu/
dinē ad non eſſe pcedens. ¶ Tertia ꝑpō
Iſta ꝯſequētia nō valꝫ. De' fctūs eſt hō
ergo hō fctūs eſt de': q2 añcedēs ē verū ꝛ
ꝯňs falſum: q2 ex vero nō ſequiť falſum:
ſed ſolū verū. Et ſi dicas q hec cōuertiť
ſimpľr cū ſit indefinita. Sic ꝯuertiť er/
go qđ fctm̄ ē hō ē vľ fuit ds. Itē hec ꝯňa
nō valꝫ de' fctūs ē hō ꝑ deus fctus ē ali/
quid q2 arguiť ab inferiori ad ſupius ne
gatiue. Itē nō valꝫ de' incepit eſſe hō: ꝑ
incepit eē. Iſta eñ fctūs ꝛ icepit icludūt
negationē. Iſta eſt vera: aliqs hō fuit ab
eterno q tñ icepit eē ex tpe q2 fili' dei q ē
hō fuit ab eterno ꝛ icepit hō eſſe in tēpe.
Itē lꝫ aliqs hō non poſſit nō eſſe tñ poſſi
bile eſt q null' hō ſit. Pria ps pꝫ q2 fi li'
dei nō pōt nō eſſe ſimpľr ꝛ ipſe eſt hō ꝛc.
Scđa ps pꝫ ꝑ ipm̄ vbū diuinū q2 pōt di
mittere naturā hūanā ꝛ ipſam anichila/
re ꝛ oēs hoīes ꝛ iſta eēꝫ vera null' hō eſt
Notandū q cōicatio ydiomatū nō tꝫ in
pdicatis que exprimūt vnionē nature
humane ad diuinā. Quia cōicatio ydio
matū in pdicatiōibꝫ fit ꝑpter vnionē nō
ergo fit ſm̄ illa q exprimūt vnionē: ꝛ iō
nō eſt fctūs de' lꝫ fctūs eſt hō ſic hic na/
tura diuina aſſumpſit naturā diuinā igi
tur natura humana aſſumpſit naturam
diuinam non ſequitur.

Quarto queriť. Utrū
filius dei pdeſtinatus ſit. Sciēdum q p
deſtinatio eſt preordinatio alicui' crea/
ture intellectualis ad gľiam principaľr
et ad grām ꝛ merita in ordine ad gľiam
min' principaľr facta a volūtate diuina
Et dr pordinatio: q2 nō eſt aliud q act'
diuine volūtatis quo ordinat ꝛ vult ꝛ de
terminat alicui dare gľiam nō ꝑpter bo
na ꝛ merita q puidit fieri a tali creatura
Sed ex mera ſua bonitate ꝛ liberalitate
vt dicit de iacob. Ro. ix. q̄uis neminē
reprobat niſi ꝑpter demerita puiſa. Et
diciť alicui' creature: q2 ſola creatura in
tellectuaľ eſt pdeſtimabiľ q2 ſola eſt glo/
rificabilis eo q ſola ad imaginē dei ē ca/
pax ꝛ pticipſ eſſe pt. Deus nō eſt pdeſti/
nabilis: q2 quicqd pdeſtinaſ ſubijciť pde
ſtināti ꝛ ſic filius increatū deus nō eſt pde
ſtimabilis. Omēs homines ꝛ omnes an
geli ſunt predeſtimabiles q̄uis non ſint
omnes predeſtinati. Dicitur ad gloriaꝫ
principaliter quia primo vult dare glo/
riam his qui predeſtinantur primitate
intentiōis. Ita q predeſtinatio reſpicit
ſolum principaliter finē que eſt gloria
eterna. Dicitur ad gratiam ꝛc. Non eñ
poſſumus habere gloriam ſine gratia et
meritꝭ in adultis: que reſpicit minus pn/
cipaliter predeſtinatio vt diſpoſitionem
neceſſariam ad gloriā ex ordinatiōe diui
na. ¶ Rñdeo q fili' dei nō eſt pdeſtina/
tus ſꝫ xps ē pdeſtinatus ꝛ fili' dei eſt pre
deſtinatus inquātuꝫ hō. Dicendū ꝑ ē q
q̄uis hec ſit cocedēda xps eſt pdeſtinat'.

pro eo ꝙ nominat hypoſtaſim in rebꝫ na
ture vt hec chriſtus eſt p̄deſtinat⁹ vt ho/
mo: ratione determinatōis adiūcte qꝛ ſi
bi ꝯuenit diffinitio p̄deſtinatiōis incꝑtū
eſt homo. hec tn̄ non eſt ꝯcedenda filius
dei eſt predeſtinatus. Et ratio eſt ꝑpter
repugnantiam intellectuū qꝛ precatum
repugnat ſubiecto vel intellectus predi
cati vel rō repugnat intellectui et ratiōi
ſubiecti. Repitur aūt triplex repugnan
tia. Nam hocvocabulū predeſtinat⁹ cir/
ca predeſtinatum tria importat ſcꝫ habi
tudinē effectuū benficioꝝ reſpectu cau
ſe. Effectus ſunt multi: natura: grā: me/
rita ꝛc̄. importat etiam acceptionē ꝓ do/
num gratie gratiſfaciētis ꝛc̄. Tertio im
portat in predeſtinato inchoationē quā
tū ad eſſe nature qꝛ ſm originē p̄deſtina/
tur q̇ nondum eſt hec verba dicuntur ꝑ/
pter illos qui in vnigenitū dei impieta/
tē loquūtur putāt em̄ eū inter illos cōnu
meranduꝫ eſſe qui anteq̄ꝫ fierēt predeſti
nati ſunt vt eſſent ergo impiuꝫ eſt dicere
filium dei eſſe predeſtinatuum. Et pri/
mum intellectum habet quia deſcendit
a verbo paſſiuo. Secunduꝫ habet qꝛ de
ſcendit a verbo actiuo dicente ordinem
ad finē. Tertiū habet qꝛ cōponitur a ꝓ/
poſitione dicente anteceſſioneꝫ ſicut ab
hac ꝑpoſitione pre gratificat⁹ filius dei
dicit illā perſonā ꝛ cauſam nō effectum
Dicit etiam illam perſonam ꝑut compe
tit illi filiatio per naturā non per gratie
donum. Dicit etiā illam ꝑſonam vt eter
nam non habentem initium. Et ſic exp̄ſ
ſe eſt repugnantia intellectuū inter ſub
iectum ꝛ predicatum. Notandū ꝙ pre/
ſcia capitur dupliciter. Uno modo lar/
ge ꝛ eſt ſcia dei reſpectu oīm futuroꝝ ſi/
ue bonoꝝ ſiue maloruꝫ. Et de hac dicit
apoſtolus Ro. viij. Quos p̄ſciuit hos
et p̄deſtinauit ꝛc̄. ꝛ in pluſq̄ꝫ predeſtinā/
do. Aliomodo ſtricte ē reprobatio mul
toꝝ et ſic diſtinguitur cōtra p̄deſtinatio
nem. Ita ꝙ eſt ſcīa dei reſpectu futuro/
rum maloꝝ tm̄ ꝛ ab hac preſcia dr̄ repro
batus preſcit⁹. Et ſi dicas ꝙ except̄ꝫ vo
cabulis importantibus vnionem neceſ/
ſe eſt eſſe cōicatiōeꝫ ideomatū ſꝫ vocabu
lum p̄deſtinatiōis vnionē non importat
q̄ꝫtuꝫ eſt de ſe ergo ille hō eſt predeſtina/
tus ꝛ ille homo ſit filius dei neceſſario ſe
ſequitur ꝙ fili⁹ dei ſit predeſtinat⁹. Di/
cendum ꝙ non ſolum illa excipiēda ſunt
nomina: ſed etiam alia vocabula ex qui/
bus conſurgit repugnātia intellectuum
et tale eſt vocabulū predeſtinatiōis ꝛ cō
ſimilia vt melius manifeſtabit̄ infra di.
xi. de iſta filius dei eſt creatura.

## Quito queritur. Utrū

hec ſit vera filius predeſtinatus eſt eſſe
homo. ¶ Sciendum ꝙ predeſtinatio ſic
deſcribitur ab Auguitino in li. de bono
preſcientie. Predeſtinatio eſt preſcīa et
prepatio bn̄ficioꝝ dei: per que certiſſime
liberant̄ q̇cūq̄ꝫ liberant̄. Et dicit̄ p̄ſcia q̄
eſt certa ꝛ infallibilis noticia futuroruꝫ
Unde oīs preſcia in deo eſt ſcīa ſed non
econtra rōne conotatorum licet ſint idē
formaliter. ꝛ ponitur in diffinitione loco
generis. Scia di ē reſpectu oīm ſiue bo/
norum ſiue maloꝝ p̄ſtium futuroꝝ ꝛ p̄/
teritoruꝫ. Preſcia ſolū eſt reſpectu futu
rorum ſiue bonoꝝ ſiue maloꝝ. Predeſti
natio autem ſolum reſpectu futuroꝝ bo
norum. Tamen formaliter loquendo ꝛ
q̇dditatiue nō eſt ipſa preſciētia ſed ſolū
cōicatur ꝛ ſuppoſitiue. Predeſtinatio em̄
formaliter ꝛ q̇dditatiue eſt actus volūta
tis diuine qꝛ deū predeſtinare aliquē nō
eſt aliō niſi deū ſibi velle dare vitā eter/
nam et media ordinata ad illam. Sed
cōſtat ꝙ hoc eſt actus volūtatis diuine
ergo ꝛc̄. Cum aūt nullus actus volūta/
tis diuine ſit formaliter actus intellect⁹
dei ip̄a predeſtinatio q̇dditatiue nō pōt
eſſe nec dici preſcia. Actus aūt volūtat̄ꝫ
et actus intellectus diſtinguūtur forma
liter qꝛ vnus non includit aliū in primo
modo dicendi per ſe ergo ꝛc̄. Ex hīs ſe/
quitur ꝙ predeſtinato nō eſt preſtia for/

ad remiſſionem originalis ſuffecerit ſola fides ſuple in paruulis. Hugo in libro de ſacramentis dicit eſt viciuʒ quod naſcẽdo contrahimus id eſt in cõceptione noſtra per ignorantiam in mente: et per concupiſcentiam in carne iſta diffinitio non eſt formalis: ſed potius materialis: quia nec ignorantia nec concupiſcentia ſunt peccatum originale. Item peccatum originale vocatur pluribus nominibus in ſecundo ſcilicet lex carnis lex nature lex membrorum: tyrannus: cõcupiſcentia: concupiſcibilitas: fomes.

Intelligitur auteʒ queſtio an ſola fides ſuffecerit: id eſt ſi habitus fidei ſufficit ſine aliquo ſigno exteriori. Nota Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt: id eſt omne quod fit contra conſcientiã eſt peccatũ mortale. Reqre modos accipiendi fides in materia fidei in tertio ſententiarum. Uel etiam poteſt eſſe queſtio iſta pro actu fidei: ſine tamen ſigno exteriori aliquo: vl̃ ſi requirebatur aliquod ſacrificium vel decimatio vel aliquod aliud ſignum. ¶ Reſolutio queſtionis in duabus ſtat opinionibus. Prima ponit talem propoſitionem. ¶ Sola fides habita ſiue informis ſiue formata non ſufficiebat ſm omnes doctores. Requirebatur etiam ſm omnes actus fidei in quo profitebatur paruulum curandum eſſe ob eo quem expectabant. Et de hoc eſt duplex opinio. Aliqui enim dicunt ꝙ oportebat ꝙ fieret profeſſio non tantum actu mentis vel oris: ſed etiam ſigno viſibili vt puta in oblatione vel in ſacrificio ſiue decimatione vel aliquo alio ſigno. Sed Gregorius in moralibus dicit quod apud nos valet aqua baptiſmi hoc egit apud veteres: vel pro paruulis ſola fides: vel pro maioribus: id eſt adultis virtus ſacrificij: vel pro hijs qui ex abrahe ſtirpe prodierunt myſterium circumciſionis. ¶ Ideo eſt alia opinio ꝙ

pꝛofeſſio fidei ſufficiebat qualitercūqꝫ fieret:ſiue actu cordis:et hoc pꝛīcipaliter requirebatur ſiue ſigno ſiue verbo:dum tñ fieret a pentibus ꝛ haberetur reſpect⁹ ad puulum. Siautez queraꝛ quare magis fides parentum requirebatur. Dici poteſt ꝙ parentes dicunꝛ hic omnes qui curam gerebant de paruulo:ꝛ iſtius opinionis eſt Richardus ꝛ Petrus de tharentaſia. Alij dicunt ꝙ debent capi ibi parentes pꝛopꝛij:qꝛ per ipſos paruulus contraxerat culpam Jdeo cōgruū erat vt coꝝ fide mereretur gratiam:ſed pꝛīa opinio eſt miſericoꝛdioꝛ.

Tertio queritur. Utrū requiraꝛ virtus ſacrificij in remediū oꝛiginalis in adultis. Sacrificiū poteſt capi tripliciter. Uno modo cōmuniter et ſic eſt oblatio facta deo in recognitionē ſupꝛemi dominij ſui ſiue fiat actu interioꝛi in ſpiritu ſiue fiat actu exterioꝛi: affectu ſcꝫ et effectu. Oblatio ponitur loco generis:facta deo ad differentiā ſacrilegioꝛuꝫ idolatroꝝ. Alio modo ſacrificiū capitur pꝛopꝛie ꝛ eſt oblatio qua offerebatur aliqua hoſtia ſeu victima deo:cuius aliqua ps cremebatur in altari ꝛ altera cedebat ad vſum offerentis. Et dicitur victima ad differentiam inanimatoꝛum vt oleum frumentum ꝛ vinum qꝛ hoc totum fiebat in animalibus:ꝛ ſic diſtinguitur a pꝛima acceptione que intelligitur tam de inanimatis ꝙ̃ animatis. Et dicitur cuius aliqua ps ꝛc̄. ad differentiam holocauſti qꝺ totaliter cremabatur:ꝛ ſic etiam pꝫ quid ſit holocauſtū Tertio modo ſacrificium capitur pꝛopꝛiiſſime:ꝛ dicitur quaſi ſacrumfactum: quia pꝛece myſtica conſecratur pꝛo noƀ in memoꝛiam dominice paſſionis:ꝛ hoc ſolum conuenit ſacramento altaris ꝛ noue legis. ¶ Coꝛrelariū. Sacrificium in queſtione capitur cōitur ꝛ ꝑpꝛie:ꝛ nō vltimo modo. Jtem Uirtus ſacrificij pōt capi dupliciter. Uno modo poteſt eſſe ipſa fides que faciebat valere ipſum ſacrificiū in lege antiqua:qꝛ de ſe nihil valebant:ſed tm per fideꝫ venturi valebāt ꝛ ſic nō capiꝛ hic. Alio modo dicitur interna mētis attritio ſiue diſplicentia de peccato actuali eo ꝙ addiderant peccata:ꝛ ſic accipit Gregoꝛius in auctoꝛitate pꝛeallegata vel pꝛo fide:melius tamē videtur pꝛo interna mentis attritione. Adultus ſm iuriſtas eſt ille homo qui compleuit. xxv. annos:quia vſqꝫ ibi creſcit et tunc dicitur adultus. Adultus alio modo eſt viatoꝛ habens vſum rationis:per quem poteſt diſcernere inter bonum ꝛ malum. Adultus eñ cōnotat ſtatū in quo homo creſcit. Dicitur habens vſum rationis ad differentiam fatuoꝛū ꝛ ratione carentiū. Dicitur per quē ꝛc̄. ꝛ hoc citius eſt in vno ꝙ̃ in alio vt pꝫ de illo puero de quo loquitur Gregoꝛi⁹. iiij. dialogoꝝ. ꝛ ſic accipiꝛ hic adult⁹. ¶ Rñſio ad queſtionē. Pꝛopoſitio Jn lege nature tria fuerunt genera ſacramentoꝛuꝫ ſcꝫ decimationes oblationes ꝛ ſacrificia Sacramentuꝫ capitur tribus modis vt ſupꝛa dictū eſt. Uno modo ꝑpꝛie. Pꝛopoſitio Nulla fuerūt ſacramēta in lege nature capiendo ſacramentum pꝛopꝛie patet de iacob qui effudit oleū ſuper altare qꝺ erexerat. Sacramentū communiter captum:dicuntur quedā ſigna a deo inſtituta ꝛ nō ante legeꝫ nature per que homines frequentabant in quibus ſe exercebant in colendo deum. Dicitur notanter non ante legeꝫ nature pꝛopter ſacramentum matrimonij:qꝺ fuit inſtitutum in paradiſo terreſtre ꝛ ſic capitur ƀ ſacramentum. Jtem ſub oblatione compꝛehenditur pꝛimitia que fiebat ex pꝛimis terre fructibus vel ex pꝛimogenitis aīaliū mundoꝝ. Decimatio eſt decime ptis oblatio:ꝛ noue ptes ſibi reſeruādo. Sciēduꝫ ꝙ ptes aliq ꝛc̄. dicunꝛ q̄ aliquotiens ſumpte reddunt numerum ſuū eſſentialem vt ſunt. i. ij. iij. que cōſtituunt numerum ſenariuꝫ. Jtem ternarius nu

merus componitur ex partibus aliquo/
tiens ⁊ nō aliquotis ⁊ ideo eſt perfectior
Denarius aūt eſt perfectiſſimus ad quē
ſtat reſolutio omnium numerorum ⁊ di
citur limes primus: centum autem eſt li
mes ſecundus ⁊c. Ad euidentiam predi
ctorum tria ſunt videnda: primo que ſit
ratio inſtituendi illa ſacramēta: ſcdo q̄
ſit modus: tertio que efficacia. Oblatio
capitur tripliciter. Uno modo commu/
niſſime ſcilicet pro omni illo quod deo iu
ſte offertur cum deuotione ſiue actu in/
teriori ſiue exteriori: ⁊ ſic nō capitur hic.
Secundo modo communiter prout ſci/
licet diſtinguitur contra decimam ⁊ pri
mitiam: ⁊ ſic quodcūq̄ offerebatur deo
preter decimam ⁊ primitias dicebatur
oblatio. Tertio modo capitur oblatio
ſtricte: ⁊ ſic diſtinguitur contra ſacrifici/
um et holocauſtum: ⁊ ſic capiebatt pſal/
miſta dicendo. Acceptabis ſacrificium
iuſticie oblationes ⁊ holocauſta: ⁊ ſic fie
bat in rebus inanimatis: vtputa in liqui
dis: ⁊ ſic capitur hic ab Hugone triplici
ratione. Prima ratio eſt dei honorifica/
tio. Notādum ergo ꝙ fides in iuſtis om
ni tempore cucurrit ⁊ nullus niſi in fide
ſaluatus eſt: ergo tempore legis natura/
lis hec fides erat que fideles illumina/
bat ad hoc ꝙ crederent ꝙ deus erat cre/
ator redemptor et remunerator: ideo fi/
des illuminabat ⁊ dictamen nature con
ſonabat: vt homo deo ſeruiret: et ſua ab
ipſo recognoſceret: ⁊ hoc q̄d credebat ſi
gno viſibili etiam quodāmodo manife/
ſtaret ideo ſigna fuerunt tempore legis
nature in quibus deꝰ honorabatur qui
omnia creauerat vt in oblatione: ſimili/
ter honorabatur vt redemptor: vtputa
in ſacrificio. Ut pfectꝰ remunerator in
decimatiōe. Et nota quodammodo de/
narius eſt perfectiſſimus numerus: quia
tres perfectiones habz in ſe. pria eſt vni
tatis. ſcda ternarij. tertia ſenarij: que ſiſ
iuncta faciūt denariū: ⁊ ideo ibi eſt ſtatꝰ

Propter hoc honorabatur deus vt per/
fectus remunerator: vnitas em̄ eſt perfe
cta: q2 eſt oīs numeri perfectio. Secun/
da ratio eſt fidei redemptoris profeſſio:
ſicut enim nullus ſine fide poteſt deo
placere ſic nullus ſine fide mediatoris a
peccato reſurgere: ⁊ ſicut fides ſimplici/
ter dictabat dei honorificationem ita et
hec profeſſionem. Et q2 tunc profitetur
homo qn̄ q̄d interius credit exterius ma
nifeſtat. Ideo tempore legis nature fue
runt ſigna ad hoc manifeſtandū. Etiā
honorabatur vt redemptor ⁊ hoc modo
tria conſiderantur: ſcilz redemptū vt ge
nus humanum ⁊ hoc per decimationem
homo enim ſignatur p decimā dragmā
perditā. Scdo ipſe modus redimendi
⁊ eſt ipſa paſſio domini noſtri ieſu xp̄i: et
hoc per oblationē. Tertio cōſideratur
ipſum preciū ⁊ hoc per ſacrificiū in quo
erat ſanguinis effuſio. Et iſta pfeſſio in
huiuſmodi ſignis erat maxie neceſſaria
pro ipſis imperfectis. Perfectis em̄ deꝰ
reuelauit ſacramenta fidei: imperfectis
celauit. Unde minores adherebāt fidei
maiorū ⁊ credebant implicite: ⁊ ſicut im/
plicite credebant: ſic ſigna data ſunt eis
a maioribus in quibus fidem implicite
profiterentur. Tertia ratio eſt vite agē
de inſtructio. Sicut em̄ aliquis nō pote
rat deo placere ſine fide nec a pctō reſur
gere ſine fide redemptoris ſic nec in bono
ſtare ſine bono opere. Et ideo fidei adie
cta ſunt ſigna que ſignificarēt ea que ne/
ceſſaria ſunt cum fide. Hec autem tria
ſunt in corde: et ſunt tria exterius q̄ hijs
ſequentibus ſignantur in decimatione
peccati recognitio et eius dimiſſio: quia
in ea daf deo q̄d pfectū ⁊ q̄d bonū ē: ⁊ re/
manet nobis q̄d eſt imperfectū. Unde ſi
gnatur ꝙ bona tātū ſunt a deo: ſz mala
a nobis. In ſacrificio ſignatur interna
contritio: quia ſacrificium deo ſpiritus
contribulatus: ⁊ exterior carnis macerā
tio: quia occidebatur pecus. Unde mos

tificanda ſunt corda et membra noſtra. Romanorum.xij. Exhibeatis corpora veſtra ⁊c. In oblatione enim requiritur mẽtis deuotio:⁊ exterior bona operatio que ſi aſſint cum fide ſufficiunt ad ſalutem:⁊ ſic patet ratio inſtitutionis. Secundo debʒ attendi modus inſtituendi non enim inſtituta ſunt per modum precepti vt dicit Hugo Conſilio erudiuit paruulos:loquens pro illis qui fuerunt tempore leg. Tertio attendenda eſt efficacia in hys. Et notandum ꝙ de ſe nullam habebant efficaciam mundandi vel iuſtificandi:ſed ſolum ratione fidei redẽptoris. Non enim erãt inſtituta ad hoc ſed ad hec que predicta ſunt.

**Quarto querit̃. Utrũ** remedium circumciſionis congrue ſit inſtitutum. ¶ Circũciſio ibi eſt remediũ ad remouendum peccatum originale diſtinguens populũ fidelem a populo infideli. Cuius deſcriptiõis ſunt due partes. Primo circũciſio fuit inſtituta in remedium contra originale peccatũ. Secundo fuit inſtituta in officiũ:ſignificabat enim peccatum originale ꝗtum ad cauſam que eſt propagatio libidinoſa q̃ fit in pte generatiua:ideo debuit ibi poni remedium. Signabat etiã ꝗtum ad proceſſum etiam ꝗtum ad effectum In officium diſtinguentis ſcilʒ populum fidelem ⁊c. ¶ Rñſio ad queſtionẽ. ¶ Propoſitio Inſtitutio circũciſionis cõgrua fuit:quia fuit expreſſum ſignum curationis originalis. Ad illud quod obijcitur Deus non delectat̃ in penis. Dicendũ eſt ꝙ pena. Uno modo comparatur ad punitum:⁊ ſic nõ placet deo. Non enim creauit nos deus ad puniendum. Alio modo comparatur pena ad meritum ſcilicet ad preexiſtentem culpam ⁊ ſic eſt in ea manifeſtatio iuſticie et ordis ⁊ ſic placet deo inquantum iuſtus. Tertio comparatur ad finem vel effectuʒ vtputa iuſtificationem rei ⁊ ſic placet ei inquantũ eſt miſericors. Unde in punitione (que eſt via ad iuſtificationem) relucet miſericordia ⁊ iuſticia:⁊ ita eſt placens deo:et talis fuit pena circumciſiõis. De forma ſiue integritate circumciſionis. Notandum. Illud dicitur eſſe de forma ⁊ integritate alicuius quod non poteſt eſſe ſine illo ⁊ reqrit̃ neceſſario ad eẽ eius:ſic ptes domus neceſſario reqrunt̃ ad eẽ domus Illud aũt eſt de decẽtia alicuius qđ nõ requiritur neceſſario ad eſſe alicuius:ſʒ ad bene eſſe:ſicut feneſtre in domo. queſtio poteſt eſſe de vtraqʒ ⁊c. ¶ Propoſitio Tria fuerunt neceſſaria ⁊ de integritate ſacramenti circumciſionis ſcʒ ſexus maſculinus:membrum preputij modus circumcidendi que fienda erant circulariter amputando ſcilicet interiorẽ Partem illius membri. Dies tamen octauus non erat de neceſſitate: vt patet in Abraham ⁊ vernaculis ſuis et proſelitis nouiter conuerſis tamen omittentes illam in die illo peccabant facientes contra preceptum domini quia precipiebat illam fieri in tali die Reſolutio patet ex dict. Unde Triplex eſt circumciſio ſcilicʒ ſacramentalis de qua iam dictũ eſt. Alia eſt moralis ⁊ eſt illa qua circumcidũtur corda noſtra ab omi iniquitate. Tertia ẽ circũciſio anagogica ⁊ ẽ illa q̃ p meritũ paſſiõis xpi fiet in iudicio circũciſio corpor nr̃oꝝ mũdando ab omni corruptiõe

**Quinto queritur. de ef**ficacia circũciſionis. Utrũ ſacrm̃ circũciſionis ſit grẽ collatatiuũ. i. vtrũ ex vi circũciſiõis ꝯferat̃ grã. ¶ Regula Scoti. ita ordinauit ds ꝙ nũqʒ aliqs erit ĩ puris naturalibus:ſʒ oĩs hõ de lege dei ordinata vel eſt in grã:vel in pctõ mortali:et ĩpoſſibile ẽ aliquẽ eẽ ĩ grã ⁊ pctõ mortali Nota Scotũ in pñti materia in qrto. ¶ Pro reſolutione huius qõnis ſciẽdũ eſt ꝙ quattuor ſunt poſitiones de ipa in

textu:quarum tres reprobantur ab iſto doctore. Quarta vero eſt ipſius ꝛ ꝓ nūc tenenda que in tali ſtat dicto. ¶ In circumciſiōe dabatur gratia:ſed tamē paruula reſpectu eius que datur in baptiſmo:ꝛ qꝛ gratia quātumcunqꝫ parua plenum effectum habet ad delendum omnē culpam mortalem:ſed ſemiplenū ad habilitandū potentias anime ꝛ ad proficiendum:ideo circumciſio dicitur ordinari ad effectū ablationis culpe:nō qꝛ ipm ſolum haberet:ſed qꝛ ſolum habet complementum.

Circa diſtinctionem ſcdā querit̄ Primo Utrum omne tempus fuerit idoneum ad inſtitutiōez ſacramentorū. Duo ſunt ſtatus temporis ſcꝫ tempus nature inſtitute ꝛ ſm aliquos ſoluz fuit per tres horas ꝛ per tres horas hō ſtetit in padiſo terreſtri cū confuſione. Pro iſto tempore datur talis ꝓpoſitio. ¶ Nulla ſacramēta debuerunt nec fuerunt inſtituta in ſtatu nature inſtitute:pꝫ qꝛ nullum fuit ibi pctm̄ nec ſequela peccati. Alius eſt ſtatus nature lapſe:ꝛ diuiditur in tria tpa ſcꝫ in legez nature:ſcripte ꝛ gratie. Pria icepit a lapſu ade ſm Hugonē ꝛ durauit vſqꝫ ad Abraham:ſm alios autem vſqꝫ ad moyſen. Scd̄a incepit ab his et durauit vſqꝫ ad chriſtum. Tertia durabit vſqꝫ ad finem mundi. Et pro iſto tempe talis ponitur propoſitio. ¶ Homo viator ꝛ lege nature ꝛ lege diuina obligat̄ vt recedat a malo:ꝛ ad bonum accedat ſm illud pſ. Declina a malo ꝛ fac bonuꝫ. Sed humana natura vulnerata per peccatum non potuit iſta duo facere ſcꝫ declinare a malo et facere bonum ex puris naturalibus ꝛ dicere contrarium eſſet error pelagij Jō videns deus miſeriaꝫ humane fragilitatis ꝛ obligationem voluit et dedit ſemp remedia ſalubria ꝛ iſta fuerunt ſacramēta. incepit autez tempus remedij a lapſu Ade ꝛ profecit in lege ſcripta ꝛ cōſūmatum eſt in euāgelio ſcꝫ tempe legis noue Ideo idoneum fuit ꝛ congruū inſtituere ſacramenta in iſtis tribus tempibus ſcꝫ in tpe legis nature vbi inſtituta fuerunt oblationes decimationes ꝛ ſacrificia In tempore legis ſcripte fuit inſtitutum ſacramentū circūciſionis in tempe legis noue inſtituta ſunt ſepteꝫ ſacramēta:tn̄ ſm magꝭ ꝛ min⁹ qꝛ tempe legis nature inſtituta fuerunt ſacramēta ꝑfecto modo:tēpe legis ſcripte ꝑfectiori modo tempore vero legis noue ꝑfectiſſimo modo:qꝛ ꝯtra omnes morbos dat̄ remediū Unde notandum ꝙ duplex eſt malū ſcꝫ pene ꝛ culpe. Malū culpe eſt triplex ſm ꝙ triplex eſt culpa. Prima eſt culpa originalis contra quā ordinatuꝫ fuit ſacramentum baptiſmi. Alia eſt culpa actualis id eſt mortalis ꝯtra quā ordinatū fuit ſacramētū penitentie. Tertia eſt culpa venialis contra quā fuit ordinatū extreme vnctionis ſacramentuꝫ. Malum pene eſt qd̄ patimur propt̄ pctm̄ primi parentis:ꝛ eſt quadruplex. Primum eſt ignorantia cōtra quam inſtitutum eſt ſacramentū ordinis ꝛ maxime qꝛ ſacerdotes debent ſe exercere in ſciētia ꝛ ſapientia. Scd̄m malum eſt malicia ꝯtra quā ordinatum fuit ſacramentū eucharistie vbi maxime viget ꝛ demonſtrat̄ bonitas ꝛ miſericordia. Tertium malū eſt impotentia:qua ſumus debiles ad reſiſtendū inimicis ſpiritualibus:cōtra quā inſtitutum fuit ſacramentum confirmationis. Quartum malum eſt cōcupiſcentia cōtra quam inſtitutum fuit ſacramentum matrimonij. Et ſic patet qualiter ſacramenta noue legis ſufficienter ſunt inſtituta ad fugiendum malum ꝛ reſiſtendū ei. Nunc videndum eſt qualiter ſunt vtilia ad proſequendum bonū. Notanduꝫ igitur ꝙ oia bona quecunqꝫ ſint poſſunt attingi per actus ſeptem virtutū:quarū tres ſunt theologice ſcꝫ fides:ſpes ꝛ charitas:ꝛ quattuor cardinales ſcꝫ tempan

tia: iuſticia: fortitudo: ꝛ prudẽtia. Baptiſmus igiť ē adiutoriū ꝓ actibus fidei. Extrema vnctio pro actibꝫ ſpei. qꝛ recipimus extremam vnctionē vt liberati a pctīs venialibꝫ citiꝰ eamus ad paradiſum Eukariſtia pro actibꝫ charitatis. Matrimoniū ꝓ actibꝫ tēperantie. Penitētia ꝓ actibꝫ iuſticie. Confirmatio ꝓ actibꝰ fortitudinis. Ordo autē ꝓ actibꝫ prudētie. Et ſic patet qualiter ſacra noue legis ſunt ordinata ad fugiendū ꝛ repellēdum malū ꝛ ꝓſequendū bonū.

## Reſolutio igitur queſtionis

in his duabꝫ ſtat propoſitionibꝫ. ¶ Prima. Omnia ſacramenta data a deo erant remedia ad fugiendū malum ¶ Scđa. Oia ſacra ſunt inſtituta ad ꝓſequendū bonū. Et oia ſacra pncipaliť ꝛ ſpecialiter ſunt inſtituta in remedium excepto matrimonio qđ pmo inſtitutuꝫ ē in officium.

## Queriť ſecūdo. Utrū

in diuerſis tpibꝫ debuerūt alia ſacra inſtitui vel ſemp eadem. Pro declaratiōe ponunť due ꝯcluſiones date a Scoto. ¶ Prima Legē euāgelicā ꝯgruū fuit perfectiſſimis ſacramentis adornari: qꝛ lex euāgelica ē pfectiſſima lex quā tota trinitas inſtituit ꝛ ordinauit dare homini viatori: ſm illud Matth. xxvi. Noui ꝛ eterni teſtamenti. Diciť aūt eternum: teſtamētū: qꝛ pꝰ ipm nullū erit. ¶ Secūda ꝯcluſio. Oia ſacra legis noue fuerit imediate inſtituta a xpo aliquo mō: vel ſimplr ꝛ abſolute vel approbatiue. Prio patet de baptiſmo: qꝛ ante mortem xpi apoſtoli baptizabāt: etiā pꝰ reſurrectionē dixit diſcipulis ſuis ꝙ baptizarēt alios. Marci vltimo. Scđo pꝫ de ſacro eukariſtie in cena anteꝗ patereť. Tertio patet de ſacro ꝯfirmatiōis: Joh. Accipite ſpm ſcm. Quarto pꝫ de ſacro penitētie. ibidem Quoꝝ remiſeritis pctā. Quinto pꝫ d ſacro extreme vnctiōis qꝛ qñ mittebat diſcipłos binos ꝛ binos: & ꝙ vngebāt īfirmos ꝛ ſanabāť Sexto pꝫ de ſacro mřimonij qꝛ approbauit illđ cū dixit. Quos deus ꝯiunxit hō nō ſepet. Septimo pꝫ de ſacro ordinis: Nam in ſacro ordinis ſacerdotaľ maxie ē duplex ptās. Prima ſup corpus xpi vez̄ ſcꝫ i cōſecrando. ꝛ iſta ptās fuit data ſacerdotibus in cena xpi. Alia ē ptās ſup corpus xpi myſticū eis data Joh. xx. Quorum remiſeritis. ꝛc.

## Reſponſio ad queſtionē

¶ Propoſitio. Debito ꝯgruitať alia ꝛ alia ſacra inſtitui debuerūt ſm ꝙ fuerunt diuerſa tēpora. Nā ſicut lex noua ē perfectior: ita pfectiora debuerunt inſtitui in lege noua. Prio ibi aptum documentum diuini ſecreti. Scđo ibi: efficax remediū morbi. Tertio ibi Pulcrū ornatū ſponſi ꝛ ſponſe. Reuelatio igiť ſecretoꝝ nō debet fieri in omī tpe: ſꝫ illo potiſſime in quo intellectus hoīs ē capacior: ſic ſacra pfecta dilata ſūt vſqꝫ ad tēpus pfectū Sicut igiť in homine ſexta etas ē perfectior vbi maxie viget intellectus: ſic etiā in mundo ē ſexta etas ꝗ eſt pꝰ aduentū xpi. ¶ Un̄ ſeptē ſūt etates hoīs. Prima dr infantia ꝛ durat a natiuitate vſqꝫ ad ſeptimū annū. Secunda etas ē puericia que durat a ſeptimo vſqꝫ ad decimūquartū. Tertia etas ē adoleſcentia que durat a ꝗtuordecim vſqꝫ ad xxv. annū. Quarta etas ē iuuētꝰ: ꝛ diciť a iuuando. qꝛ debēt maxime iuuare parentes ꝛ impendere obſequiū: ꝛ durat a viceſimo ꝗnto vſqꝫ ad ꝗdrageſimū annum. Quinta etas ē virilitas: ꝛ durat a ꝗdrageſimo vſqꝫ ad ſexageſimū annum Sexta dr ſenectꝰ: ꝛ durat a ſexageſimo vſqꝫ ad ſeptuageſimūoctauū Septima durat a. lxxviij. vſqꝫ ad finē: ꝛ dr decrepitus. ¶ Sic etiā i mōdo ſunt ſeptē etates. Prima etas durauit ab Adam vſqꝫ ad Noe. Scđa a noe vſqꝫ ad Abraham. Tertia ab Abraham vſqꝫ ad Dauid

Quarta a Dauid vſqꝫ ad trāſmigrōēʒ babylonis. Quinta a trāſmigratōe babylonis vſqꝫ ad xp̄m. Sexta a xp̄o vſqꝫ ad diē iudicij. Igitᷣ ſicut i ſexta etate hō ē ſapientioꝛ: ⁊ in eo viget magis intellectio: ſic etiā in iſta ſexta etate mundi homies ſunt capatioꝛes ad recipiendū ſacramenta ⁊ ſecreta diuina. Scđo: quia ſacramēta ſunt medicamētū moꝛbi efficax: ⁊ illo tēpoꝛe debent dari in quo efficatius curēt: ſed ſpūalis infirmitas efficaciter nō curatᷣ niſi qñ cognoſcitᷣ ⁊ ſentitur: alioquin redditur homo ingratus ⁊ peioꝛi vulnere infirmatᷣ: ideo neceſſe fuit ſacramenta differri quouſqꝫ moꝛbꝰ tātū in valeſceret ꝙ ipm moꝛbū cognoſceret ⁊ remediū q̄reret. Hoc fuit tp̄e grē: qꝛ tempoꝛe legis nature cōuictꝰ ē ēē cecꝰ ⁊ tunc venit lex docens ⁊ onerans: ⁊ tūc cōuictus ē de impotentia: tunc ḡ reſtabat tp̄s gratie in quo moꝛbꝰ iaʒ cognitꝰ curaretᷣ: ⁊ in hoc ſacra cōpleta darentur Tertio qꝛ ſacra ſunt in pulchꝛū oꝛnatū ſponſe: ideo xp̄s debuit ea illi ſponſe reſeruare a qua nunꝗ̄ ſepari deberēt: ⁊ qꝛ talis fuit eccl'ia collecta ď gentibꝫ ſcꝫ cōgregatio chꝛiſtianoꝝ ⁊ nō ſinagoga que ipm deſeruit ⁊ negauit: ideo debuit ea reſeruare vſqꝫ ad tēpus gratie: nihilominus tñ aliqua impfecta ſacramēta illis tempoꝛibꝫ dedit pcedentibꝫ tēpus gratie ſm ꝙ congruebat illis tempoꝛibus inſtitutionē. Septima ꝟo etas mundi incipiet in requie ſanctoꝝ poſt iudicium ⁊ durabit vſqꝫ in eternū.

## Tertio queritur de numero ſacramentoꝝ tempoꝛis euangelij.

Reſpondetᷣ ponendo tres ꝓpoſitiones ¶ Pꝛima. Congruū eſt in lege euangelica plura eſſe ſacramenta: qꝛ ſacramenta data ſunt nobis ad docendum nos ⁊ erudiendū: ſed ſi fuiſſet vnū ſolū ſacrm̄ datum non ſufficienter exercitaret nos: qꝛ hoc eēt nobis faſtidioſum ſemꝑ exercere nos in vno ſolo ſacramento: ḡ congruū fuit plura eſſe ſacramēta. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Tantū ſunt ſeptē ſacra i lege euāgelica ⁊ nō plura: qꝛ ſacramēta pñcipaliter ponuntᷣ in remediū ſeptem moꝛboꝝ qui maxime vigēt in nobis. ¶ Tertia. Sacramenta noue legis ſunt medicamenta efficacia ſanando infirmitates ſunt adiumenta ſalubꝛia: cōſeruando ⁊ adiuuādo virtutes: ſunt etiā arma bellica muniendo ⁊ armādo xp̄i milites.

¶ Notandū ꝙ eccl'ia militans eſt cōgregatio omniū fideliū viatoꝛū ſub chꝛiſto duce militantiū: cōtra diabolū: carnem ⁊ mundū. ¶ Pꝛimū coꝛrelariū. Pagani ⁊ infideles non ſunt de eccl'ia militante. ¶ Scđm. Beati ⁊ cōpꝛehenſoꝛes etiaʒ nō ſunt de eccl'ia militante. ¶ Tertium Nec xp̄s licet ſit dux ⁊ rectoꝛ eccl'ie militātis. Unde notandū ꝙ iſta eccl'ia militans habet arma. Pꝛimo baptiſmus eſt armatura intrātiū eccl'iam militātem. Secundo ē terribilis (ſm q̄ď dꝛ Cāticoꝝ q̄rto. Ipa eſt terribilis vt caſtroꝝ acies oꝛdinata) qꝛ munita ⁊ foꝛtis: et ħ ꝑ ꝯfirmationē. Tertio dicitᷣ acies: quia ꝯiuncta ⁊ vnita eſt xp̄o ⁊ hoc per eukariſtiaʒ. Quarto dicitᷣ oꝛdinata: ⁊ hoc per ſacramentū oꝛdinis. Quinto qꝛ aliqui ex ea extrahuntᷣ ꝑ moꝛtē coꝛpoꝛalē: ideo inſtitutū eſt ſacramentum matrimonij ad multiplicandū pꝛolem. Sexto: quia multi pſternūtᷣ per culpā moꝛtalē: ideo inſtitutū eſt ſacramentū penitētie ad reſurgendū. Septimo ē ſacramētū exeuntium ſcꝫ extrema vnctio. ¶ Coꝛrelariū. Quicunqꝫ egreſſus fuerit de eccl'ia militante cū omībꝫ armis ſuis ſcꝫ ſacramētis ꝯferētibꝫ gratiā ſine dubio vadit ad eccl'iaʒ triūphantē. ¶ Scđm coꝛrelariū Quicunqꝫ exit de eccl'ia militante ſine armis neceſſarijs ad ſalutē vt ē baptiſmꝰ penitētia ſine dubio in infernū vadit.

## Quarto queritᷣ de baptiſmo iohannis a quo fuit inſtitutus

¶ Notādum ꝙ baptiſmus iohānis po/

teſt capi tripľr. Primo modo paſſiue ꝑ illo baptiſmo quo fuit baptizatꝰ ⁊ ſanctificatus in vtero matris ſue: ⁊ iſte vocatur baptiſmus flaminis: ⁊ de iſto non ē hic ad ꝓpoſitū. Secundo modo capitur actiue: ⁊ hoc dupľr. Uno modo ꝑ illo baptiſmo quo baptizabat iohānes homines in nomine xp̄i: ⁊ ſub forma baptiſmi xp̄i: hoc ē tempore q̄ diſcipuli xp̄i baptizabant: ita ꝙ potuiſſet ab eis inquirere modū baptiſmi xp̄i: ⁊ ſimiliť baptizari ſicut ⁊ ceteri apl̄i: nec etiā de iſto eſt queſtio: q: iſto modo qui erant baptizati a iohanne nō debebāt iterū baptizari Tertio modo capiť actiue ꝑ illo baptiſmo quo baptizabat iohānes homies in nomine venturi xp̄i: et iſto modo iterū erāt rebaptizādi baptiſmo xp̄i: ⁊ ſic capitur hic. ¶ Rn̄ſio ad qōnem poniť talis ꝯcluſio. Licet baptiſmi iohānis deꝰ fuerit p̄ncipalis inſtitutor: iohannes tamen fuit adminiſtrator plenariꝰ ⁊ precipuus: ita ꝙ deꝰ baptiſmū iohannis inſtituit ⁊ ei officiū baptizandi commiſit: vt nullꝰ baptizaret illo baptiſmo: niſi ipſe vel aliquis eius auctoritate: ⁊ inde ē ꝙ denominať a iohanne: ⁊ ceſſauit iohāne ceſſante. Sȝ in baptiſmo xp̄i nullꝰ erat adminiſtrator plenariꝰ: q: ibi erat interior regeneratio que ſolū fit a deo non a miniſterio humano. Nullus etiam erat adminiſtrator p̄cipuus: q: xp̄s inſtituit baptiſmū: ⁊ ideo qn̄ baptizabant beati: Petrus ⁊ Paulus ⁊ ceteri apl̄i nō appellabať baptiſmꝰ pauli nec petri ſed xp̄i.

## Quinto queritur. Ad

quid fuit baptiſmus iohānis inſtitutꝰ. Hoc ē vtrū efficiebat grām. ¶ Reſponſio. Baptiſma iohannis fuit inſtitutuȝ propter tria. Primo ad p̄ſignandū baptiſma xp̄i: ſicut dicit mgr̄ in lr̄a: ꝙ baptiſma iohis erat ſacre rei ſignū: ⁊ ſic pt̄ vocari ſacr̄m capiēdo ſacr̄m large. Scd̄o fuit inſtitutū ad aſſuefaciēdū ad baptiſma xp̄i. Marc. iij. Ego baptizo ⁊c. glo. tm̄ corpe lauo: quia peccata ſoluere nequeo: vt ſicut naſcendo ⁊ p̄dicando precurro: ſic baptizando ad baptiſma xp̄i dirigam: ⁊ q̄ntum ad hoc nō ē ſacramentum ſed ſacramentale: ſicut torneamentum in quo milites aſſueſcūt nō ē bellū. Tertio fuit inſtitutū ad nūciandū baptiſmū xp̄i: manifeſtando auctorem ſcȝ xp̄m ⁊ preparando materiā ſcȝ aquas. Johānis decimo. vt manifeſteť in iſrael Propterea veni ego in aqua baptizans Et illo actu baptizandi ꝯtulit chriſtus aquis vim regeneratiuā cum tactu carnis ſue mundiſſime. Concedendū ē igiť ꝙ baptiſmus iohannis erat inſtitutus ad ſignificandū ⁊ nō ad efficienduȝ gratiā: quia nō purgabat pctā ſed erat inſtitutꝰ ad ſignificandū: aſſuefaciendū ⁊ nūciandū baptiſma xp̄i.

## Sexto queritur de vſu

baptiſmi iohannis ſiue de efficacia eius Utrū baptiſmus iohānis cum impoſitione manuū equipollēs eſſet baptiſmo chriſti. ¶ Notandū ꝙ apoſtoli xp̄i poſt q̄ȝ baptizauerant homines imponebāt manꝰ ſup illos ꝑ modū confirmationis in ſignū ꝙ recipiebāt ſpiritūſanctū: ⁊ ſic ē queſtio. Poſito ꝙ aliqui fuiſſent baptiſmo iohannis baptizati: vtrum ſufficeret poſtea ꝙ apoſtoli imponerēt manus ſup illos: ita ꝙ nō eſſent iterū rebaptizādi. vel vtrū requirebať ꝙ iterū tenerenť rebaptizari baptiſmo xp̄i. ¶ Rn̄. O[m]ēs illi qui erāt baptizati baptiſmo iohannis: rebaptiſandi erāt baptiſmo xp̄i Et ibi errauit magiſter qui dicit ꝙ baptiſati a iohāne qui habebāt trinitatȝ fidem nō erāt rebaptiſandi baptiſmo xp̄i: ſed ſufficiebat manuū impoſitio per apl̄os xp̄i: ⁊ in hoc nō teneť mgr̄ Unde Auguſtinꝰ Baptiſauit Judas: ⁊ rebaptiſatū nō ē: baptiſauit iohes ⁊ rebaptiſatum ē Jtē legiť Actuū. xix. ꝙ Paulus rebaptiſauit baptiſatos baptiſmo iohannis. i.

Circa terciam diſtinctionē querit̄ pmo: quid ſit baptiſm⁹ ſm ſuā eēntiā Utꝝ aqua vel intinctio in aquā. ¶ Baptiſm⁹ ē ablutio hoīs viatoris aliqliter ꝯſentientis vel nunq̄ vſus libero arbitrio facta in aqua elemētari fluida: ab alio ſit̄ abluente ꝛ proferente certa verba a xp̄o inſtituta cū intentiōe faciendi qđ intendit eccl'ia xp̄iana facer̄ Primo dr̄ ē lotio vel ablutio: que q̄dem ꝯtactus ē aque fluide libere ſe ꝯtingētis .i. cutē ſine impedimento: ꝛ ſepantis int̄ cutem ꝛ ad corpus: ſic ꝙ imediate tāgat ¶ Correlariū. Aqua imbibita ſpongie ſic ſcꝫ ꝙ ꝯtingat corpus pueri p̄ciſe mediante ſpongia: puer non ē baptizatus: q̄uis tangat̄ cū illa ſpongia niſi exp̄matur ab illa ſpongia. ¶ Scđm correlariū Si puer inuolueret̄ corio aliq̄ ꝛ mergeretur in aqua: ſic ꝙ nō tangeret corpus pueri nō eſſet baptizatus: qꝛ nō ablueretur. ¶ Tertiū exiſtens in vtero matris ſm oēs ſuas p̄tes nō pōt baptizari: ꝛ ſic baptiſmus mulieris cū ſit: ſufficit ꝓ puero baptizādo: ꝛ qñ dr̄ ē ablutio: ē predicatio fundamentalis ꝛ non formalis ſic ibi. Nomen ē vox in logica. Dicit̄ hoīs viatoris ad differentiā angeloꝝ: demonū ꝛ brutoꝝ: qꝛ ē ſacr̄m militantis eccl'ie ꝛ ad d̄riam illoꝝ qui ſunt extra viā. Dicitur aliqualr̄: qđ ponit̄ ad d̄riam adultoꝝ: qui debēt venire cū deuotiōe ꝛ diſplicentia de vita veteri. Et dr̄ aliqualr̄ v l'ṽtualiter vl' actualr̄: ꝛ h̄ ꝯ Pe. d alia co q̄ dicit ꝙ ſufficit ꝙ adult⁹ nō diſſentiat ſed nunq̄ pro pueris. Quinto dicit̄ vel nunq̄ vſus ꝛc̄. Dicit̄ facta in aqua: ad d̄riam vini ꝛ aque artificial̄. Fluida qꝛ ſi eſſet in ſpongia niue vel glacie non eſſꝫ baptiſmus. Dicit̄ ab alio ſcꝫ hoīe viatore: ꝛ ibi exp̄mit̄ idone⁹ miniſter. Ideo ſi angelus malus baptizaret aliquē de lege cōmuni nō eēt cenſendus baptizatus: nec eſſet ſibi credendū. Si t̄n bonus angelus vel aliquis ſanctus baptizaret. nō eſſet iteꝝ baptizādus. Dicitur certa verba a xp̄o ꝛc̄. Ex hoc ſequit̄ ꝙ ſi aliquis eſſet mancus ꝛ alter mutus ꝛ vnus diceret verba: ꝛ alter ablueret: nihil faceret. Hec autē ſūt verba. Ego baptizo te ī noīe p̄ris ꝛ filij ꝛ ſp̄üſancti amen. i. ita fiat. Et ibi ſunt q̄nq̄ vt pꝫ p̄mū t̄n ꝛ vltimū ſcꝫ ego ꝛ amen: nō ſunt de neceſſitate t̄n omittens ſcienṫ vl' per ignorantiā peccat. Ideo aliqua ſunt de neceſſitate ſacr̄i: ꝛ aliq̄ de neceſſitate miniſtri vt melius infra videbit̄. ¶ Propoſitio. Q̄s hō cuiuſcunq̄ ſecte intēdens facere qđ eccl'ia facit ꝛ intēdit facere cū ꝯditiōib⁹ requiſitis vere baptizat. Baptiſmus autē ſm mḡrm in p̄nti diſtinctione ſic deſcribit̄ Eſt intinctio. i. ablutio corpis exterior fcā ſb forma vboꝝ p̄ſcripta. Et iō diffinitio baptiſmi ſup⁹ poſita nō ē niſi declaratiua iſti⁹ diffinitiōis magiſtri. Hugo aūt ſic diffinit. Eſt aq̄ abluendis criminib⁹ ſctīficata. t̄n mḡr melius diffinit: licet b̄tūs Bonauentra hat magis ad iſtā ſm Scotum ꝛ moder nos. ¶ Nota ſolutionē vltimi argumenti vbi ponunt̄ quattuor diffinitiones et quattuor acceptiones.

## Querit̄ ſecundo Utrū

expreſſio verbi vocalis ſit de integritate baptiſmi. ¶ R̄n. Neceſſe ē exp̄mi vbuꝫ vocale: qꝛ de⁹ ꝯtulit vim verbo. Unde ſine vbo nulli⁹ ē efficacie. R̄ō aūt quare de⁹ voluit exprimi ē pfecta fidei profeſſio vt ſit in facto ꝛ verbo. Et etiaꝫ pfecta ſignatio qꝛ eīn pacta ē regeneratio p verbū incarnatū: ꝛ vbum incarnatuꝫ optime ſignat̄ p vbum voce inductum Ideo voluit ꝛ inſtituit ꝙ eēt ibi verbuꝫ vocale.

## Tertio queritur vtrum

ad cōpletū ꝛ integꝝ eſſe baptiſmi ſit neceſſaria fides alicui⁹ articuli. Articul⁹ (vt habitū ē in tertio. diſtincti ōe. xxiij)

aliter capit̃ a grãmaticꝫ:alit̃ a rhectori/
cis:aliter a geometricis:ꝛ aliter a theo/
logis. ¶ Reſolutio queſtionis. Duplex
eſt fides:ſcꝫ,perſonalis:ꝛ ē fides ſingu/
larum pſonaꝝ:ꝛ iſta pōt deficere. Alia ē
fides eccľie:ꝛ iſta nō deficiet vſqꝫ ad iu/
diciũ. Sed hoc ē ex protectione diuina.
¶ Propoſitio. Fides baptizantis nō eſt
neceſſaria ad cõplementũ ꝛ integrũ eſſe
baptiſmi:nec etiã baptizati. patet: quia
adultus baptizand⁹ nō habet fidē infu/
ſã:qꝛ infundit̃ in baptiſmo. Nec fides
etiã parentũ requirit̃ ad integꝝ baptiſ/
mi. Sed neceſſaria ē fides eccľie de aliq̃
articulo vel articulis fidei. ¶ Correla/
riũ. Peccatores puta luxurioſi:auari ꝛc̄
ſunt de eccľia ꝛ mēbra xp̄i licet putrida:
ſed poſſunt ſanari ꝑ penitētiã:ſed here/
tici ſunt ab eccľia.

## Quarto querit̃. Utrũ

verbũ exp̄mens actũ baptizandi ſit de
neceſſitate forme baptiſmi. ¶ Notãduꝫ
ꝙ aqua elementalis fluida ē materia ba
ptiſmi capiendo materiã large. Forma
autē baptiſmi capiendo formã large:eſt
in verbis ꝓlatis a baptiſante que ſunt
Ego baptiſo te ĩ noīe patris ꝛ filij ꝛ ſpi/
rituſſancti Amen. In iſtis ṽbis exp̄mũ
tur quinqꝫ. Primo pſona baptizans. ibi
ego. Secũdo actus baptizandi:ibi ba/
ptiſo Tertio perſona baptizata:ibi te.
Quarto inuocatio trinitatis:ibi in no/
mine. pa. ꝛ fi. ꝛ. ſſ. Quinto imploratio
diuina:ibi Amen. ¶ Primũ correlariũ.
Primũ ṽbũ. ſ. ego:ꝛ vltimũ. ſ. amen nō
ſunt de neceſſitate forme baptiſmi tamē
miniſter omittens peccat mortaliter.
¶ Scđm correlariũ. Licet exp̄ſſio act⁹
baptizandi ſit de neceſſitate ſacramēti:
nō tamē eſt de neceſſitate exp̄mere actũ
baptizandi (ſcꝫ baptiſo) in p̄ma pſona.
qꝛ greci ſic baptizant. Baptizet̃ ſeruus
xp̄i in nomine p̄ris ꝛ filij ꝛ ſpirituſſancti
¶ Tertiũ correlariũ. Licet exp̄ſſio per/
ſone baptizate ſit de neceſſitate baptiſ/
mi:tm̃ nō ē neceſſe exprimere in ſecunda
pſona vt pꝫ:qꝛ greci exprimũt tertiã p/
ſonã. Unde latini licet baptizarent ex/
p̄mendo tertiã pſonam tm̃ peccarēt mor
taliter:quia ꝯtemnerent modũ eccleſie.
¶ Rñſio ad queſtionē. Uerbũ exp̄mēs
actũ baptizandi (. ſ. baptiſo) ē de neceſſi
tate forme baptiſmi. Unde alexander
tertius dicit. Si quis pueꝝ in aqua ter
merſierit dicēdo in noīe patris ꝛ fi. ꝛ. ſſ.
niſi dicat ego baptiſo te:talis immerſio
nō ē baptiſmus.

## Quinto q̄ritur Utrum

exp̄ſſio totius trinitatis ſit de neceſſita/
te baptiſmi. ¶ Rñſio. Plena exp̄ſſio tri
nitatis eſt de neceſſitate baptiſmi:ita ꝙ
neceſſe ē noīare patrē ꝛ filiũ ꝛ ſp̄m ſãctũ.
ꝑ expreſſionē oris:nec ꝓdeſt nec obeſt ſi
bãptizans credat ĩ corde vel nō:ſed ſuf/
ficit ꝙ ore ꝓferat verba baptiſmi. Ad il
lud qđ obijcitur ꝙ apľi in primitiua ec/
cleſia baptizauerunt in nomine xp̄i. Di
cendũ ꝙ fuit licitũ in p̄mitiua eccleſia:
qꝛ nomē xp̄i erat ignotũ ꝛ ꝯtumelioſum
ꝛ ideo vt exaltaretur:baptizabant apo/
ſtoli in noīe eius. Alia ratio:quia nomē
xp̄i implicat ꝛ inſinuat totã trinitatem.
Xp̄s enim dicitur vnctus:ꝛ ideo inſinu/
at vngentē. ſ. patrē:ꝛ vnctũ. ſ. filium: et
vnctionē. ſ. ſpiritũ ſanctũ.

## Sexto queritur de va

riatione forme in nominando totã trini
tatem. ¶ Notandum ꝙ in forma baptiſ
mi ſunt verba principaliora que ſunt in
nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpirituſſancti:ita
ꝙ ſi diceretur. In nominibus patris et
ꝛ filij ꝛ ſpirituſſancti. nō eēt baptiſmus:
Et in iſtis poteſt fieri quintuplex varia
tio. Prima dicitur mutatio in nomine
trinitatis:ꝛ eſt quando ponitur nomen
pro nomine:vtpote ſi loco patris dica/
tur genitoris:ꝛ ſic iſta variatio impedit

ſacramentū ſiue fiat ex certa ſcientia ſi/
ue alio modo. Et ideo nō oportet dice/
re: In nomine genitoris ⁊ geniti ⁊ proce
dentis ſed in forma data a xp̄o ſcʒ in no
mine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti ¶ Se
cunda eſt additio. Et ē quando nomen
quod nō ē expreſſum in forma ſupaddit᷑
vt ſi dicatur. In nomīe patris omnipo/
tentis: ⁊ ſic diſtinguēdū eſt: quia aut eſt
additio vocis diſtrahens: vt in nomine
patris maioris ⁊ filij minoris ⁊c̄. tūc nō
eſſet baptiſmus: quia hoc ē hereticū di/
cere. Aut ē additio vocis nō diſtrahēs
nec repugnans: vt in nomine patris in/
geniti ⁊ filij geniti ⁊ iſta additio nō īpe/
dit ſacramentū. Tertia eſt corruptio: ⁊
ē quando prolatio nominis ē minus be/
ne ꝓlata: vtpote ſi dicat᷑ In nomine pa/
trias ⁊ filias: ⁊ ſic diſtinguendū ē. Aut
eſt tanta corruptio ꝙ nullo modo tenet
ſenſum: ⁊ ſic omnino impedit: vt dicere.
In nomīe tis ⁊ li ⁊ ti aut non ē tāta cor/
ruptio quin bene maneat ſenſus. vt de
puero balbutiente. Quarta eſt tranſ/
mutatio: ⁊ ē quando aliter ordinat᷑: vt
In nomine filij ⁊ patris ⁊ ſpiritusſancti
⁊ ſic ē diſtinguendū: aut fit ſimpliciter ⁊
ſine erroris dogmatizatione: ⁊ ſic nō im
pedit: aut fit ex certa malicia ⁊ cū here/
ſi: ⁊ tunc impedit. Quinta eſt interpoſi
tio ⁊ ē cū in medio cadit actus vt ſternu
tatio: vel verbum: vt in nomine patris:
id eſt iſta aqua eſt valde frigida. ⁊ filij ⁊
ſpiritusſancti: ⁊ ſic ē diſtinguendū: aut
eſt tanta intermiſſio ꝙ diſcontinuet in/
tentionē ⁊ longā facit moram vtpote ſi
longū facit ſermonē: vel vadit ad venā/
dum: ⁊ tunc neceſſe ē vt reincipiat: aut ē
parua intermiſſio ⁊ morula vt eſt ſternu
tatio vel alia parua morula: ita ꝙ non
diſcontinuatur actus: ⁊ ſic non oportet
reincipere. Ex his patet reſponſio.

## Septimo querit᷑ Utrū

ſacramentum baptiſmi debuerit inſti/
tui in aqua. ¶ Notandum ꝙ aqua pro/
ut nunc ſufficit eſt triplex. Quedam eſt
aqua artificialis: ⁊ eſt illa que fit ꝑ actio
nem ignis decoquentis ⁊ reſoluentis ex
miniſterio artificis applicātis actiua paſſi
uis ⁊ paſſiua actiuis Et iſta aqua nō eſt
elementum ſed eſt corpus mixtum. Et
ſic aqua artificialis (vt aqua roſea) nul
lo modo eſt conueniens ad ſacramentū
baptiſmi. Alia eſt aqua naturalis: ⁊ eſt
aqua elementalis: pura tam per immixti/
onem ꝙ̄ per iuxta poſitionem. Tertia
eſt aqua vſualis pura per immixtioneʒ:
licet non ſit pura per iuxtapoſitionem.
¶ Correlarium. Aqua vſualis ⁊ aqua
naturalis ſunt eiuſdem ſpeciei: et ſunt
cōuenientes ad ſacramentū baptiſmi.
¶ Reſolutio queſtionis ſtat in tribus
propoſitionibus. ¶ Prima. Sacramē/
mentum baptiſmi inter omnia ſacramē
ta ē ſumme efficax ⁊ maxime neceſſariū.
Nam in ſacramento tria ſunt. Primo
inprimitur character. Secundo datur
gratia mundans ſcilicet a peccato origi
nali. Tertio datur virtus ad extinguen
dum ardorem libidinis ⁊ concupiſcen/
tiarum. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Hec om/
nia tria que dantur in baptiſmo opor/
tuit dari in aliquo ſigno quod deſigna/
ret illa tria: ⁊ iſtud ſignum ē aqua. Pri/
mo aqua ſignat characterem ī eo ꝙ cor
pus dyaphanum. Secūdo aqua ſignat
gratiam mundanteʒ in eo ꝙ lauat ⁊ mū
dat. Tertio ſignat virtutem extinguen
tem ardorem libidinis: in eo ꝙ aqua eſt
frigida. ¶ Tertia propoſitio. Quia a
ſacramento baptiſmi nullus abſoluitur
⁊ in eo omnes cōmunicant: ideo neceſſe
fuit ꝙ fieret de materia cōmuni ſcilicet
de aqua que ē cōmunis tam diuitibꝰ ꝙ̄
pauperibus: ⁊ talis ē liquor aque.

## Octauo querit᷑. quan

do inſtituit dominus ſacramentū bap/
tiſmi. ¶ Dicendum ꝙ chriſtus primo
baptiſmum inſtituendū inſinuauit: in/
ſtituit ⁊ confirmauit. Inſinuauit quidē

verbo ꝛ facto. Facto cuꝫ baptizatus fuit a Johanne in aqua ꝛ oſtendit ceteros credentes in aqua foꝛe baptizandos. Uerbo cum ꝑdixit Nicodemo Johānis tercio. Niſi quis renatus fuerit ex aqua. Secundo inſtituit: cum ipē baptizare cepit ꝑ diſcipulos. Johannis tertio. Poſt hec venit in terrā iudꝛam ꝛ baptizabat: ꝛ ſi non ipē in ꝓpꝛia perſona: tamē diſcipuli in ſua preſentia. Et Luce decimo. Diſcipulos miſit ad ꝑ̄dicandum ꝛ baptizandum binos. ꝛc̄. Tertio cōfirmauit baptiſmum ꝛ verbo ꝛ facto. Facto cum de latere eius non tm̄ ꝓfluxit ſanguis: verum etiam aqua. Uerbo autem confirmauit: quando poſt reſurrectionem diſcipulos ad baptizandos omnes ꝛ ſingulos miſit. Math. vltimo

## Nono querit. Utrum

ex inſtitutione baptiſmi in aqua collata ſit. aliqua vis aquis. ¶ Notanduꝫ ꝙ vis poteſt capi quadrupliciter. Primo modo capitur pꝛo violētia ſiue coactione: et ſic diffinitur a iuriſtis. Uis ē maioꝛis rei impetuꝫ qui repelli non poteſt Secundo modo capitur ꝑ foꝛtitudine vt iſte homo habet magnam vim: id eſt foꝛtitudinem. Tertio modo capitur ꝑ potentia anime: vt vis intellectiua: vis viſiua. Et iſtis tribus modis non capitur hic. Quarto modo capitur ꝑ virtute aliqua ſiue coꝛpoꝛali ſiue ſpirituali: vt ſancti vi id ē virtute fidei fecerūt miracula. Et iſto modo capitur hic. Declinatur autem ſic. Hec vis: hui⁹ vis: et habet ſolū accuſatiuū pluralem contra Alexandrū: ꝛ conuertunt̄ vis ꝛ virtus. ¶ Ad q̄onem reſpondetur ꝙ dominus contactu mundiſſime carnis ſue vim cōtulit aquis nō ꝙ illa vis ſit aliqua ꝓpꝛietas vel eſſentia abſoluta addita aque ſed ſola oꝛdinatio dei: qꝛ inſtituit baptiſmū fieri in aqua quando ipē voluit īmergi in aqua: ꝛ ſic dedit vim regeneratiuam aquis. nō ꝙ mundicia xp̄i tranſiret a carne ip̄ius in aquam: ſed cum dominus eſſet mundus: noluit ob aliud in aquā mergi niſi vt illa imerſione aqua haberet iſtam oꝛdinationē.

## Decimo queritur quotiens

oportea[t] mergi puerum in aqua. ¶ Reſpondetur ꝑ tres concluſiones. ¶ Pꝛima vnitas vel multitudo imerſionum non eſt de neceſſitate baptiſmi: qꝛ ꝑ ſolam aſperſionem aque ſuꝑ puerum fit baptiſmus. ¶ Secunda concluſio. Licet vnitas vel multitudo īmerſionū nō ſit de neceſſitate baptiſmi: tamē ē de congruitate ꝛ hoc ꝓpter ſignationeꝫ: qꝛ quādo ē vnica imerſio: ſignat diuinam eſſentiam eſſe vnicā: vl' ſignat vnicā moꝛtem xp̄i. quando vero ē triplex īmerſio: ſignat tres ꝑſonas in diuinis: ſcilicet patrē ꝛ filiū ꝛ ſpiritū ſanctū: etiā ſignat illos tres dies quib⁹ xp̄s fuit in ſepulchꝛo etiā ſignat diminutionē concupiſcētiarū q̄ maxime ſunt tres. Pꝛima carnis. ſecunda oculoꝝ. ſ. auaricia. tertia ambitioſa ꝛ vane glie. ¶ Tertia ꝯcluſio. Puer pōt baptiſari vna imerſione ꝛ vere baptiſat⁹ ē ſic̄ ſi eſſet ter imerſus

## Undecimo querit quā-

tū oportea[t] ꝑuulū īmergi ad hoc vt ſit baptiſat⁹ an oporteat īmergi totū coꝛpus an aliquā ꝑtem coꝛpis. ¶ Rn̄det̄ ꝙ pſumit̄ ꝙ apl'i baptiſauerunt aſꝑgendo ꝛ mos ille ſeruatur adhuc in plurib⁹ eccleſijs: ꝛ maxime in eccleſia gallicana: et ſeruari poteſt: quia ē ibi integra ratio ſacramenti. Et debet ſemper ſeruari ī omnibus eccleſijs cum neceſſitas imminet. aut propter infirmitatem baptiſantis: quando ſcilicet habet manus nimis debiles: vel rudis ē: ꝛ time[t] ne ledat pueꝝ. Ul' ꝓpt' īpotētiā ꝛ infirmitatē pueri: vt pote ſi nō eēt tot⁹ nat⁹: vl' ꝓpt' penuriā elemēti: vt ſi fiat modicū d' aq̄. Et ī iſtis neceſſitatib⁹ debēt oēs eccl'ie ſic baptiſare. Etiā poſſunt baptizari ſolū ꝑ aſper/

ſionē:etiā quando nulla eſt penuria:vel infirmitas:vt patet in eccl'ia gallicana. Mos tamen cōmunis eccl'ie eſt baptiza re īmergendo. Et modus ē iſte. Sacer/dos eīm debet puerū tenere per latera: et verſa facie ad aquam debet mergere: ita ꝙ habeat caput verſus orientē pmo. ſcdo verſus aquilonē:tercio verſus me/ridiē. Et ſi ē multū de aq̄:totū corp⁹ dȝ mergi ſi parū:ſufficit ꝙ imergat̄ princi/palis pars vt caput ⁊ pectus:vel caput tm̄ vel facies tm̄.q: ibi ſunt oēs ſenſus.

## Duodecimo queritur.

Utrum adueniente baptiſmo debuerit ceſſare circūciſio.¶ Rn̄ſio. Non ſolum circūciſio ſed etiā oīa ſacramenta lega/lia ceſſare debuerūt:aduenientib ſacra mentis noue legis. Et hoc propt̄ tria. Primo q: illa ſacramēta erant obſcura ꝗtum ad ſignificantiam:erant eīi vela men ⁊ ſignū noue legis. Ideo aduenien te veritate qui ē chriſt⁹:debuerūt illa ſa cramenta veteris legis ceſſare. Secūdo q: erant parue virtutis ꝗtū ad efficaci/am. Tertio q: erāt grauia ꝗtū ad ob/ſeruātiam:et hec omnia illi legi cōpete/bant que erat lex figure ⁊ oneris ad cō/frigendā duritiem ⁊ ſuperbiam ceruicis iudaice. Lex autē noua oppoſitas habȝ cōditiones:q: ē lex veritatis:grē ⁊ ſuaui tatis. Auguſtin⁹ ꝯtra Fauſtū. Prima ſacramenta que obſeruabant̄ pnunciati ua erant xpi venturi.que cū ſuo aduētu xp̄s impleſſet ablata ſunt ⁊ alia inſtitu/ta ꝟtute maiora:vtilitate meliora: actu faciliora ⁊ numero pauciora.

## Tredecimo queritur.

Utrum circūciſio ceſſauerit ante pmul/gationem euangelij.¶ Notandum ꝙ in ſtitutio:promulgatio ⁊ obligatio ſe cō/comitantur.¶ Prima propoſitio. Inſti tutio baptiſmi preceſſit promulgationē quia nulla lex poteſt promulgari:id eſt diuulgari niſi prius fuerit inſtituta:eti/am promulgatio preceſſit obligationē. ¶ Secunda propoſitio. Congruū fuit ꝙ baptiſmus prius obligaretur per mo dum conſilij ꝙ̄ per modum precepti.q: lex noua eſt lex gratie ⁊ ſuauitatis. ¶ Tertia propoſitio. Duo ſunt tempo ra baptiſmi:quādo ſcȝ chriſtus miſit di/ſcipulos ſuos binos ad baptizandū:ita ꝙ poterant homines circūciſionem vel baptiſmū recipere ⁊ alterꝫ ipoꝝum ſuffi/ciebat:quia primū tempus ſub conſilio ⁊ incepit ab inſtitutione baptiſmi. Jo/hannis tertio.¶ Quarta ꝓpoſitio. Tē pus fuit in quo ipa circūciſio fuit morti fera ⁊ durauit a promulgatione euāge/lij (quando ſcȝ diſcipuli xp̄i pmulgaue/runt euangelium in omnē terram ) vſqꝫ ad diē iudicij. Ex his patet qñ ⁊ quomo do ceſſauit circūciſio.

## Circa diſtinctio

nē quartā queritur primo. Utrū baptiſm⁹ digne ſuſci pientib deleat omnē culpā. ¶ Notandū ꝙ accedentes ad ſacramē/tū baptiſmi ſunt in quadruplici differē/tia. Quidam ſunt qui recipiunt ſacra/mentū ⁊ rem ſacramenti:vt ſunt puuli: etiā oēs adulti veniētes ad baptiſmum nō ponentes obicem ſed cum deuotione recipiunt ſacramentū:⁊ rem ſacramenti id eſt gratiā. Alij ſunt qui recipiunt ſa/cramentū ⁊ nō rem ſacramēti. vt ſi quis adultus oſtendat exteri⁹ recipe baptiſ/mum ⁊ etiam intendat interi⁹ recipe ſa/cramentū tñ in corde ſuo hȝ voluntatem peccādi:vtpote fornicandi vel furandi. talis recipit ſacramētū baptiſmi nec eſt rebaptizandus:ſed nō recipit rem ſacra mēti ſcȝ grām q: ponit obicē. Tertij ſūt qui nec recipiūt ſacr̄m nec rē ſacramēti: vt ſi quis adultus veniens ad baptiſmū oſtendat exterius ſe recipere baptiſmuꝫ ⁊ tamen interius non intendit: talis eſt

rebaptizandus Quarti recipiuut rē ſa
cramentiz non ſacramentum: vt baptiſ/
mo flaminis ⁊ ſanguinis. ¶ Notandum
ꝙ triplex eſt culpa Quedam eſt culpa
originalis ⁊ idem eſt ꝙ peccatum origi/
nale: de qua ſuperius diſtinctione prima
huius quarti ſatis patuit. Alia eſt mor/
talis: ⁊ ab Auguſtino ſic diffinitur. Pec
catum mortale eſt aliqđ dictuz vel factū
vel concupitum contra legem dei: ibi no
tantur modi tres peccatorum ſcꝫ pecca
tum oris: cordis⁊ operis. Tertia eſt cul
pa venialis. Intelligiť itaqꝫ queſtio ſic.
Poſito ꝙ aliquis adultus ꝯmiſerit mul
ta peccata tam mortalia qꝫ venialia: et
venerit ad ſacramentum baptiſmi cum
contritione ſuorum peccatorum ⁊ cū vo
luntate ſe emendandi. Utruz baptiſmꝰ
deleat omnē culpam abſqꝫ eo ꝙ talis ve
niens ad baptiſmum confiteatur pecca/
tum. ¶ Reſpondetur ꝙ abſqꝫ dubio (et
in hoc concordant om̄es doctores) talis
recipit remiſſionem oīm peccatoꝝ ſuoꝝ
⁊ reſtituitur homo in priſtinam innocen
tiam qꝫtum ad animaz. ita ꝙ ſi illico mo
reretur: immediate euolaret ad celū. Et
ratio cauſalis fuit diuina libertas: que
tantam huic ſacramento contulit effica/
ciam. Si queratur autez ratio huius cō
gruitatis. Reſpondetur ꝙ eſt dulcedo
diuine miſericordie: eo ꝙ virtꝰ paſſionis
ſpecialiter huic ſacramēto adeſt: ideo de
dit expreſſam ſignificantiaz. Hoc ſacra/
mentum inter cetera magis iudicat ani
mam fieri puram⁊ ſanctam ⁊ eſt primuz
fundamentum ad omnia alia ſacramen
ta: ⁊ eſt remediū congruū ꝯtra oīa pctā.

## Secūdo quoriť. Utruz

ſacramentum baptiſmi deleat omnē pe/
nam. ¶ Nota ꝙ pena ſic diffinitur. Pe/
na eſt aliqđ dānum vel malū priuās bo/
num conueniēs: ꝓpter meritū precedēs.
ibi poniť dānū loco gn̄is: qꝛ oīs priuatio
eſt dānū vel malum. Dı̄ priuās: qꝛ om̄e
malū eſt priuatio alicuiꝰ boni qđ de ſe ē
cōueniens. Notandū ꝙ duplex eſt pena
ſcꝫ dāni et ſenſus. Pena dāni eſt ip̄m dā/
nū ſeu ꝑuatio boni. ¶ Correlariū Hāc
penā habent pueri q̄ decedunt abſqꝫ ba/
ptiſmo: qꝛ priuātur a viſione diuina. Pe
na ſenſus eſt illa que infert dolorē: ⁊ hec
eſt aliquod poſitiuū ⁊ non priuatiuū: ſi/
cut pena dāni. Pro intellectu dictorum
ponuntur quattuor ꝓpoſitiones. ¶ Pri
ma in ſtatu beatitudinis nulla eſt pena
qꝛ in illo ſtatu beatitudinis ſemꝑ eſt bo
nū: qđ eſt mali oppoſitum. ¶ Scđa pro/
poſitio Si adam non peccaſſet: non ha
buiſſemus penam quia non habuiſſemꝰ
demeritum precedens. ¶ Tertia Licet
deus de ſua potentia abſoluta poſſet in/
fligere tantā penā matri ſue virgini glo
rioſe: qꝫtum habet lucifer: tm̄ ſibi nō eſſet
pena: pꝫ qꝛ de rōne pene eſt ꝙ ſit culpa ꝑ̄
cedens: ſed ipſa glorioſa virgo nūqꝫ ha/
buit culpaz: ergo. ¶ Quarta ꝓpō Licꝫ
bruta animalia moriantur et plurimos
dolores ſentian: non tamen habent pe/
nam: quia iſta omnia nō inferuntur pro
pter peccata ſeu demerita: ſed illi dolo/
res ſunt eis naturales. Notandum inſu
per ꝙ quadruplex eſt pena: quedam eſt
pena acta ⁊ eſt illa quam q̄libꝫ peccator
facit ſibiipſi peccādo: peccatum enim de
ſe eſſentialiter eſt pena ſm Bonauentu
ram in ſecundo. Unde Auguſtinus iuſ
ſiſti domine ⁊ ita eſt vt omne peccatum
ſit ipſi peccanti pena. Alia eſt pena con/
tracta: ⁊ eſt illa q̄ infligitur propter pec/
catum primi parentis: vt fames: ſitis in
firmitas ⁊ conſequēter mors. Tertia di/
citur pena inflicta: ⁊ ē illa que infligitur
a iudice propter demerita contra legez
commiſſa: et iſta ſemper infert dolorem
ſenſus: ſicut patet in damnatis: vel exi/
ſtentibus in purgatorio: et etiam in la/
tronibus. Quarta eſt pena permiſſa: et
eſt illa qua aliquis iuſto dei iudicio per/
mittitur cadere: et relinquitur a deo ſic
ꝙ faciliter de vno peccato labitur in ali
ud. De illa in apocalipſi. Qui in ſordi/

intentio ſit đ neceſſitate baptiſmi ¶ No tandū q̄ intentio pōt capi duobus mo/ dis ſc3 large ⁊ ſtricte. Intentio large ca pta ſumit quinq̄ modis. Primo modo pro quacunq̄ ſpecie repñſentatiua alicu/ ius rei: ſiue illa ſit ſpēs intelligibil: ſiue ſenſibil: vt ſm Auguſtinum. Lumen ē ſpēs repñſentatiua lucis: ⁊ iſto modo nō capitur hic. Secundo modo pro quo/ cunq̄ actu alicuius potentie tendentis in aliquod ſiue ſit potentia cognitiua ſi ue appetitiua: ſiue tendat ī aliud tanq̄ ī obiectum: ſiue tanq̄ in finē. Tertio mō capit pro obiecto intento a potentia: vt dicunt logici q̄ duplex ē potentia. ſ. pri/ ma ⁊ ſecunda. Quarto modo ꝓ aliqua mutatione augmentatiua vl' pfectiua ⁊ intenſiua ſm quā aliqua forma pficitur ſuſcipiendo plēs gradus. Quinto mo/ do ꝓ oī mutatiōe augmētatiua ſiue fi at ꝑ appoſitionē ſiue ꝑ additionē ſiue fi/ at intenſiue ſiue extenſiue: vt quādo di/ citur q̄ aliquid intendit id eſt augmen/ tatur. Et de iſtis q̄nq̄ modis nō intelli/ gitur q̄ſtio. Intentio aūt ſtricte capta ē actus volūtatis tendētis in aliquē finē. ꝑ aliqd vel ꝑ aliqua ad ipm̄ finē ordina/ ta. ¶ Correlariū pm̄ū. Nullus act⁹ po tentie ſenſitiue ē intentio ꝓprie loquen/ do eo q̄ non ē actus voluntatis. ¶ Se/ cundū. Null⁹ act⁹ intellect⁹ ꝓprie pōt dici intentio: ¶ Tertiū. Reſpectu pte/ riti nō pōt eſſe intentio: ꝓprie loquendo q2 intentio ē reſpectu futuri: nō cuiuſli/ bet futuri: ſed futuri tendētis in finem. Nec etiā ꝓprie loquēdo intentio pōt eē pñtis. Et de iſta intentiōe ſtricte cap ta ē pñs q̄ō. Et iſta intentio ē triplex .ſ. actualis: habitualis: ⁊ virtualis. Unū il/ le dicit intēdere actualr: q̄ actu intendit ad illud qđ intendit: vt qn̄ quis actu in/ tendit celebrare: ⁊ iſta ē perfectiſſima: et iſta non ē in dormiente. Ille autem dici tur intēdere habitualiter: qui habet ha bitum ex actib⁹ frequentatis: inclinantē ad actu3 quē intēdit: ⁊ iſta ē imperfecta intentio: ⁊ poteſt eſſe in dormiente. Ille vero dicitur intendere virtualit' q̄ pri⁹ habuit intentione3 aliquid facere. tamē quando illud adimplet non intendit vt ſi quis intenderet celebrare: ⁊ añ miſſa3 haberet illam intentionem tn̄ per tota3 miſſam non intendit ad ea que profert. ¶ Reſolutio q̄ōnis habet in trib⁹ ꝓpo/ ſitionib⁹. ¶ Prima intentio actualis nō requiritur in baptizante: ad h̄ q̄ bapti/ ſet: q2 de⁹ non obligauit hominē ad im/ poſſibile: nec ad nimis difficile: ſ3 ē valđ difficile q̄ ſemper actiue tendat ad ea q̄ exercet: ḡ ⁊c̄. ¶ Scd̄a ꝓpoſitio. Inten/ tio habitualis nō ſufficit: q2 iſta ē ī dor/ miente: ſed ſi aliquis dormiendo bapti/ zaret ibi nō eſſet baptiſmus. ¶ Tertia intentio virtualis ē neceſſaria: ad hoc q̄ aliquis baptizet: vt pote ſi aliquis bap/ tizaret non requirit q̄ actu qn̄ baptizat habeat intentionē actualem baptizādi: ſed ſufficit q̄ pri⁹ habuerit. Et ſilit' di/ cendum eſt de omnibus ſacramentis. ¶ Concluſio. In omni ſacramento ne/ ceſſaria ē intentio ſaltem virtualis

## Decimo querit̄ Utrūꝫ

recta intētio ſit neceſſaria ad baptiſmū. ¶ Notandū q̄ duplex ē intētio actualꝭ. Quedā ē recta ꝛ ē actus volūtatꝭ tēdentis in aliquē finē debitū ꝛ debito mō: ꝑ aliquid vel aliqua ad ip̄m finē ordinata vt qñ aliqs vult intrare religionē ꝓpt deū: ibi eſt intentio recta. Alia ē intētio ꝑuerſa: ꝛ eſt actus volūtatis tendentis in aliquē finem indebitum vel indebito modo per aliqd vel ꝑ aliqua ad ip̄m finem ordiata: vt quādo aliquis vellet intrare religionē ꝓpter honores habēdos vel ꝓpter malū finē: ibi ē intentio ꝑuerſa. ¶ R̄ñſio. Ad ſacramentū baptiſmi nihil facit intentio recta nec aliquid obſtat intentio nō recta q̄tū ad ſubſtātiaꝫ ſacramenti ſed nocet vel prodeſt tm̄ habenti illam intentionē: vt pote ſi aliquis ſacerdos baptizaret ꝓpter pecunias illa ꝑuerſa intentio non nocet baptizato ſꝫ ſufficit ꝛ requirit̄ q̄ ſacerdos intēdat facere qđ eccl'ia intendit.

## Undecimo queritur.

Utrū puuli debeāt cathezizari. ¶ Notandū q̄ iſta tria ſcꝫ ſacrū: ſacramentuꝫ ꝛ ſacramentale differunt. Sacrū eīm dr̄ quodlibet ꝑtinēs ad ſanctitatē: ſiue ſit i ſigno vt eccl'ia: cimiteriū ꝛ ſacra vaſa: ſiue tanq̄ in effectu: vt mens humana dicit̄ ſacra ꝑ grām: ſiue ꝑ eſſentiā: vt de⁹ ē ſacer ꝑ eſſentiā. Sacramentū aūt ſuperius ꝓlixe declaratum eſt: diſtinctōe prima. Sacramentale vero dicit̄ eſſe illud qđ ē ordinatū ad ſacramētū tanq̄ ꝓuiū ꝛ diſponens ad ſacr̄m: ꝛ ſic capit̄ h̄ in q̄ſtione: vt cathecíſmus ꝛ exorciſmus dicunt̄ ſacr̄alia baptiſmi: aliqñ tñ capitur ſacr̄ale pro eo qđ eſt de eēntia ſacramenti: ꝛ iſto mō nō capit̄ h̄. ¶ Notādū q̄ cathecíſm⁹ ē inſtructio de his q̄ ꝑtinēt ad fidē catholicā: ꝛ ſic in ꝓmitiua eccl'ia cathezizabant̄ adulti añ baptiſmū ꝛ iſtruebant̄ de his q̄ ſūt neceſſaria ad fidem catholicā obſeruādā. ¶ Ad q̄ōnem r̄ndet̄ q̄ in ꝓmitiua eccl'ia cathecíſm⁹ in adultis p̄cedebat baptiſmū. Pr̄io vt baptizandi inſtruerent̄ de credēdis. Scđo vt ſe obligarēt voluntarie ad dei impia faciēnda. Paruuli q̄dē ꝛ ſi nō poſſint doceri p̄ñt tñ ꝑ patrinos obligari: iō fit i eis cathecíſmus ꝛ patrini obligāt puuluꝫ ad ſeruādā fidē catholicā. Diony. Senſus verboꝝ que dicunt patrini ē q̄ cū puer ille i ſeniū venerit teneat ſacras ꝓfeſſiones. Etiā patrini obligant̄ ad inſtruendū pueꝝ vel ad faciendū inſtrui puerū poſito q̄ talis puer nō habeat alios parentes vel doctores docentes eum

## Duodecimo queritur.

Utrū exorciſmus habeat aliquā efficaciā in puulo vel in adulto. ¶ Notanduꝫ q̄ exorciſm⁹ i greco idē eſt qđ ꝯiuratio i latino. ¶ Eſt aūt triplx exorciſm⁹. Quidaꝫ ē exorciſmus ſalomonis: ꝛ ē ille q̄ fit ꝑ aliq̄ ſacra verba ꝛ per certos characteres quib⁹ fugant̄ demones ꝛ de iſto nō ē hic ad ꝓpoſitū. Ali⁹ ē exorciſm⁹ benedictionis ꝛ eſt qñ ꝯiurat̄ aliqua creatura vt ordinet̄ ad aliquē actū benedicti. Et iſto modo exorcizat̄ aqua benedictiōis: ꝛ ſic nō capit̄ hic. Terti⁹ eſt exorciſmus ſolēnitatꝭ ꝛ ſic diffinit̄. Exorciſm⁹ ē ꝯiuratio diaboli q̄ arcet̄ ptās diaboli ne noceat baptizādū a ſuſceptōe ſacr̄i: ne etiā habeat tātā ptātē ſup exorciſatū q̄tam hr̄et ſi nō eēt exorcizat⁹: ꝛ iſto mō exorcizant̄ pueri ꝛ adulti baptizādi ꝑ ꝯiurationē diaboli ¶ R̄ñ. ad q̄ſitū. Exorciſm⁹ valet ad duo. Pr̄io ꝓpter ſolēnitateꝫ qꝛ baptiſm⁹ dꝫ fieri ſolemnit̄ qñ oportunitas dat̄: eo q̄ ē ianua oīm ſacroꝝ. Scđo valet ad cohibendū diabolū vt nō poſſit occidere puulū nec ita fortiter vexare adultū. vt retrahat eum a baptiſmo. Uñ nō ē ꝯ vexatiōꝫ quā faciat i corpe: ſed quā faceret in aīa ꝛ ip̄ū: qꝛ diabolus ex q̄ videt hoīem p̄parare ad baptiſmū: ip̄m vexaret. Uñ Gregori⁹ dic̄ q̄ illos

pulſare negligit: quos deceptos iure ſe poſſi dere ſentit ſed quãdo videt ſe deſeri tũc prouocatur.

## Irca diſtinctio/

c. nem ſeptimã querit͛ primo de cõfirmatiõe. Utrũ ſit neceſſariũ in ſacramento ꝯfirmatiõis habere formã verboꝝ. ¶ Notãdum ꝙ confirmatio ſm theologos capit͛ tribus modis. Primo mõ capit͛ ꝓ firma et cõſtanti adheſione in bonũ ⁊ ſic diffi/nitur. Confirmatio eſt pſeuerantia cõtinua: firma ⁊ pfecta: alicuius volũtatꝫ in bonũ: ⁊ iſto modo bti dicunt͛ cõfirmati in bono: qꝛ ſp pſeuerant in bono. Scdo mõ capit͛ ꝯfirmatio pro impoſſibilitate peccãdi p grãm: ⁊ ſic põt diffiniri Cõfirmatio eſt ipoſſibilitas peccãdi p grãz: ſolum ꝓueniens ex manutenẽtia dei omnipotentis: ſeu ex dono ⁊ ꝓuidentia ipſius qua cõtinuat ſuos iuſtos ⁊ beatos firmiter in bono: ⁊ iſto mõ bti dicũtur impec/cabiles: ⁊ hoc p grãz in ſolo aũt deo ẽ impoſſibilitas peccandi p naturã. Tertio modo capit͛ ꝓ ſacramento ꝯfirmationis ⁊ ſic capit͛ hic: ⁊ diffinit͛ a Scoto Confirmatio eſt vnctio hominis viatoris aliq̃liter cõſentiẽtis: vel libero arbitrio nunq̃ vſi facta in frõte in figura crucis cũ criſ/mate ſanctificato et h̄ a miniſtro idoneo ſimul cũ intentiõe debita in vngẽte ⁊ ꝟ/ba certa ꝓferẽte ſignificãs efficaciter ex inſtitutiõe diuina vnctionẽ aĩe p grãm roborãtẽ ad ꝯfitendũ cũ ꝯſtãtia fidẽ xp̄i ¶ Rñſio Forma eſt de neceſſitate ſacri ꝯfirmatõis. Forma vero hec eſt Signo te ſigno crucꝫ ꝯfirmo te criſmate ſalutꝫ in noie. p. ⁊ fi. ⁊ ſpũſſ. Notãdũ ꝙ anteq̃ aliq̃s poſſit confirmari reqͥrit͛ ꝙ ſit baptizatus. Notãdũ etiã ꝙ criſma eſt oleum oliue balſamatũ id ẽ mixtũ cũ balſamo ⁊ ꝯſecratũ ab epiſcopo.

## Secũdo querit͛. Utrũ

materia ſit neceſſaria ſacrõ ꝯfirmatiõis. ¶ Notãdũ ꝙ qñcunq̃ plura entia ꝯcurrũt ad ĩtegritatẽ alicꝰ minꝰ ꝑncipale qḋ eſt de neceſſitate totiꝰ ĩtegritatꝫ põt vo/cari: materia maiꝰ aũt pͥcipale ꝑt vocari forma: vt in ſacrõ baptiſmi aq̃ ẽ minꝰ pͥcipalez dĩ materia: ꝟba aũt q̃ ſũt maius pͥcipale dicunt͛ forma Sĩlr i ſacrõ cõfirmatiõis: criſma: balſamũ ꝯſecratuz dĩ materia ꝟba ꝟo dicũt͛ forma. Rñſio Sicut forma eſt neceſſaria: ita etiã materia eſt neceſſaria in omni ſacramento.

## Tertio queritur. Utrũ

ſolꝰ ep̃s poſſit miſtrare h̄ ſacrm̃. ¶ Dicẽdũ ꝙ illud ſacrm̃ non põt nec dꝫ p alios diſpẽſari. i. miſtrari q̃ p epõs: ⁊ ſi aliꝫ preſumũt nihil faciũt. Et rõ huiꝰ eſt qꝛ au/ctoritas eccl̃ie fuit ꝺriuata ad membra ſm primũ ordinẽ eccl̃ie. Un̄ ſicut apl̃i h̄ poterant ſoli: ſic nũc ſoli eoꝝ ſucceſſores pñt ꝯferre h̄ ſacrm̃ ⁊ nllus inferior eoꝝ.

## Quarto queritur ꝺ vir

tute ⁊ efficacia ſacri confirmatiõis. Preſuppoſito ꝙ det grãz cũ ſit ſacrꝫ noue le/gis q̃rit͛. Utrũ det grãz gratũfaciẽtem. ¶ Rñdet͛ ꝙ ſicut inuit Rabanꝰ: ⁊ mgr̃ dic̃ ⁊ cõiter oẽs doctores ꝯcordãt in hoc ꝙ ꝯfirmatio dat grãz gratũfaciẽtẽ. Sꝫ notãdum ꝙ duplex eſt grã gratũfaciẽs Quedam eſt iuſtificatiõis: q̃ facit de nõ grato gratũ: de inimico amicũ: vt grã q̃ datur in baptiſmo ⁊ in ſacrõ penitentie. Alia eſt grã gratũfaciẽs augmẽtans: q̃ facit de iã grato magis gratũ: de iã ami/co magis amicũ. Et iſta eſt grã q̃ dat͛ in ſacramento ꝯfirmationis.

## Quĩto querit͛. Utrum

eadẽ grã ꝯfert͛ in baptiſmo ⁊ ꝯfirmati/one. ¶ Rñſio Grã gratũfaciens in aĩa eſt vna: qꝛ vna eſt aĩa q̃ gratificat͛ et rur/ſus tota grã tollit͛ vnico pctõ. Propter hoc dĩ ꝙ vnica eſt grã p eſſentiã: ſꝫ habꝫ diuerſos effectus qꝛ effectꝰ grẽ in ſacrõ baptiſmi eſt iuſtificare: ⁊ purgare a pec/

cato:effectus aūt gratie in ſacro confir/ matiōis eſt roborare.

## Sexto queritur. vtrum

copioſius munus grē cōferatur in cōfirmatione ꝙ̄ in baptiſmo. ¶ Dicēdum ꝙ grā cōfirmatiōis pſupponit grām baptiſmalem:ſicut bñ eſſe preſupponit eſſe. Poteſt itaqꝫ duplex fieri cōpatio inter hoꝝ gratias. Uno mō pñt compari cōpatōe preſuppoſitionis:ꝛ ſic oino maioꝛ eſt grā cōfirmationis ꝙ̄ baptiſmalis:qꝛ grā q̄ datur in baptiſmo augmentatur in cōfirmatiōe. Alio mō pñt iſte grē compari compatione preciſiōis:vt ſcꝫ iſta grā que additur ſit maioꝛ vel minoꝛ: tunc ſine dubio grā baptiſmalis eſt maioꝛ ꝙ̄ grā ꝯfirmationis qꝛ maius eſt viuificare moꝛtuū:ꝙ̄ iā viuificatū ſanare vel foꝛtificare:ſꝫ in ſacramēto baptiſmi moꝛtuꝰ ꝑ pctm̄ viuificatur per grām. In ſacro aūt cōfirmatiōis ſolum roboꝛatur per gratiam.

## Septio queritur de vſu

id eſt de receptione ſacri cōfirmationis. Utrū ſit gñalis omnibꝫ:ſcꝫ tam viris ꝙ̄ mulieribus:tā puulis ꝙ̄ magnis:tā mutis ꝙ̄ loquētibꝫ:tā clericis ꝙ̄ laicis:tā ſanis ꝛ viuentibꝫ:ꝙ̄ infirmis ꝛ moꝛientibꝫ. ¶ Rñſio Illud ſacramētū omnibꝫ cōpetit his qui ſunt de acie pugnātiū in bello ſpūali:ꝛ qꝛ hoc cōpetit omni ſexui idō ꝛ hoc ſacrm̄ oibꝫ cōpetit. Uñ Hugo in li. de ſacramētꝭ. Omnino periculoſum eſt ſi ab hac vita ſine cōfirmatione migrare contingeret ꝛ moꝛienti etiam opoꝛtunū eſt ſupplere recipere.

## Octauo queritur. Utrū

grā ꝯfirmatiōis ſit de neceſſitate ſalutis ¶ Reſolutio qōnis ſtat in duabꝫ ꝓpōnibus cū diſtinctione tali. Neceſſitas eſt duplex ſcꝫ ſimpliciter ꝛ ꝯditionata. Neceſſitas ſimpliciter ē qñ aliq̄d ē ita neceſſariū ꝙ ſine illo non pōt qs ſaluari vt ſacramētū baptiſmi Neceſſitas aūt cōditionata ē illa q̄ pręſupponit aliq̄d ad hꝫ ꝙ ſit neceſſaria:vt ſi aliqs velit viuere:neceſſe eſt comedere. ¶ Pria ꝓpoſitio Grātia cōfirmatiōis nō eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutē ptꝫ qꝛ puulus baptizatꝰ: nō cōfirmatus:qñ moꝛitur euolat ad celos ¶ Scda ꝓpō Receptio ſacramēti cōfirmationis eſt cuilibꝫ adulto ad ſalutē neceſſaria ſuppoſito ꝙ habeat opoꝛtunitatem plenariam recipiēdi. Uñ Melchiades papa dicit (ꝛ habetur de cōſecratiōe diſtinctione quinta) Quia in hoc mundo tota etate victuris inter hoſtes inuiſibiles et picula gradiēdū eſt:ꝛ baptiſmo regeneramur ad vitam poſt baptiſmū cōfirmamur ad pugnā Hugo. Quid pꝛodeſt ꝙ per baptiſmū a lapſu erigeris niſi etiam per cōfirmationē ad ſtādū cōfirmeris:quaſi dicat nihil.

## Nono queritur. Utrum

poſſit dari ante ſacrm̄ baptiſmi. ¶ Rñdetur ꝙ abſqꝫ dubio iſtud ſacrm̄ nō pōt dari ante ſacramētū baptiſmi:et ſi aliqs attentaret nihil faceret:pꝫ ex duplici rōne. Primo ex pte grē qꝛ in baptiſmo datur grā iuſtificās:ꝛ in ſacro cōfirmatiōis datur grā roboꝛans:q̄ nō pōt haberi ſine pma grā ſcilꝫ iuſtificāte. Scdo pꝫ ex pte caracterꝭ qꝛ in baptiſmo datur caracter q̄ eſt fundamentum oim alioꝝ ſacroꝝ:ſine quo nō pōt haberi alius caracter:vl̄ alij caracteres non poſſunt haberi.

## Circa diſtinctōꝫ

octauam q̄ritur pꝛio. Utrum ſacrm̄ euchariſtie debuerit id eſt cōgruū fuerit pfigurari. ¶ Notandū ꝙ euchariſtia ſic diffinitur a Scoto. Euchariſtia eſt ſacramētū coꝛpoꝛis ꝛ ſanguinis xp̄i veraciter cōtētiuum ſub ſpēbus panis ꝛ vini poſt cōſecratiōnē factā a ſacerdote.i.ſb certis verb̄ cū debita intētiōe ꝓlatis ex inſtitutiōe diuina ſignificās coꝛpus et ſanguinē xp̄i ſub illis ſpēbꝫ realr̄ cōtineri:ꝛ ipm digne ꝛ re

uerenter recipientes realr̄ refici. In iſta
diſtĩctõe ponũtur ſeptẽ ꝑticule. Pria eſt
ſacr̄m: ⁊ ponit̄ loco gn̄is. Scd̃a corꝑis ⁊
ſanguis xp̄i realiter ꝯtẽtuũ: ⁊ ponit̄ ad
driam alioꝝ ſacroꝝ: qꝛ in iſto ſolo ⁊ excel
lentiori ſacro cõtinet̄ xp̄s veraciter: ⁊ nõ
ficte ſicut dixerũt quidã heretici: ſed eſt
ipſe verus xp̄s: q̇ natus eſt de maria vir/
gine ⁊c̄. ita ꝙ ĩ iſto ſacr̄o tota trinitas cõ
tinet̄ ⁊ xp̄i humanitas. Eſt etiã verbuꝫ
diuinũ: ⁊ qꝛ verbũ eſt deus. iõ ibi ẽ eſſen/
tia diuina: ⁊ p̄r ⁊ ſpũſſctũs ſacr̄alr̄ et ali/
ter q̄ĩ alio loco. Tertia ꝑticl̄a: ſub ſpẽ/
bus panis ⁊ vini hic tangit̄ materia iſti⁹
ſacr̄i. Quarta ꝑticula factã a ſacerdote
vbi tangit̄ idoneitas miſtri: qꝛ ſolus ſa/
cerdos põt cõſecrare: nec põt btã maria
virgo nec angeli nec demões: nec alij ho
mines a ſacerdotib̄ pn̄t ꝯſecrare. Qui/
ta ꝑticula cũ certis verb̄ cũ intẽtiõe ꝓla/
tis: ibi tangit̄ forma cõſecratiõis de qua
poſtea dicet̄. Sexta ꝑticula ex iſtitutio/
ne diuina: ibi tangit̄ excellẽtia qꝛ imedia
te fuit inſtitutũ a xp̄o ieſu. Septima ꝑ/
ticula: ⁊ ipm̄ digne ⁊c̄. ibi tãgit̄ efficacia
iſtius ſacramẽti. Notãdũ ꝙ iſtud ſacr̄m
excellit alia: q̄ttuoꝛ excellentijs. Pria qꝛ
iſtud ſacr̄m ẽ ſꝑ veruꝫ: nec vnq̄ꝫ põt ipe/
diri. Alia vero ſacramẽta poſſunt impe
diri ex indiſpoſitiõe ſuſcipiẽtiũ vt pꝫ de
ſacr̄o baptiſmi in ficto. Sed in ſacro eu/
chariſtie quocũq̄ꝫ impedimẽto poſito ſꝑ
ibi eſt p̄ncipalis effectus: ſcꝫ ꝯtinẽtia coꝛ
poris xp̄i: nec ſolũ h̄ ſꝫ etiã ſcd̃a ꝑſona tri
nitatis ⁊ diuinitas: ⁊ ꝑ ꝯn̄s tota trinitas
cũ p̄r ſit in filio ⁊ ſpũſſctũs: ⁊ filius in pa
tre ⁊ in ſpũſctõ. Et h̄ adoramus p̄ncipa/
liter: nõ ſolũ corp⁹: ſꝫ corpus vnitũ diui/
nitati. Scd̃a excellẽtia ẽ qꝛ iſtud ſacr̄m
qd̃ ſignat ꝯtinet: qꝛ ſignat corp⁹ xp̄i qd̃ ẽ
refectio ſpũalis aĩe: qꝛ ibi gr̄a ꝯfert̄ ⁊ eſt
ibi vere: baptiſm⁹ aũt ⁊ alia ſacr̄a ſignãt
gr̄am ⁊ tñ in ipis nõ eſt gr̄a ſꝫ ẽ in anima
Tertia eſt: qꝛ illud qd̃ ſignat̄ ibi eſt gr̄a
ꝑ ſe exn̄s: alia vo ſacr̄a nõ ſignãt niſi gra
tiã accñtalẽ ſiue inherẽtẽ: ⁊ ſic pꝫ ꝙ iſtud
ſacr̄ꝫ hꝫ excellẽtiſſimũ ſignatũ qꝛ ſignat
ibi deũ eſſe ⁊ ꝑ ꝯn̄s trinitatẽ totã. Quar
ta excellẽtia eſt qꝛ iſtud ſacr̄m eſt in eſſe
ꝑmanẽti: qꝛ ineternuꝫ ꝑmanet: alia vero
ſacr̄a nõ ſunt ꝑmanẽtia qꝛ celebrato ſa/
cramẽto baptiſmi ampli⁹ ſacr̄m baptiſ/
mi nõ eſt actu ſed tranſijt illa ablutio: ⁊
nõ remanet: ſunt ergo cũ fiũt ⁊ nõ vltra.
Notandũ ꝙ in hoc ſacr̄o ſunt tres act⁹
Prim⁹ eſt ꝯſecratio. Scd̃s eſt ipm̄ ſacr̄ꝫ
Tertiũ eſt ipius ꝑceptio. Cõſecratio ẽ
quidã act⁹ ſacr̄alis p̄ui⁹ ad ipm̄ ſacr̄m: ⁊
ſunt v̄ba neceſſaria ad ꝯſecrationẽ. Vñ
cõſecratio eſt aliud a ſacramẽto. Sacr̄ꝫ
ſunt ipſe ſpẽs: ſcꝫ illa albedo ⁊ rotundi/
ta q̄ prius erãt informãtia panẽ poſt cõ/
ſecrationẽ illa eadẽ remanẽt in ſacr̄o eu/
chariſtie. Perceptio eſt q̇daꝫ actus ſacr̄i
q̇ eſt via ad h̄ ꝙ corpus xp̄i ſumat̄ a fide
libus ⁊ ad icorꝑandũ caput: ſcꝫ xp̄m ipi
mẽbro ſcꝫ hoi fideli: ⁊ ipm̄ xp̄i mẽbrũ ca/
piti: ꝑ hunc actũ digne ſuſcipiẽs incorꝑa
tur xp̄o ⁊ toti trinitati vnit̄ tanq̄ꝫ mem/
brũ capiti: ⁊ iſta incorꝑtio fit ꝑ amorẽ et
gr̄aꝫ: nihilominus in ꝯſecratiõe dat̄ gr̄a
ꝯſecrãti: ſi ſit dign⁹ ⁊ ꝑcipiẽti. ¶ Rn̄ſio
ad qõnẽ iſtud ſacr̄m debuit p̄figurari ꝓ
pter duo ſcꝫ rõne dignitatꝭ ⁊ difficultatꝭ
Prio rõne dignitatis qꝛ p̄dicatũ ⁊ expe/
ctatũ erat ſicut donũ dei excellẽtiſſimuꝫ
iõ figure huius ſacramẽti p̄ire debuerũt
Unde figurarũ p̄miſſio nõ fuit aliud
q̄ꝫ fame eius diuulgatio. Scd̃o rõne dif
ficultatis: qꝛ hoc inter cetera ſacramẽta
eſt difficillimũ ad credendũ: imo inter ce
tera credibilia. ideo debuerũt homines
aſſuefieri quadam manuductione. Uo/
luit ergo xp̄s eſſe nobiſcũ (vt creditur ꝓ/
babiliter) in tali ſigno ſenſibili vt magis
excitet̄ q̇libꝫ ad amorẽ xp̄i recogitãdo il/
lũ amorẽ dulciſſimũ quẽ nob̄ in paſſiõe ⁊
morte oſtendit. Ideo dicit Luce. xxij. et
mathi. xxvi. Hec quotienſcunq̄ꝫ feceri/
tis ⁊c̄. Vñ tota deuotio xp̄ianoꝝ eſt ad
iſtud ſacr̄m: qꝛ deuoti⁹ audit miſſaꝫ q̄ꝫ a
liud officiũ: ⁊ ꝯfitẽtur dũ recipiunt.

## Secundo querit̃ de nu

mero ꝛ ſufficientia figurarũ huius excel/
lentiſſimi ſacramenti. ¶ Notandum ꝙ
oẽs cibationes ꝛ potationes et occiſiões
animaliũ ꝛ alia ſacrificia que a deo erãt
inſtituta repreſentabãt iſtud ſacrificiuꝫ
ſcilꝫ ſanctiſſimũ ſacr̃m: ſed reducunt̃ ad
quattuoꝛ figuras ſm mgr̃m ſcꝫ agnũ pa
ſchalẽ: manna: ſacrificiũ melchiſedech et
ſanguinẽ qui fluxit de latere xp̃i. Notan
dum ꝙ figura põt capi q̃nqꝫ modis. Pri
mo modo capit̃ figura ꝓ q̃titate termi/
nata. Secũdo mõ pro diſpoſitiõe ꝯñte
ex q̃titate. Tertio mõ capit̃ grãmatice
vt figura ſimplex et cõpoſita. Quarto
modo pro quadam imagine repreſentã/
te imaginatũ: vt imago crucifixi repſen/
tat xp̃m crucifixũ: ꝛ omĩbus iſtis modis
nõ capitur hic. Quĩto modo ꝓ quacũqꝫ
re vel quocũqꝫ exẽplo ducente in verita/
te rei: ꝛ iſto mõ capitur hic: vt in ãtiquo
teſtamẽto mãna repreſentabat ſanctiſſi/
mum ſacr̃m euchariſtie: qꝛ ſicut manna
deſcẽdebat de celo: ita xp̃s qui eſt verus
panis deſcendit de celo: etiã ſicut mãna
erat commeſtibilis ꝛ ad vſum filioꝝ iſra
hel ita xp̃s ſumit̃ a nobisꝛ ſiẽr pꝫ de aliĵs
figuris. ¶ Ad qõnem rñdet̃ ꝙ magiſter
in lr̃a ſufficienter aſſignat figuraſ in hoc
ſacramẽto habito reſpectu ad oẽs leges
nam in lege nature ponit figuraꝫ ſacrifi
ciĵ Melchiſedech In lege moiſi ponit fi
guram agni paſchalis: ꝛ figurã mãne in
deſerto: ꝛ in lege gr̃e ſanguinẽ paſſionis
xp̃i Sufficiẽtes ſunt figure ſi attẽdam⁹
ad ea que pꝛeſignant̃. Nam in ſacramen
to eſt viſibilis foꝛma ſcꝫ ſpẽs: ꝛ hec pꝛeſi
gnata eſt in ſacrificio melchiſedech. Et
eſt res ꝯtenta ſcꝫ coꝛpus xp̃iꝛ hec fuit in
agno paſchali pſ̃ignata. Tertia eſt res
ſignata tm̃: que eſt refectio ſpũalis: ꝛ hec
eſt in mãna pſ̃ignata. Et virtus dãs effi
caciã: et eſt meritũ paſſiõis xp̃i: ꝛ hec ẽ in
ſanguie q̃ fluxit de latere xp̃i. Vñ tres ꝓ
me tenẽt rõneꝫ figure: ſed vltima magis
tꝫ rõnẽ cãe. Vñ oẽs oblatiões: ſacrificia
ꝛ occiſiões thauroꝝ et occiſoꝝ reducunt̃
ad agnũ paſchaleꝫ: id eſt xp̃m. Auguſti/
ſtinus doꝛmit adã vt fiat eua: moꝛit̃ xp̃s
vt fiat eccl̃ia. Doꝛmiẽte aũt adã fit eua
de latere: moꝛtuo xp̃o lancea ꝑcutit̃ lat⁹
vt pfluãt ſacr̃a quib⁹ foꝛmat̃ eccleſia.

## Tertio queritur que fi/

gura ſit expꝛeſſioꝛ. Vtrũ illa q̃ fuit tẽpe
legis nature: an illa que fuit tp̃e leg̃ mo
ſaice. ¶ Rñſio Figure illarũ legũ ſm di
uerſas ꝯſiderationes mutuo ſe excedũt in
expꝛeſſiõe: ſicut oñdũt rões. Põt eñ h̃
ſacr̃m pꝛefigurari q̃tũ ad ritũ ꝛ ſignuꝫ
vel q̃tũ ad effectũ ꝛ ſignatũ Si q̃tũ ad
ſignũ ꝛ ritũ: tũc expꝛeſſioꝛ figura ꝓceſſit
in ſacrificio melchiſedech: q̃ obtulit pa/
nem ꝛ vinũ ꝛ iſtud ſanctiſſimũ ſacr̃m ſiẽr
offert̃ ſub eiſdẽ ſpeciebꝫ. Si aũt q̃tũ ad
effectũ ſic expꝛeſſe pꝛeſignat̃ in mãna: qꝛ
per iſtud omnes reficiebantur.

## Quarto queritur. vtrũ

ſacr̃m eucharistie debuerit inſtitui a ꝓn
cipio. ¶ Notãdum ꝙ iſtud ſacr̃m noiat̃
q̃nqꝫ modis. Pꝛio mõ dr̃ hoſtia. Scõo
ſacrificiũ: ꝛ h̃ qꝛ ibi repñtat̃ mẽoꝛia paſſi
onis xp̃i: q̃ fuit hoſtia et ſacrificiũ ꝓ oib⁹
oblatũ. Tertio mõ dr̃ eucharistia: ꝛ idẽ
ẽ ꝙ bõa gr̃a ꝛ ipẽ xp̃s ẽ ipa gr̃a. Quarto
mõ dr̃ viaticũ qꝛ refic̃ viatoꝛes: ꝛ ſic dr̃ ci
b⁹ viatoꝝ. Quĩto dñ cõio: qꝛ vnit noſ
ipĩ xp̃o: ꝛ vnit nos ĩter noſipſos tãqꝫ mẽ/
bꝛa capiti xp̃o ĩuicẽ. Notãdũ ꝙ a pꝛinci/
pio h̃ totũ ꝯplexũ põt capi dupl̃r. Vno
mõ cauſal̃rꝛ effectiue ꝛ denotat ꝓncipiũ
aliq̃d cauſale ꝛ ſic dicim⁹ ꝙ oĩa ſũt a ꝓn
cipio cauſali: q̃d ẽ d̃s: ꝛ iſto mõ ñ capit̃ h̃
Alio mõ capit̃ tpal̃r ꝛ ſucceſſiue: ꝛ dicit
ſucceſſionẽ imediatã vel ſatꝫ ꝓpinquã ꝛ
ſubitã poſt initiũ rei: ꝛ ſic dr̃ ꝙ diabolus
a ꝓncipio peccauit id eſt ſtati poſtqꝫ cre
atus eſt: ꝛ iſto mõ capit̃ h̃ a ꝓncipio: ꝛ ſic
eſt ſenſus queſtionis. Vtrum ſacramen/
tum eucharistie debuerit id eſt cõgruuꝫ
fuerit iſtitui a ꝓncipio id eſt ſtatim poſt
lapſum pꝛimi gentis. ¶ Rñſio. Hoc ſa/

cramentum congruebat legiˢ gr̄e tm̄:tū propter rem cōtentā que eſt corpus xp̄i verū:qui xp̄s nondum erat natus de maria virgine: tum ꝑpter xp̄i efficaciā q̄ eſt vinculum charitatis:que charitas in lege noua apparere ⁊ habūdare debuit in anteriorib9 autem imperfecte poſſideri vt ita grad9ſit i mūdo ſic̄ in vno hoie.

Quinto queritur. vtrū debuerit inſtitui ante paſſionem chriſti vel poſt. ¶ Reſpondetur ꝙ iſtud ſacramentum ſanctiſſimum continet corpus chriſti verum:et vere eſt ibi cibus:⁊ precipuus effect9 cibi eſt reficere:ideo tempore refectionis debuit inſtitui:etiaȝ eſt cibus paſchal':ideo in paſchali cena debuit inſtitui. Quia vero erat ſignū amoris⁊ in receſſu debet oſtēdere homo amoris ſigna et memorale vt arti9 in memoria maneat:ideo in vltima cena inſtituit chriſtus hoc ſacramentum ſanctiſſimū.

Sexto queritur. vtruȝ prius confecerit ꝙ̄ verbum protulerit. ¶ Reſponſio Xp̄s ſimul cōfecit:⁊ ſimul verba ꝓtulit:⁊ hoc eſt intelligēdū ſimultate īmediatiōis:q2 in illo inſtāti quo vba fuerūt totaliter ꝓlata:etiā in illo iſtāti fuit ꝯfectū corpus xp̄i:nec eſt cōſecratio facta niſi ſit finita ꝓlatio verboꝝ. Et ꝙ̄uis poſſ3 ꝯficere ſine vbo debuit tn̄ cōficere verbū dicendo:vt apl'is formā traderet:q2 dn̄s nō tm̄ ibi ſuā potentiā oſtēdebat:ſed etiā diſcipulos informabat.

Septimo querit' i qua die fuit inſtitutuȝ iſtud ſctiſſimū ſacr̄m. ¶ Dicēdū ꝙ in die iouis fuit facta inſtitutio iſtius ſacr̄i. Vn̄ notāduȝ ꝙ dies iouis fuit a deo decorata in q̄ttuor. Prio q2 illa die fuerūt create aues in aere ⁊ piſces in aq̄:ad denotādū ꝙ tā cōtēplatiui q̄ ꝑ aues deſignant':ꝙ̄ actiui q̄ ꝑ piſces ſignant' pn̄t ⁊ debēt recipe iſtud ſctiſſimum ſacr̄m. Et notat' ꝑ hoc ꝙ martha ⁊ Maria magdalena receperūt xp̄m in domo ſua. Scd̄o ē ornata iſta dies in hoc ꝙ in ipſa beata virgo pn̄tauit filiū ſuū in templo. Tertio q2 in iſta die inſtitutuȝ eſt a xp̄o iſtud ſacramentū. Quarto quia eadem die chriſtus aſcendit in celum.

¶ Poteſt etiaȝ queri qua hora fuit inſtitutum iſtud ſacr̄m. ¶ Rn̄det' ꝙ hora cōpletoriȷ̄ q̄ hora ornat' tribus gratiȷ̄s. Primo i ipſa fuit facta annūciatio dn̄ica:qn̄ miſſus eſt gabriel angelus ad virginem. Scd̄o in ipſa fuit inſtitutū iſtud ſacr̄m. Tertio eadem hora xp̄s fuit ſepultus.

Octauo querit' de forma verbi in ſacramento euchariſtie. Et primo de forma verbi ſup panē que eſt. Hoc ē corp9 meū:q̄d ſc3 iſtud ꝑnomē h̄ demōſtratiuū demōſtret an' demonſtret corp9 xp̄i an panē. ¶ Notādū ꝙ iſta dictio eim̄ nō ē de neceſſitate ꝯſecratōis:q2 xp̄s non pretulit eā qn̄ dedit corpus ſuū diſcipulis ſuis:tn̄ ſi q̄s ſacerdos ſcienter omitteret peccaret mortaliter ꝓ eo ꝙ eccleſia inſtituit illā dictioneȝ addi:ſ3 cōſecraret. ¶ Pro reſolutiōe q̄onis ſunt multe opiniones:ſicut p3 in textu. Tn̄ mgr̄ Stephanus brulefer t3 primā que dicit ꝙ ſacerdos dicit illa verba nō vt ſua:ſed vt xp̄i. Vn̄ materialr̄ tenent' nec tūc eſt q̄rere q̄d ibi demōſtret' ꝑ ꝑnomen vel q̄d copulet' ꝑ verbū q2 nec eſt ibi ſubiectum nec p̄dicatū nec copulatuȝ nec verbū:tamen iſta non eſt opinio Bonauenture.

Nono queritur de forma verbi ſup vinū. Hic ē calix ⁊c̄. Vtrū hec forma ſit recta. ¶ Notandū ꝙ calix capit' multis modis. Prio mō ꝑ paſſiōe ſiue morte. vn̄ pat' ſi poſſibile eſt ⁊c̄. ps. Calicē ⁊c̄. Scd̄o mō capit' ꝑ quodā genere poculoꝝ q̄d fiebat ex quodaȝ ligno aromatico. Tertio mō ꝑ quodā vaſe aureo vl' argēteo vel ſtāneo in q̄ ꝯſecrat' corpus xp̄i. Quarto mō ꝑ q̄libȝ vaſe ſiue lapideo ſiue vitreo facto ad modū calicis: ⁊ iſto mō dr̄ de iohāne euāgeliſta ꝙ dederūt ei venenū in calice. Quīto mō capit'

pro quocunque potu contento in vaſe: et iſto modo vinum dicitur calix. Sexto modo capitur calix pro precioſo ſanguine xpi: et iſto modo ſolum capitur hic: et ſignat proprie ſanguinis xpi effuſionem in cruce. Et quando dicitur hic eſt calix etc. idem eſt: hic eſt potus meus qui eſt ſanguis meus. ¶ Reſponſio queſtionis ſtat in duabus propoſitionibus. ¶ Prima propoſitio ſeu concluſio. Hec forma. Hic eſt calix ſanguinis mei: eſt recta et congrua. ¶ Secunda concluſio Hec forma an ſit ſufficiens et tota: dubitatur: tamen Bonauentura credit quod eſt tota et ſufficiens ad conſecrationem ſanguinis tamen quod ſequitur ſcilicet noui et eterni teſtamenti myſterium fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum non ponitur fruſtra quia ibi ponitur effectus ipſius ſacramenti: tamen iſta verba non ſunt de eſſentia et neceſſitate ſacramenti: dimittens tamen ſcienter formam ordinatam ab eccleſia peccat mortaliter: tamen vere conſecrat dicendo quattuor prima verba. ¶ Notandum quod in iſtis verbis ſcilicet noui et eterni etc. ponuntur tres effectus. Primus eſt innouatio teſtamenti et eius confirmatio cum dicitur noui et eterni teſtamenti eterni a parte poſt quia in morte xpi confirmatur teſtamentum: et nouum efficitur: quia vetus fuit in ſanguine animalium et thaurorum: quod ibi eſt euacuatum. Secundus effectus eſt fidei manifeſtatio: quia in lege antiqua fides erat obſcura: ſed in effuſione ſanguinis xpi fuit manifeſtata fides: quia omnia ſacrificia que fiebant in antiqua lege: erant ſignum et vmbra iſtius ſacramenti: et hoc notatur cum dicitur myſterium fidei. Tertius effectus eſt amoris dei erga nos oſtenſio: cum dicitur qui pro vobis et pro multis etc. Et ſic exponitur. Qui pro vobis iudeis effundetur et pro multis ſcilicet gentilibus vel ſic pro vobis ſacerdotibus: et pro multis laicis. Ideo ſi quis ſacerdos vellet excludere ſe a merito miſſe ſue: et dare alicui peccaret mortaliter: etiam ſi vellet aliquos de eccleſia excludere: quia debet generaliter pro omnibus orare.

## Decimo queritur de ſacramento euchariſtie quantum ad ſignationem vi3 quid ſit res ibi et quid ſacramentum ¶ Reſponſio

In hoc ſacramento ſunt tria. Primo eſt aliquid quod eſt ſacramentum tantum: et ſunt ille ſpecies viſibiles que remanent poſt conſecrationem que ſunt albedo rotunditas ſapor et rubedo vini. Secundo ibi eſt aliquid quod eſt res ſacramenti tantum et perfecte: et eſt corpus xpi myſticum vnum corpus xpi myſticum eſt vnio omnium fidelium exiſtentium in charitate militantium ſub xpo. Tertio ibi eſt aliquid quod eſt ſacramentum et res ſacramenti: et eſt ipſum corpus xpi verum. Ideo Bonauentura dicit (ſicut dicunt magiſtri) tria ſunt in hoc ſacramento: ſpecies viſibiles corpus xpi verum: et corpus xpi myſticum. ¶ Correlarium Fideles exiſtentes in peccato mortali non ſunt proprie de corpore xpi myſtico: quia est purum et nitidum: ſicut corpus xpi est puriſſimis ſanguinibus virginis conceptum ſic corpus xpi myſticum eſt ex puris fidelibus.

## Undecimo queritur de vnitate huius ſacramenti. Utrum ſit vnum

¶ Pro queſtionis clariori elucidatione ponuntur tres propoſitiones. ¶ Prima Sacramentum euchariſtie non eſt vnum vnitate indiuiſibilitatis: quia ſpecies vini diſtinguuntur a ſpeciebus panis: et etiam ex verbis differentibus vt patet in conſecrationibus. ¶ Secunda propoſitio Sacramentum euchariſtie non eſt vnum vnitate integritatis abſolute: quia illud dicitur vnum vnitate integritatis abſolute: quod conſtituitur ex pluribus partibus integrantibus ipſum ſed iſtud non conſtituitur ex pluribus partibus integrantibus ipſum. ergo. ¶ Tertia Sacramentum euchariſtie dicitur vnum vnitate integritatis relatiue et quaſi comparatiue: illud dicitur vnum vnitate integritatis comparatiue quod ordinatur ad vnum: ſed ſacramentum euchariſtie inſtituitur ad ſignificandum vnum ſcilicet corpus xpi. ergo etc. talis integritas ordinationis vnius diſpoſitiue venit a natura: quia nec panis eſt per ſe plene reficiens nec vinum: ſed vtrunque vna plena refectio Ideo Gregorius dicit: quia ſacramentum vna ordinatione ordinatur ideo ſtatim dicit. Et poſita vt hoc tuum ſacramentum etc.

Circa diſtinctionem nonam queritur primo quot ſint modi manducandi iſtud ſcitiſſimum ſacramentum. ¶ Notandum quod

grāmatice loqn̄do iſta tria dr̄nt: edo: es: comedo: ⁊ mādūco as. Nā edo es: eē: eſt comedere total'r vl' vorare vl' turpit' co/medere cibū ſine maſticatiōe. Comedo aūt ſignat cū alijs comedere turpit' vl' cū aliqs vorare: ⁊ nō differt ab edo: niſi qꝛ ſignat cū hoc ſocietatē habere. Māduco vero eſt idē ꝙ honeſte comedere. ¶ Notandū ꝙ in māducatiōe corꝑali tria ſūt. Pͥo eſt cibi maſticatio. Vn̄ ſi qs pone/ret cibū in ſtomachū ſine maſticatiōe ꝓ/prie nō eſſet māducatio. ¶ Scḋo eſt cibi maſticati in ſtomachū traiectio. Tertō eſt cibi traiecti cū corꝑe incorꝑatio. Si/milr̄ i iſto ſacro ſpūal'r loquēdo iſta tria debēt eſſe. Pͥo maſticatō ꝑ fidē. Scḋo dꝫ eſſe maſticati in ſtomachū traiectio ꝑ ſpeꝫ. Tertio dꝫ eſſe ꝑ charitatē incorꝑa/tio. Tamen differt a cibo corꝑali: qꝛ in/corꝑamus cibū corꝑalē in nos ſꝫ in cibo ſpūali ſcꝫ in iſte ſacro ↄuertimur in ipm cibū: q̄ eſt xp̄s. Vn̄ xp̄s dixit Auguſtino cibus ſum grandiū: crede ⁊ me mādūca: nō cōuertes me in te: ſꝫ tu cōuerteris in me. Notādū p̄terea ꝙ q̄druplex eſt mo/dus mādūcādi (ſm̄ doctorē ſubtilē) iſtō ſctiſſimū ſacr̄m Aliqs em̄ pōt mandūca re ſacr̄m eucharistie tm̄: ⁊ nō ſacra'r nec ſpūal'r vt ſi qs ſumeret ſacr̄m iſtud ſicut aliū cibū nec credēs ibi eſſe corp⁹ xp̄i: nō dijudicās corp⁹ dn̄i: talis mādūcat ſacrꝫ ſꝫ nō ſacraliter: nec ſpūal'r. Scḋo aliqs pōt ſumere ſeu mādūcare ſacral'r ſꝫ non ſpūaliter vt ſi qs exn̄s in pctō mortali re cipiat ſacrꝫ: tn̄ cū fide informi credēs ibi eſſe corpus xp̄i. Tertio aliqs pōt mādu ducare ſacraliter ⁊ ſpūaliter: ſicut ille q̄ cū fide ſe p̄parat ꝑ purā cōfeſſionē ⁊ ↄtri tionē de pctīs. Quarto aliqs mādūcat nō ſacral'r ſꝫ ſpūaliter tm̄: ſicut ſunt illi qui ſunt in gr̄a q̄ ꝓpter reuerentiā aliqn̄ abſtinēt a receptiōe iſtius ſacri: etiā oēs qui ſunt in gr̄a ꝑ fidē: ſpem ⁊ charitatem mādūcāt ſpūalit'. Vn̄ Auguſtin⁹ Crede ⁊ mādūcaſti. ¶ Ad qōneꝫ r̄ndet' ꝙ du plex eſt modus mādūcandi: ſcꝫ ſacral'r ⁊ ſpiritualiter: ⁊ iſti ſunt duo modi princi pales: ⁊ alij reducunt' ad iſta duo.

Secūdo queritur quid ſit mandūcare ſpūaliter. ¶ R̄nſio Mā/dūcare ſpūaliter eſt cū fide ſpeꝫ charita te xp̄o adherere. Vn̄ ſicut in mādūcatio ne corꝑali tria ſunt principal'r ita etiā in mandūcatiōe ſpūali. Maſticatio ſpūal' eſt recogitatio cibi ſcꝫ carnis xp̄i ꝑ nobiſ expoſite in p̄ciū ad redimendū: ⁊ in cibū ad reficiēdū. Incorꝑatio vero attendit' dū recogitās charitatis amore ei qḋ co/gitat' iūgit' ⁊ ſic incorꝑat' ⁊ dū incorꝑat' re ficit' ⁊ magis aſſimilat'. Ad h̄ ergo ꝙ qs ſpūaliter mādūcet req̄rit' recogitatio fi/dei: ⁊ affectio charitatis ⁊ ſic patꝫ q̄d ſit mandūcare ſpūaliter.

Tertio querit' quid ſit mādūcare ſacral'r. ¶ R̄nſio. Mandūca re ſacral'r eſt mandūcare ſacr̄m ita ꝙ re/quirit' intētio ⁊ intētōis regulatio: vl' ſm̄ fidē q̄ eſt in ipō vel ſm̄ fidē q̄ eſt in altero Intentio inquā neceſſaria eſt Si em̄ qs iret ad mēſam ⁊ intēderet corp⁹ reficere ⁊ aliqs ꝑ pane cōi ſacr̄m ſibi ſicut paneꝫ offerret: ⁊ intēderet oīno cibū corꝑalē aſ ſumere nemo diceret eū ſacral'r mādūcaſ ſe. ¶ Correlariū Mus vl' canis ⁊ cetera aīalia brutalia p̄nt mādūcare ſacr̄m ſed nō ſacraliter Neceſſe ē ergo ꝙ illa intē/tio dirigat' vel ſm̄ fidē q̄ eſt in ipſo vel in altero: qꝛ vl' opꝫ ꝙ credat ꝙ ſub illa ſpē aliquid ſpūale lateat qḋ ſumere intēdit vel dꝫ ꝙ ſaltē intendat ſumere qḋ alios credere eſtimat q̄uis ipſe nō credat.

Quarto querit'. Vtrū xp̄s mādūcauerit ſacrꝫ q̄libꝫ p̄dictoꝝ mo doꝝ. Hoc eſt vtꝝ mādūcauerit ſeipm ſa cramētal'r ⁊ ſpūal'r. ¶ R̄nſio ꝑ duas hēt ꝓpōnes. ¶ Pͥa Xp̄s mādūcauit ſeipm ſacral'r Vn̄ gloſa ſup illō Leuitici. viij. Cūcꝙ de ſanguine arietis ⁊c̄. Gloſa Eſt cij. primo ſacerdos: deinde filij ſanguie in tingebant': qꝛ xp̄s in cena prius ſangui/nē accepit: deīde diſcipl'is dedit. Et ruꝝ

ſus ibidē dicit gloſa:bibit et alijs bibere dedit. Itē Eliā⁹ dic̄ q̄ xp̄s p̄mo dedit ſibi ne alij potū ſanguiſ abhorrerēt ¶ Secūda ꝓpō Lȝ xp̄s mādu caauerit ſeipm ſacramentalr̄ nō tñ ſpūalr̄:q̄ viator(cōtū cūcꝙ ꝑfect⁹)q̄ñ māducat ſpūalr̄ iſtud ſacramētū motu vel habitu augmentaꝛ in charitate:ſȝ in xp̄o nō potuit augmētari charitas cū ab inſtāti ſue cōceptionis fuerit ꝯſūmat⁹ in grā ⁊ charitate.ḡ ⁊c̄.

## Quīto querit̄. Utrum

mali id eſt pctōres ſumāt corpus xp̄i vel racit̄.¶ R̄nſio Mali recipiūt ſacr̄m qđ eſt corp⁹ xp̄i verū:qđ natū ē de maria virgine:qđ pepēdit i cruce qđ a mortuis reſurrexit ⁊ eſt in celꝭtñ nō recipiūt rē ſacri que eſt vnio in corpe myſtico ꝑ charitatē ſȝ recipiūt ſacr̄m ad dānū ſuū: Nā q̄ mā ducat indigne iudicium ⁊c̄.

## Sexto queritur.vtrum

peccator q̄ eſt in pctō ex certa ſciā mādu cet corpus xp̄i dānabiliter. ¶ Notāduȝ q̄ hō pōt eſſe in pctō dupl'r. Uno modo ſciēter q̄ñ bñ ſcit ſe eē in pctō mortali:⁊ ñ vult penitere nec ꝯfiteri.et iſto mō capitur in q̄ōne. Alio mō pōt eē in pctō igrāter:q̄ñ ſcȝ ē in pctō mortali tñ igr̄at ⁊ nō hȝ memoriā de pctō. Et de iſto mō dicet̄ in q̄ſtione ſequenti. ¶ Ad q̄ōnem dicendū q̄ peccator qui eſt inpeccato ex certa ſciā ſumit ſibi corpus xp̄i ad dānationē nō q̄ ipſum corpus xp̄i aliquam maculam det aīe:ſȝ q̄ peccator ipſum cōtemnit. Unde talis committit duo peccata. Primo cōmittit pctm̄ omiſſionis in hoc q̄ ſe nō p̄parat debite:nō dijudicans corpus xp̄i. Secundo cōmittit pctm̄ cōmiſſionis:quia contēnit deum.

## Septīo querit̄.Utruȝ

videre vel tangere corpus xp̄i in peccato mortali ſit peccatum mortale.¶ Reſpōſio eſt in quattuor propoſitionibus. ¶ Prima Quicūcꝙ recipit corpus chriſti in peccato mortali ſciēter peccat mortaliter.¶ Secunda propoſitio Uidere corpus chriſti in peccato mortali nō eſt peccatum mortale:niſi fiat cum mala intentiōe.¶ Tertia Tāgere corpus chriſti in mortali peccato(neceſſitate vrgente)non eſt peccatum mortale.¶ Quarta Tangere corpus xp̄i in pctō mortali (neceſſitate nō vrgēte)eſt pctm̄ mortale

## Octauo queritur. vtꝝ

peccator ſumēdo corpus xp̄i mortaliter peccet ¶ Notādum q̄ queſtio intelligit̄ de peccatore exiſtente in peccato mortali per ignorātiam vel ignoranter.¶ Ad queſtionē reſpōdetur(ad predictoꝝ intelligētiā)q̄ in hoc ſacramento teneꝛ pci piens ſe preparare:q̄ deus venit ad habitandum in homine. Preparatio autē ſemper eſt ſufficiēs:q̄ñ inimicus dei expellitur de hoſpicio per veraȝ examinationē et contritōeȝ ſiue iudiciū pnie in q̄ pctōr eſt reus ⁊ accuſator ⁊ ē ibi ꝯſcīa ſcȝ deus ⁊ ē ibi arbiter ſcȝ ip̄e ſacerdos. Rurſus q̄ diuia maieſtas ſūma ſe dignatōne humiliat et diuina bonitas offert grām dȝ homo vltra predicta cū metu reuerentie ⁊ cum omni dilectione accedere ad hoc q̄ digne māducet. Digne autē māducare eſt ſufficient̄ ſe preparare ſcȝ cū oīs pctī expulſione cū reuerētia ⁊ dilectiōe Quidam igitur ſunt qui ſe ſufficiēter p̄parāt ſm̄ veritatē ſicut ſunt illi qui fecerūt bonā ⁊ longā examinationem Unde dicit Scot⁹ q̄ qui accedit ad iſtud ſacr̄m dȝ ſe preparare:ac ſi vellet ad aliqđ opus arduiſſimuȝ accedere:vt eſt pro morte euitanda:hij habent diſplicentiā de peccatis ⁊ voluntatem cauēdi Quidā ſunt q̄ nō ſufficienter ſe prepant ſm̄ veritatē tñ ſufficienter ſe prepant ſm̄ ꝓbabilitatem et ſunt illi q̄ examinant cōſciam ſuā ſufficiēter ſm̄ coꝝ iudiciū:tñ in eis remanet aliqđ pctm̄ mortale de quo nō habēt memoriā. Et iſti(ſm̄ Bonauen.)nō māducant digne:q̄ nō ſe preparauerūt ſufficienter:nec indigne:q̄ ſe preparauerūt ꝓbabiliter. Tales q̄uis nō recipiāt graȝ:tñ nō

incurrũt offenſam. Sʒ iſta opinio videť eſſe nimis dura Jõ Scot⁹ dicit ꝙ pctm̃ tale deleť ꝟtute ſacri ꝛ recipit grãꝫ i hoc caſu. Durandus aũt dicit ꝙ tale pctm̃ remittiť ꝟtute ſacri vel reduciť ad mẽo/riam pctm̃ vt ꝯfiteať. ꝛ hec opĩo multũ placet. Ad illud qḋ obĩciť de digneꝫ in digne ſumẽte: qꝛ ẽ ibi mediũ: ꝗuis nõ ſit mediũ inter dignũ ꝛ indignũ: ẜm tamen Scotũ ꝛ Durandũ nullũ ẽ mediũ: qꝛ ꝗ ſe ꝑparat ẜm ꝓbabilitatẽ: recipit grãm: ſi coterať de oib;. Jtẽ nullus teneť ſuffi cíẽter ſe ꝑparare: ꝙ ꝯñs nullus põt ſcire vtꝫ accedat digne ꝛ in grã. Jõ ſufficit ꝑ paratio ẜm ꝓbabilitatẽ: hoc ẽ ẜm dicta/men ꝯſcíe: ꝛ in ħ debet hõ eſſe ꝯtent⁹. ꝗ ẜm Scotũ talis grãm recipit. Jteꝫ inde uotus capiť dupľr. Uno mõ ꝯrie vt eſt ille qui accedit cũ ꝓpoſito peccãdi. Alio modo ꝓuatiue vľ negatiue: ꝛ ðꝛ ille qui caret deuotiõe: ꝛ talis indeuotio nõ im/pedit: qꝛ habere deuotionẽ nõ ẽ in ptãte noſtra. Ad vltimũ ꝙ iuſtus ex tali ꝯſcia ſe reddit magis inhabilẽ nõ ꝓpť culpaꝫ ſed ꝓpter ꝯſciam erroneã. que quidem ꝗdiu ꝑſiſtit obligat vt nõ recipiat grãꝫ ꝓpter ħ ꝙ nõ poteſt cũ hac ꝯſcia recipe quin ꝯtẽnat. Quidã aũt neutro modo ſe ꝑparãt imo ꝯtennũt: ꝛ iſti ſine dubio indigne mãducãt Apľs. ꝑme Coꝛ. xi. Probet aũt ſeipm̃ hõ ꝛč. ſcꝫ ꝑ diligentẽ examinationẽ ꝛ diſcuſſionẽ ꝯſcie ſue per attritionẽ ꝛ diſplicẽtiã de pctis ꝯmiſſis per purã ꝛ verã ꝯfeſſionẽ vocalẽ. ꝑ ꝓpo/ſitũ abſtinendi de cetero a pctõ

## Nono queritur Utruꝫ

peccet dãnabiľr qui coꝛp⁹ dñi dat ei quẽ ſcit eſſe pctõꝛem. i. eſſe in pctõ moꝛtali. ¶ Notãdũ ꝙ ille peccat dãnabiľr qui peccat moꝛtaľr: qꝛ pctm̃ moꝛtale ẽ pctm̃ ad dãnatiõeꝫ. Sciendum ꝙ dñia ẽ inter manifeſtabile: manifeſtum: ꝛ notoꝛium. Manifeſtabile ẽ illud qḋ põt mãifeſta/ri in publico ꝑ teſtimoniũ duoꝝ teſtium Manifeſtũ ꝟo ẽ illud qḋ ſciť ꝑ teſtimo/nium duoꝝ teſtiũ Notoꝛiũ aũt põt fieri tripľr. Uno mõ fit aliqḋ op⁹ notoꝛium ꝑ ſniaꝫ iudicis. Scḋo mõ ꝑ ꝯfeſſionem factã in iudicio: vt ſi quis ꝯfiteret pctm̃ ſuũ in iudicio. Tertio mõ ꝑ euidẽtiã rei ꝗ nulla tergiuerſatiõe rei põt occultari vt ſi ꝗs occiderit hoĩem in publico coꝛã hoib⁹ ꝛ oĩbus. ¶ Rñ. Sacerdos debet coꝛp⁹ dñi dare illi quẽ ſcit eẽ pctõꝛem ſi petat in apto: ſi ſit pctõꝛ occult⁹: et ipſe ſolus ſcit. Si notoꝛi⁹ nullo mõ debeat dare ſiue petat ſiue non. Sič dñs dič: et Ciprian⁹. Nolite dare ſcm̃ canib;: ð hy ſtrione. Ratio aũt ꝗre dꝫ dari ẽ multi/plex. Prima ẽ qꝛ neſcit an deus occulte opeť. Scḋa ne ꝑdat crimẽ eius: Tertia ẽ ne alios ſcãdalizet. Quarta qꝛ ius ha bet in facie eccľie: ꝛ tunc tenetur illi ius ſuum petenti reddere.

## Circa diſtinctio

nem decimã ꝗriť ꝑmo Utꝫ coꝛpus xp̃i ſit i altari ẜm ve ritatẽ. ¶ Notãdũ ꝙ altare põt capi multis modis. Pꝛio capiť pꝛo ꝑ̃o deo ꝟo: trino ꝛ vno: ꝛ ð iſto altari di cit pš. Jntroibo ad altare dei ꝛč. i. ibõ ad deũ meũ. Scḋo mõ capiť ꝑ ꝑ̃o dño nr̃o ieſu xp̃o Apocaľ. vi. Uidi ſub alta ri dei aĩas interfectoꝛũ. i. vidi ſub pꝛote ctiõe xp̃i aĩas interfectoꝝ. i. martyrum. Tertio mõ capiť altare ꝑ glꝛoſa ꝛ bñdi cta cruce in ꝗ pependit xp̃s. vñ caniť in hymno paſcali. Cui⁹ coꝛp⁹ ſciſſimũ in ara crucis toꝛridũ. i. in altari. Quarto mõ ꝑ aĩa cuiuſlibet iuſti exñtis i gratia. Quinto mõ põt capi ꝑ aĩa peccatrice ꝛ iſtud altare ẽ ſacrilegũ. Sexto ꝑ ſta/tu eccľie militãtꝭ. Septio ꝑ illo loco i ꝗ i lege veteri offerebãť victĩe. Octauo ꝑ ꝑadiſo vbi ſũt aĩe btẽ: ꝛ oĩb; iſtis modis nõ capiť ħ. Nono capiť ꝑ illo loco i ꝗ vľ ſup quẽ ſacerdoſ i noua lege offert coꝛp⁹ Et iſtud ẽ duplex. qḋdã ẽ fixũ: ſič ẽ coĩť in eccľijs: tñ reqriť ꝙ ſit lapideũ. Aliḋ ẽ altare viaticũ qḋ põt poꝛtari: ꝛ reqriť ꝙ

ſit lapideū: ꝛ ꝓprie iſto mō nō capitur h
Decimo capiť ꝑ ſpēb panis ꝛ vini ꝯſe/
cratis q̄ ſpēs ꝯſecrate vere ꝯtinēt corp⁹
xp̄i: ꝛ iſto mō ꝓprie capiť hic. ¶ Rñ. In
altari ē corp⁹ xp̄i verū qđ natū ē de ma/
ria virgine qđ circūciſū octauo die: qđ
crucifixū ē qđ fuit ſepultū. qđ reſurrexit
tertia die: qđ aſcendit ſup oēs celos: qđ
eſt in glīa p̄ris: ꝛ veniet cū eadē iudica/
re viuos ꝛ mortuos. ¶ Notandū ꝙ di/
uina potentia ꝛ bonitas relucet in h ſa/
cramēto alti⁹ ceteris ſacr̄is. Vñ cetera
ſacr̄a excellit ꝛ q̄ſi ꝯſūmatiuū ē oīm alio
rū ſicut charitas oīm ꝟtutū. Primū igitur
hic manifeſtať dei potentia in opis ſin/
gularitate. Cū em̄ panis in xp̄i corpus
verū ꝛ integrū in multis altaribꝫ ꝯuertiť
nullo remanēte cōi ꝛ ſubito h fit: ꝛ hoc
oñdit ſe de⁹ poſſe ſup oēm potētiā opa/
tiuā in ꝯuerſione: qꝛ in ꝯuerſione natu/
rali aliqđ remanet cōe. ſ. materia ꝑma.
vt qñ ex aqua fit vinū. Sup imaginati
uā potentiā in hoc ꝙ idem ē in plurib⁹
locis. Sup intellectiuā in h ꝙ tam ma
gnū ꝛ integrū in tam parua ſpē facit ex/
iſtere nō ꝯtractū. Scđo relucet ibi di/
uina ſapīa in opis ꝯgruitate. Xp̄s eniꝫ
dñs nr̄ ſatis magnū ꝑplm dño acqſierat
ipos in ſuo corꝑe myſtico vniēdo. In h
aūt corꝑe (qđ ē eccl̄ia) ſūt multi ꝛ diuerſi
ſunt viatores ꝛ infirmi: ſūt etiā pctīs q̄ti
dianis circūdati: ꝛ qꝛ ſunt multi in vno
corꝑe: indigēt ꝯnexione: qꝛ viatores idi/
gent refectiōe: ꝛ q̄tidianis pctīs iplicati
indigent oblatiōe: ꝛ hec quidē nō tm̄ in/
teri⁹ fienda erāt ꝑ grām ꝟtutū: ſed exte
rius ꝑ grām ſacroꝝ. Congruū ḡ fuit vt
haberēt exteri⁹ vnū ꝯnectēs: ſic hēbant
vnū interi⁹: ſed illud vnū debuit eē vbi
mēbra: ꝛ ita (cū in multis ſint mēbra lo/
cis) debuit eē: ꝙ ꝯgrueret eē in multis.
ſed h nō ē niſi deus vł deitati vnitum:
ſic aūt ē corpus xp̄i. ḡ corpus xp̄i debuit
dari in ſacr̄o exteriori qđ ē vnū in q̄ oēs
fideles eius vniunť in mādu cādo vnam
ꝛ eandē eſcam haberēt. Cōgruebat etiā
vt haberēt exteri⁹ reficiens in ſacr̄o: ſꝫ
reficiens animā nō eſt niſi deus: vel deo
vnitū: ꝛ hoc ē corpus xp̄i vnica oblatio.
Et ita ꝯgruum fuit: vt corpus xp̄i verū
in ſacr̄o iſto eſſet. Cōgruebat etiā vt ha
berent oblationē exteriorē: ſed domin⁹
vnica oblatione offerēdo ſe oēs alias ob
lationes euacuauerat: ḡ ſi nō debuit re/
ficere qđ deſtruxerat: debuit nobis da/
re illam eandē quā obtulit ꝛ nō aliā: qđ
ē corp⁹ xp̄i oblatū in cruce ita ſacrificať
in altari. Et ex h ptꝫ q̄trum valet ꝙ obi
cit ꝓpter ꝯgruitatē ꝙ hō non humiliať
in h ſacramēto. Dicēdū ꝙ imo: qꝛ in ſig̃
exteriori viſibili ē humiliatio. In h eni
ſup oīa humiliať ꝛ captiuať hoīs intelle
ctus: qꝛ credere ꝯpelliť ꝙ nullaten⁹ pōt
ꝯprehendere. Preter h etiā in h ſacra/
mento ē exemplū totius humilitatis: qꝛ
dñs maieſtatis tā mendico ꝛ pauꝑe pal
lio adhuc in exemplū humilitatꝭ ꝛ pau/
ꝑtatis veſtiť. Tertio apparet diūa boni
tas ſiue clementia in vtilitate. Nā ex h
ꝙ xp̄s ē ibi corꝑalit̃ p̄ns: fidei meritū au
getur dū hoc credit: qđ nullatenus rōne
ꝯgnoſcit: charitatis etiā deuotio inflam
mať qū ſentit dñm p̄ntem in carne. Sicut
em̄ ad p̄ntiā ignis expelliť frigus: ſic ad
p̄ntiā carnis xp̄i expelliť tepor. Vñ Da
maſcenus dicit ꝙ caro xp̄i ē tanq̄ carbo
ignitus. Itē ſpei fiducia ſubleuať: dum
em̄ ipm eundē offert patri qui oblat⁹ ē
in cruce: q̄s ē qui nō ꝯfidat exaudiri

## Secundo queriť. vtrū

corpus xp̄i ſit in altari ſm̄ ſuā naturalē
q̄titatē: an ſit ibi q̄titate abſtractum.
¶ Notandū ꝙ corp⁹ xp̄i capiť ibi ꝓ alte
ra ꝑte ꝯpoſiti: diſtincta realiť ab alia ꝑ/
te. ſ. ab aīa: ſicut dicim⁹ ꝙ corp⁹ xp̄i fuit
in ſepulchro. ¶ Notandū ꝙ duplex eſt
quātitas ꝟtutis ſcꝫ ꝛ molis. Quanti/
tas ꝟtutis ē illa qua vnūquodq̄ ens eſt
perfectū vel ꝑfectione totali ꝛ ſimpliciť
ꝛ ſic ſolus deus eſt perfectus vel perfe/
ctione ꝑtiali ꝛ finita: ꝛ iſto modo omnis

creatura ē perfecta: tamē aliqua magis habet de perfectiōe ꝗ̄ alia: ⁊ de iſta quātitate nō ē hic queſtio. Quātitas autē molis eſt illa ſm quā quanti vł quoti dicimur. Et iſta quantitas hꝫ tres dimenſiones: que ſunt longitudo: latitudo: et ꝓfunditas: ⁊ de iſta quantitate eſt queſtio: videlicet. Utrū corpus xp̄i in altari habeat tātū de longitudine ⁊ latitudine ⁊ ꝓfunditate ꝗ̄tum habuit in cruce: ⁊ ſic nunc habet in celo. ¶ Rñ. Corpus xp̄i eſt in altari ſm ſuā naturalem ꝗ̄titatē: ⁊ nō videt̄ ⁊ ē preſens

## Tertio queritur vtrum

corpus xp̄i ſit ſub ſpeciebꝰ diffinitiue. i. accidentibꝫ viſibilibꝫ. ¶ Notandum ꝙ ſpēs capit̄ multis modis. Primo mō capit̄ pro exteriori ꝯpoſitione ſm quā ꝗs dicit̄ pulcher ⁊ ornatꝰ. pš. Specie tua ⁊ pulchritudine ⁊c̄. Scđo modo ꝓ forma dante eſſe ſpecificū ꝫ formale: ⁊ iſto modo diſtinguitur ꝯ̄ materiā. Tertio modo ꝓ ꝗ̄cūꝗ ſiľitudine rep̄ſentatiua aliquā rē ꝗ eſt ratio cognitiua illius rei. Quarto mō capit̄ ꝓ manerie reꝝ: ſic dr̄ In orto meo ē ſpēs talis herbe. Quīto pro eterna btītudine ꝗ ē viſio dei: vt dr̄ in collecta epiphanie: vſꝗ ad ꝯtēplādā ſpēm tue celſitudīs ꝑducamur. Sexto capit̄ ſpēs vt ē vnū de ꝗnꝗ vłibꝰ. Septimo capit̄ ꝓut ē quoddā accñs ꝑtiñs orationis: ⁊ ſic capiūt grammatici. Octauo capitur pro imagine figurata vel artificiali facta ad ſiľitudinē alteriꝰ. Et oībꝫ iſtis modis nō capitur h̄ ſpēs. Nono capit̄ pro ꝗcunꝗ ſigno viſibili ⁊ ſenſibili diſtincte rep̄ñtatiuo alicuiꝰ rei viſibił: ⁊ h̄ ē ex inſtitutione dīna: ⁊ iſto mō capitur h̄ vt in ſacro altaris ſpēs ſūt: albedo: rotunditas: illa imp̄ſſio imaginis alicuius figure ⁊ ſapor panis ⁊ vini. ¶ Notādū etiā ꝙ aliquid pōt eſſe in loco ꝗ̄druplr̄ Primo mō circūſcriptiue ſiue dimēſiue ⁊ eſt illud qđ ſic ē in loco ꝙ totū locatū eſt ī toto loco: ⁊ pars locati correſpōdet pti loci: ⁊ iſto mō vinū ē in dolio tāꝗ̄ ī loco ſuo. ¶ Correlariū. Deꝰ nō pōt eſſe ī loco circūſcp̄tiue. qꝛ deꝰ nō hꝫ ꝑtē ⁊ ꝑtem. ¶ Scđm correlariū. Angeli nō pñt eē ī loco circūſcp̄tiue nec etiā aīa: qꝛ nō hñt ꝑtem ⁊ ꝑtem. Tertiū. Corpꝰ xp̄i ī ſacro nō eſt in loco circūſcp̄tiue ſic patebit in ſeqñti qōne. Scđo modo aliꝗd pōt eſſe ī loco diffinitiue. i. determīate: qđ. ſ. ē in loco ꝑ realē p̄ñtiā ⁊ exiſtētiā. ſic tñ ꝙ qñ eſt in loco illo de potentia ſua naturali nō pōt eē in alio: ⁊ eſt ī loco indiuiſibilr̄ ⁊ iſto mō corpꝰ xp̄i eſt in ſacro diffinitiue: qꝛ de ſua ꝓpa natura nō p̄t eſſe in pluribꝫ: ſed ſolū ꝑ potētiā diuinā tñ proprie loqñdo nō ſic capit̄ diffinitiue ī preſenti qōne. Tertio mō aliꝗd dr̄ eſſe in loco īmenſiue: qđ ex ſua īmenſitate ſeu illīmitatione ad locū neceſſario ⁊ dē ſua natura eſt in ꝗlibet loco. ¶ Correlariū. Solus deꝰ ē in loco īmenſiue. Quarto mō aliꝗd dr̄ eſſe in loco ſacrālir̄ qđ eſt in illo loco ꝑ realē p̄ñtiā ⁊ exiſtētiā tāꝗ̄ ſb̄ ſigno viſibili rep̄ñtante ipm̄ ex inſtōne diuina: ⁊ iſto modo corpus xp̄i eſt in ſacramēto altaris: hoc eſt ſub illis ſpeciebus: ⁊ poteſt eſſe in pluribus locis ſacramentaliter. ¶ Ad queſtionem reſpondetur (ſicut dicit Innocentius) Quēadmodum dei filius ſm diuinitatē habet triplicem modū eſſendi: videlicet ī omnibus ꝑ eſſentiā: in iuſtis per gratiā: in xp̄o per vnionem: ſic corpus xp̄i localir̄ eſt in celo: perſonaliter ī verbo: ſacramētaliter in altari. Et h̄ tertio mō dicit̄ ipm̄ reperiri in pluribus locis: ⁊ poteſt eſſe: quia plures ſunt ſpecies ꝯtinentes. Sꝫ ſm Scotū ratio quare poteſt eſſe ī pluribꝫ locis: ē dei voluntas ſimpliciter. Et ſic pꝫ reſponſio ad qōnem ꝙ corpꝰ xp̄i nō ē ſub ſpeciebꝫ diffinitiue. i. determiate capiendo eſſe ī loco diffinitiue ſtricte ꝓ illo qđ eſt determinate in aliꝗ loco; ſic ꝙ non eſt in alijs locis: ſed notum eſt ꝙ

corpꝰ xpi ē in plꝰib⁹ locis ſacramētaliter.

Decio querit' per que opera contingat ſatiſfacere. ¶ Notādū ꝙ tria ſunt per que debemus ſatiſfacere ſcꝫ per oratiōē ieiunium ꝛ elemoſynaꝫ. ¶ Notandum etiā ꝙ ieiuniū capit' duobus modis. Primo modo ieiuniuꝫ dicit'. quoddā inteſtinuꝫ tenue in quo nihil recipitur: ſed eſt ſemper vacuū: ꝛ de iſto nō eſt queſtio. Scd'o modo ieiuniū dicitur abſtinētia a cibis vel viciis. Et iſtud eſt duplex. Quoddā eſt ſpūale ꝛ illd' eſt abſtinētia a quolibet pctō mortali: ꝛ de iſto ieiunio quilibet viatoꝛ tenetur ieiunare ad ſemper ꝛ pꝛo ſemper. Et iſtud ieiunium eſt neceſſariū ad ſaluteꝫ. In iſta parua deſcriptione ſunt due particule. Prima eſt abſtinētia: et ponitur loco generis. Secunda particula a quolibet peccato mortali. Ex quo ſequit' ꝙ quilibet viatoꝛ tenetur ſemper ieiunare iſto ieiunio: vt dictū eſt: ꝛ iſtud eſt pꝛincipale ieiuniū: ꝛ de iſto ieiunio nō eſt hec queſtio. Aliud eſt ieiunium coꝛpoꝛale et ſic diffinitur a dioniſio. Jeiunium eſt parſymonia victus abſtinentiaqꝫ ciboꝝ. In qua due ponūtur particule: ſed ſecūda exponit pꝛimam. Et iſtud ieiuniū coꝛpoꝛale non eſt neceſſarium ad ſalutem nec obligat ad ſemper nec pꝛo ſemꝑ. Unde poſſibile ē ꝙ hō nūqꝫ ieiunet coꝛꝑaliter ſeu ieiunio coꝛꝑali: tn̄ nō eſt trāſgreſſoꝛ pcepti eccl'ie pꝫ qꝛ non tenet' ad ſp. Scd'o qꝛ poſſibile eſt aliquē eſſe conſtitutū in tali neceſſitate coꝛꝑali vel ex infirmitate ꝙ non poterit ieiunare: ꝛ lex diuina nō obligat ad impoſſibile. Et de iſto ieiunio coꝛpoꝛali eſt hic queſtio. Notādū igitur ꝙ triplex eſt ieiunium coꝛpoꝛale. Quoddam eſt ieiunium nature: ꝛ eſt quādo aliquis eſt ieiunus: qꝛ illa die non comedit: eſt autē iſtud ieiuniū neceſſariū volenti celebꝛare. Aliud eſt ieiuniū virtutis: ꝛ ē actus abſtinentie virtutis regulatus ſm̄ dictamē recte rationis: vt ille qui ſobꝛie comedit: ꝛ de iſtis nō ē queſtio. Tertiuꝫ eſt ieiuniū eccl'ie: qd' inſtitutuꝫ eſt ad macerandum carnem pꝛo peccatis: ꝛ eſt afflictio carnis ſm guſtuꝫ et de iſto eſt hic queſtio. ¶ Notanduꝫ inſuper ꝙ triplex eſt oratio ſcilꝫ logica rhetoꝛica ꝛ de iſtis nō eſt q̄ſtio. Tertia vero eſt oratio theologicalis ꝛ ſm theologos eſt pi⁹ ꝛ humilis affectus mentis in deū directus. Ibi affectus ponitur loco generꝭ: qꝛ pꝛopꝛie oratio ſtat in affectione. Dicitur pius. Unde ille pie orat qui deuꝫ perfecte diligit. Mentis ibi tangitur ſubiectum: ꝛ dicitur mens ab emineo: es. Unde oratio ſtat in pte intellectuali ꝛ nō ſenſitiua In deum directus: ibi tangitur obiectū ſcilicet deus. Pꝛo tertio termino (qui eſt elemoſynam) ¶ Notanduꝫ ꝙ triplex eſt elemoſyna ſcilicet in coꝛde: i oꝛe: ꝛ in opere. Elemoſyna in coꝛde eſt miſericoꝛdia in coꝛde compatiendo pꝛoximo: et dicitur ab elemon quod eſt miſericoꝛdia: et ſina: quod eſt mandatum: quaſi mandatum miſericoꝛdie. Sꝫ elemoſyna in oꝛe eſt ad conſolandum verbis pꝛoximum. Elemoſyna vero in opere fit ſubueniendo pꝛoximo in neceſſitate. Et ſic diffinitur eſt opus quo datur quid indigēti ꝑ compaſſionem ꝛ pꝛopter deum. Une elemoſyna poteſt fieri triplici bono fine. Uno mō ex naturali pietate: ꝛ iſta ē in aīalibus bꝛutis: ꝛ iſte finis ē bonus. Secūdo mō ex iuſticie virtute: qꝛ iuſtū ē ſubuenire populo chꝛiſtiano: et iſte finis eſt melioꝛ. Tertio mō poteſt fieri ex amoꝛe dei ꝛ iſte finis eſt optimus. Finaliter ſci

endū ꝙ duplex ē elemoſyna. quedā ē elemoſyna corpal: ⁊ eſt ſeptuplex. Unde verſus Viſito poto: cibo: redimo: colligo: veſtio cōdo: Viſito ſcȝ infirmos: poto ſitiētes: cibo eſuriētes: redimo incarceratos: colligo errantes: veſtio nudos: et condo: id eſt ſepelio mortuos. Alia eſt elemoſyna ſpiritualis: ⁊ illa ſimiliter eſt ſeptuplex Unde verſus. Conſule caſtiga: ſolare: remitte: fer: ora: et hijs additur compaſſio. Conſule: id eſt doce ignorantem: caſtiga delinquenteȝ: ſolare: id eſt conſolare triſtem: remitte delinqnentibus in te: fer id eſt porta infirmitates alioruȝ: ora pro proximo. ¶ Reſponſio ad queſtionem. Contingit ſatiſfacere per ieiuniuȝ orationem ⁊ elemoſynaȝ: ⁊ omnes alij boni actus reducuntur ad iſtos tres. Ubi prime epiſtole Johannis ſecūdo. Omne quod eſt in mundo aut eſt concupiſcētia carnis: ꝯ quā eſt ieiuniū: aut eſt concupiſcētia oculoꝝ ſcȝ auaricia ꝯtra quā eſt elemoſyna: aut eſt ſuperbia vite contra quam eſt oratio.

## Undecimo queritur de

quibus debet fieri elemoſyna. ¶ Dicendum ꝙ debet fieri de bonis proprijs: iuſte acquiſitis et neceſſarijs: ſupple ſm cōmunem vſum viuendi. Unde ſm Scotum Nullus poteſt dare pecuniam fratribus minoribus. ¶ Correlarium Fratres minores non poſſunt facere elemoſynam: quia nihil habent proprium.

¶ Secundum correlarium Alcatores et vſurarij nō poſſunt facere elemoſynā de male acquiſitis: ſed potius tenentur reddere ꝙ̄ dare.

## Duodecimo queritur.

Utrum ieiunio contingat ſatiſfacere.

¶ Reſponſio Jeiuniuȝ eſt opus ſatiſfactorium: ſm ꝙ ipſe dominus dicit Mathei. xvij. Hoc genus demoniorum non eijcietur niſi in oratione ⁊ ieiunio. ¶ Notandum ꝙ ieiunium valet ad quattuor. Primo vt corpus ſpiritui non repugnet contumaciter. Prouerbiorū. xxix. Qui delicate a puericia nutrit ſeruum ſuum ſentiet illum contumacem ſeruum: id eſt corpus. Secundo valet vt corpus ſpiritui: totaliter ſubijciatur. Prime corintheorum nono. Caſtigo corpus meum: et in ſeruitutem redigo ⁊c̄. Tertio valet vt corpus non crucief eternaliter Eccl. ſecundo. Eſt qui multa redimat modico precio: ⁊ Ezechielis quarto. Diem ꝓ anno dedi tibi. Quarto vt corpus glorificetur eternaliter: ſecunde corintheorum quarto. Id enim quod in preſenti eſt momentaneum et leue tribulationis noſtre ſupra moduȝ in ſublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis.

## Tredecimo queritur.

Utrum contingat ſatiſfacere oratione. Et cum duplex ſit oratio ſcilicȝ vocalis et mentalis queritur que magis ſit ſatiſfactoria. ¶ Notandum ꝙ triplex eſt oratio: quedam eſt pure mentalis: quādo labia non mouētur ſed cor ad deum loquitur. Alia eſt pure vocalis et eſt quando hō nihil cogitat: nec in gnāli nec in ſpāli ita ꝙ nō referat ad ſenſum ꝟboꝝ vł ad finē intētioneȝ: ſed cū orat fabricat caſtra et ſic mentalis excedit ſimpliciter vocalem ⁊ paruȝ valet. Alia eſt mixta in qua ſcilicet orat mentaliter et vocaliter: ⁊ de iſta eſt diſtinguendum: quia aut verba illa impediunt affectum: quia ſcilicet ſic inflammatus eſt ꝙ verba impediunt affectum cordis: tunc oratio mentalis eſt melior ⁊ vtilior. Si autem verba vniantur: ita ꝙ nō impediāt: tūc vtilior eſt vocalis: et multi ſunt tales: ⁊ maxime illi q̄ nō ſunt ſpirituales: ad quoꝝ affect⁹ ꝓuocādos inſtitute ſunt vocales orōnes. Si q̄raſ q̄ oratio ſit ſatiſfactoria. ¶ Rn̄ſio Credo ꝙ oīs orō ſit ſatiſfactoria. q2 nulla eſt in q̄ nō laborēt vires aīales: ⁊ quā

tum delectat̃ ſpūs tm̄ caro frequēter ta/
beſcit. Firmiter aūt teneo ꝙ illa inter ce
teras eſt ſatiſfactoria: in qua accēdit hō
ad gemitum Grego. Amores in cōpun/
ctione gemitus: nō ornata verba reſona
re. Mathi. vi. Orantes nolite multum
loqui: ſicut ethnici faciunt. ¶ Regula
Omnis oratio vocalis reqrit orationē
mentalē: ſed nō econuerſo apud deū eīm
nō eſt agendum verbis: ſ; affectibus.

## Ultimo queritur. Utrū

reſtitutio ſit ps ſatiſfactionis. ¶ Notā/
dum ꝙ reſtitutio eſt redditio alicui⁹ rei
bone ⁊ vtilis: que fuit iniuſte ablata vel
iniuſte detenta. ¶ Rñſio Reſtitutio nō
eſt pars ſatiſfactiōis: ſed fundamentum
Pro quo ſciendū ꝙ quedā requiruntur
ad penitētiā ſiue ſatiſfactiōem vt funda
menta ⁊ talia ſunt pctī dimiſſio: ⁊ aliene
rei reſtitutio. Et iſta reſtitutio non pōt
imponi a ſacerdote pro pnīa ⁊ ſatiſfacti
one: qꝛ iam obligat̃ ex lege diuina. Que
dam requirūtur vt expedientia: vt vita
re prauam ſocietatē. Quedā vt ſatiſfa/
ctoria: vt ieiuniū et elemoſyna. Alia ſūt
perficientia: vt ſunt opa ſupererogatio/
nis. Et iſta non ſunt neceſſaria Luce. x.
Quodcūq; ſupererogaueris reddam ti
bi. Ex quo ſequitur ꝙ non ſunt neceſſa/
ria niſi de congruo.

## Circa diſtinctio/

nem ſedecimā queritur de
cōtritione: ⁊ primo ꝗtū ad
quidditatem. Uñ mgrī di/
cunt ꝙ cōtritio eſt dolor voluntarie pro
pctīs aſſumptus. Scotus dicit Contri
tio eſt deteſtatio ſeu diſplicentia pctōꝝ
a ſe cōmiſſoꝝ: libere elicita a volūtate ad
placandā diuinā offenſam. ¶ Ad qōnē
rſpōdet̃ ꝙ ſicut pctm̄ perpetrat̃ per cō/
ſenſum ſic econtra delet̃ ⁊ deſtruitur per
diſſenſum voluntatis rationalis. Et qꝛ
diſſenſus ab ea re quā impoſſibile eſt nō
eſſe generat dolorem ſicut dicit Augu/
ſtinus. Ideo dicendum ꝙ ɔtritio eſt do
lor per eſſentiam. Sed attēdendum ꝙ
dolor dicitur dupliciter. Uno modo eſt
ipſe diſſenſus voluntatis. Alio modo eſt
paſſio reſultans ex illo diſſenſu: per quē
prorumpit homo in lachrymas: ⁊ ille diſ/
ſenſus eſt de eſſentia cōtritionis: ſed illa
paſſio eſt effectus eius. Notandum etiā
ꝙ aliquis poteſt habere diſplicentiā de
peccato a ſe cōmiſſo dupl̄r. Uno modo
ipſo exiſtente adhuc in peccato et vocat̃
attritio: ⁊ eſt actus informis: qꝛ nō fit in
gratia licet ſit bonus: qꝛ eſt neceſſari⁹ ad
ſalutem. Alio modo aliquis poteſt ha/
bere diſplicentiam ipſo exiſtente in gra/
tia: ſcilicet poſt confeſſionem: ⁊ vocatur
contritio. Demum notandum ꝙ ad ve/
ram contritionem quattuor requirun/
tur. Primo requiritur diſplicētia de pec
catis a ſe commiſſis. Secūdo dolor qui
concomitatur illam diſplicentiā. Ter/
tio pudor de peccatis non de confitēdo
ipſa peccata. Quarto ſequitur gaudiū
de contritione quam habet.

## Secūdo queritur. vtrū

ɔtritio ſit in genere moris: id ē ſit actus
virtutꝭ. ¶ Reſpōſio Cōtritio eſt actus
virtutis moralis ſcilicet iuſticie: quia ptī
net iuſticie deteſtare peccatum: ⁊ eſt mo/
tus ſpecialis virtutis ſc; patientie.

## Tercio queritur de con

tritione quo ad quātitatem. Utrum ne
ceſſe ſit dolorem contritionis eſſe maxi/
mum. ¶ Notandum ꝙ dolor poteſt dici
dupliciter maximus: et ſic dicendum eſt
de omni ſuperlatiuo. Uno modo poſiti
ue: affirmatiue: ⁊ tūc eſt ſenſus dolor cō/
tritionis eſt magnus et omni alio maior
Alio modo negatiue: ⁊ ē ſenſus. Dolor
contritionis eſt magnus et nullus eſt eo
maior. ¶ Rñſio ad queſtionē Dolor po
teſt dici diſplicentia de pctō: ⁊ eſt diſſen/
ſus voluntatis. Uel poteſt dici paſſio ex
hoc reſultans ꝙ quā ꝓrūpit hō ad lachri

mas. Si ꝗ accipiaꝛ dolor hoc ſcḋo modo. Dicendū ē ꝙ nō ē neceſſe magis dolere de pctō ꝙ̄ de damno tpali: nec etiaꝫ neceſſe ē dolere: qꝛ nō ē in ptāte cuiuſlibet: tamen ꝙ aliquis magis doleat de pctō ꝙ̄ de aliquo damno: ē perfectionis ⁊ ꝯgruū: non tamen neceſſariuꝫ. Si autē dolor accipiaꝛ pmo mō ſcꝫ ꝓ diſſenſu voluntatis. Dicendū ē ꝙ ſicut habens charitatē debet diligere ſup omia. ſ. ꝙ ꝓ nullo dāno vel cōmodo velit offendere deū: ſic intelligendū ē de diſplicentia cōtritionis: qꝛ ſic debet hō deteſtari pctm̄ cōmiſſum ꝙ ꝓ nulla re mundi debuiſſet illud cōmiſiſſe.

## Quarto queriꝛ. Utrū

poſſibile ſit in dolore cōtritionis cadere exceſſum. i. ꝙ cōtritio ſit nimia. ¶ Reſolutio ſtat in trib' dictis ⁊ i vna diſtinctione que talis ē. Contritio capiꝛ dupliciter. Uno modo vt ē dolor, put ē diſplicentia volūtatis rōnalis. Alio modo vt ē dolor ⁊ paſſio redūdans inſenſualitatem. ¶ Primuꝫ dictū. Contritio put eſt diſplicentia de pctō cōmiſſo pōt eſſe nimia: quia ſicut nemo pt nimis amare deū: ita nemi pōt nimis diſplicere pctm̄ qꝛ ē ꝯtra deū. ¶ Scḋm dictū. Cōtritio vt ē paſſio redundans in ſenſualitatem: vix aut nunꝙ̄ ē nimia. ¶ Tertiū dictuꝫ Poſſet eſſe tantus dolor in pte ſenſitiua ꝙ nemo poſſet ſufferre niſi abbreuiando vitā ſuā.

## Quinto queritur Utrū

cōtritio ſit mot' inſtantane' vel ſucceſſiuus. ¶ Rn̄ſio. Poſſum' loqui de cōtritione tripl'r. ſcꝫ quantū ad durationem ꝗ̄tū adeſſe: ⁊ ꝗ̄tū ad ſuū fieri. Tunc dr ꝙ ꝯtritio ꝗ̄tum ad durationē ē ſucceſſiua. Unde ꝗ̄diu hō viuit ſemp debet cōtritionē querere ⁊ habere de pctis (ſi recordatur ſaltem) ꝗ̄tum ad ſuum fieri. Quandocunꝗ enim habet recordationem de pctis ꝯmiſſis debet habere ꝯtritionē ⁊ dolere de illis. Contritio autem ꝗ̄tum ad ſuum eſſe ē ſubſtātanea: quia ꝯtritio ē actus ꝑmanens.

## Sexto queritur vtrum

homo debeat ſemp conteri ¶ Rn̄detur ꝙ (ſicut dicit Hugo) Cum deus abſoluit hominē a culpa: ligat eū vinculo perpetue deteſtatiōis: teneꝛ eīn ſemp malū quod fecit deteſtari. Sed qꝛ deteſtatio talis eſt pcepti affirmatiui quod ſemp obligat ſed nō ad ſemp. Ideo dico ꝙ tenetur cōteri ſed nō ad ſemp: ſed ꝓ loco ⁊ tpe: vicꝫ cum recogitat pctā ſua in quibus offendit deū.

## Septio queritur. vtrū

cōtritio poſſit intendi ¶ Notandum ꝙ intentio poteſt capi quinꝗ modis: ſicut prolixe dictū ē diſtinctiōe ſexta. queſtione. xiiij. tertij hui'. Sed hic capiꝛ intentio pro omni mutatiōe augmētatiua: vł ꝑfectiua ⁊ intenſiua: ſm quā aliqua forma ꝑficiꝛ: ſuſcipiendo plures grad': vt calor in igne diciꝛ augmentari ⁊ minui. ¶ Reſponſio. Contritio poteſt intendi. Unde ſicut certum eſt charitatē augeri: ita ⁊ penitentiā: ac per hoc contritionem augeri ⁊ intendi.

## Octauo queriꝛ Utrū

per contritionē plus vel intenſius oporteat cōteri de vno pctō ꝙ̄ de alio ¶ Reſpondetur ꝙ de contritione poſſum' loqui dupliciter. Uno modo vt eſt deletiua culpe. Alio modo vt ē deletiua pene. Si loquamur de contritione vt eſt deletiua culpe: ſic operatur in inſtanti cōtra omne pctm̄ cōmiſſum: ſed in actu nō poteſt habere ordinem reſpectu ſpecialiuꝫ pctōꝝ: igitur contritio ꝗ̄tum ad deletionem culpe non intenditur plus vel minus. Si autem loquamur de contritione vt eſt deletiua pene: tunc oportet conteri per contritionem plus vel intenſius ſm qḋ peccatū ē magnum vel ꝑuū.

## Nono queritur Utrũ
ſit neceſſe penitere ⁊ dolere pro originali pctõ. Rñſio. De originali pctõ poſſumus loqui dupl'r. ſcʒ ꝯmuniter ⁊ ſpẽaliter. Si cõmuniter vt ẽ in omnibus. ſic ad eius deletionẽ nõ requiritur aliquis actus ex parte illius in quo eſt vt ptʒ in puulis. Si autẽ loquamur ſpẽalit' quãtum ad adultos: hoc poteſt eẽ dupliciť aut tales adulti ſe habere neſciũt: ⁊ tũc nõ oportet ꝙ aliquis actus deteſtatiõis interueniat nec teneñť penitere. Aut tales adulti ſciunt ſe habere pctm̃ originale: tunc ꝯgruum ẽ ꝙ ſibi diſpliceat: quia eſt ꝯ deũ: tamẽ nõ ẽ neceſſariũ penitere.

## Decimo queritur vtrũ
adultũ accedentẽ ad baptiſmũ cũ actuali (ſicut patet de iudeo exiſtẽte in pctõ mortali accedente ad baptiſmũ) neceſſe ſit ante ſacramentũ penitentie accipere ꝗ̃ baptiſmi. ¶ Rñſio. Penitentia capiť dupliciter vno modo vt ẽ virtus cuius actus ẽ cõtritio: ⁊ tunc neceſſe ẽ ꝙ precedat baptiſmũ in adulto qui habʒ actuale pctm̃. Nemo enim inchoare põt nouam vitã niſi eũ peniteat veteris vite. Alio modo capiť penitentia vt ẽ ſacramentũ ſm qd' homo ꝯfitetur vt recipiat abſolutionẽ: tunc non ẽ neceſſe p̃cedere ſed de ꝯgruo poteſt. Fit enim ꝯfeſſio ſacerdoti propter tria. Primo vt homo erubeſcat. Secũdo vt pctã ſua recognoſcat. Tertio vt de coꝝ remiſſione deo ĩgratus non exiſtat: ⁊ ꝗ̃tum ad hoc congruum ẽ ſed non neceſſe: nec debet ſequi abſolutio nec ligatio: q2 oĩno abſoluiť in baptiſmo. igitur penitentia ꝗ̃tuʒ ad ꝯtritionẽ precedit neceſſario: ꝗ̃tũ ad cõfeſſionẽ: de ꝯgruo ⁊ quãtum ad abſolutionẽ ⁊ ſatiſfactionẽ neutro modo.

## Undecĩo queriť de penitencia
poſt baptiſmũ. Utrũ de mortalibus per ignorantiaʒ ꝯmiſſis neceſſe ſit penitere. ¶ Rñdetur ꝙ penitere de aliquo eſt dupliciter ſcʒ in generali ⁊ in ſpeciali. In generali quãdo homo dolet generaliter de omni offenſa dei quã ſibi fecit. In ſpeciali autẽ quando dolet de hac vel illa. Dicendũ ẽ ergo ꝙ de pctis ꝯmiſſis ꝑ ignorantiã debet penitere ĩ generali ⁊ dicere cũ propheta. Delicta iuuentutis mee ⁊ ignorantias meas. ⁊c̃. In ſpeciali vero nõ teneť penitere ſʒ tenetur facere qd' in ſe eſt vt ſciat ⁊ peccata recognoſcat. Cõmittũť enim pctã dupliciter. Uno modo per ignorantiã iuris: ⁊ tunc cognito iure ſcit hõ ſe peccaſſe vt puta qui fornicat' ẽ: ignorans illud eſſe pctm̃ tũc debet penitere poſtea. Secũdo mõ ꝯmittunť pctã per ignorantiã facti: diligentia debita non adhibita. et tunc quãdo cognoſcuntur domino reuelante debet penitere: vt ſi hõ proijciẽdo lapidem: ipo neſciente occideret hominem: tunc ex quo nõ facit prius diligentiã reſpiciendi ante proiectionẽ lapidis teneť orare: vt dñs reuelet ⁊ parcat ei.

## Duodecimo queritur.
Utrũ de pctis ſcienť ꝯmiſſis ⁊ poſtmodum oblitis teneať homo cõteri an poſſit de talibus ſine penitentia ſaluari. ¶ Rñdetur ꝙ oblitus: aut ẽ oblit' omnino ita ꝙ nõ recordatur nec in generali nec in ſpeciali: aut oblitus eſt tm̃ in ſpeciali ſed tamen in generali recordatur. Si oblitus eſt in ſpeciali ſolum vt quãdo ſcit bene ſe ꝯmiſiſſe aliquod pctm in tali tempore: ſed tamen non poteſt bene diſcernere quale fuit: tunc tenetur in generali de negligentia ſua. Si autem ſit oblitus in generali ⁊ ĩ ſpeciali: adhuc tenetur penitere: quia debet hõ probabiliter credere ꝙ in multis offendit quoꝝ nõ recordatur: et ſic ex illa eſtimatione doleat: ſicut ſi certus eſſet tamen debet in omnibus iſtis adhiberi diligentia.

## Tredecimo queritur.

de penitentia venialium. Utrū veniale poſſit fieri mortale. ¶ Notādū ꝙ pctm̄ veniale ſic pōt diffiniri. Pctm̄ veniale ē aliqđ factum dictum vl' ꝯcupitum contra monitionē diuinā: cui correſpondet ſm leges ſapientie diuine punitio ſoluꝫ temporalis pene. ibi ꝯtra monitionē diuinam ponif ad differentiā pcti mortalis qđ ē ꝯtra legem dei. ¶ Ad queſtionē rn̄ſio. Triplex ē genus pcti venialis. Quoddā enim ē ex ſurreptione: ꝛ ideo veniale: quia vitari nō poteſt tunc: tamē multi ſunt doctores moderni dicentes ꝙ primi motus nō ſunt pctā venialia ſꝫ homo in hoc meref reſiſtendo Aliud eſt ex cogitatione ſine cōſenſu: ꝛ iō veniale: quia nō plene ꝯſentit hō in cogitatione Tertium ē veniale cum ratione ꝛ cum ꝯſenſu: ſed tamen ideo ē veniale. qꝛ non eſt deordinatio ꝯtra preceptū diuinum vt mendacium iocoſum: ꝛ ebrietas. Cū igitur queritur: vtrū veniale fiat mortale: ſi intelligat ꝙ hec culpa ꝑ eſſentiam fiat illa nulla eſt queſtio: qꝛ hoc eſt impoſſibile. Si autē intelligat ꝙ illud qđ alias erat veniale poſſit fieri mortale, vt mendaciū iocoſum ꝛ ebrietas. Dico ꝙ quoddā fit mortale ꝛ quoddam non fit mortale. Primū igitur veniale qđ committif preter rationem nunꝗ̄ fit ſeu eſt mortale pctm̄. Sed ſecundo modo veniale ꝑ delectationem citra ꝯſenſum fit mortale per ꝯſenſum: ꝛ ita per complacentiam ſm ꝙ placitum dicitur ꝯſenſus vt ſi aliquis cogitans đ aliqua muliere habeat ꝯplacentiā ꝛ aduertat: tunc illa delectatio deliberata pōt eſſe mortalis. Tertiū veniale qđ ē per delectationem citra deum qđ fit cū ꝯſenſu poteſt fieri mortale per libidinē magnā ſicut mendacium iocoſum: vt ſi aliquis eēt aſſuefactus cū libidine ꝛ delectatione dicere mendacia iocoſa. Auguſtin⁹. Plura venialia obruūt: nō ꝑ ſe ſed qꝛ diſponunt ad libidinē nō diſpoſitione neceſſitatis: ſed pꝛnitatis.

# Quartodecimo queritur de penitentia venialiū ꝗ̄tū ad neceſſitatē remedij. vtrū teneaf quis penitere de venialib⁹. ¶ Rn̄def ꝙ (ſicut tactū eſt) tria ſunt gn̄a venialia. Quedā ſūt ex ſurreptione ꝛ de his nō tenemur penitere niſi de ꝯgruo. Quedā ſunt ex cogitatiōe ſine ꝯſenſu quibus ſi ꝯſentiaf incidit homo in mortale ꝛ đ talib⁹ tenetur homo penitere nō ſimplicif ſed in caſu ſiue ꝓ loco ꝛ tempore qn̄ recogitat ea ne ſi ꝯſentiat cadat. Quedā aūt ſūt venialia que ꝑ ſui multitudinē augent libidinem: ſicut illa in quibus eſt ꝯſenſus: ſed deordinatio infra deū: ꝛ nō ꝯtra deum ſicut mendacia iocoſa: ꝛ de talibuſ tenef hō penitere ne multiplicenf ꝛ hō ꝑiculo ꝛ diſcrimini ſe cōmendet. Sciēdū autē ꝙ penitere nō capif hic ꝓ ꝯfiteri

# CIrca diſtinctione decimāſeptimā ꝗ̄rif primo Utrū ad iuſtificatoꝫ impij ſit neceſſaria infuſio gratie ¶ Notandū ꝙ iuſtificatio pōt capi tripliciter, Uno mō idē ē ꝙ ad grām ꝓparatio: ſic qn̄ aliquis habet attritionē de pctis ſuis: ꝛ iſto mō non intelligif ꝗ̄ſtio. Alio mō capif iuſtificatio vt ē grē infuſio. Tertio mō pōt capi iuſtificatio vt ē in iuſticia exercitatio: ſic dicim⁹ ꝙ iuſt⁹ ex fide viuit ¶ Rn̄. Ad iuſtificatoꝫ ipij ē neceſſaria grē infuſio: qꝛ ſic de⁹ de ſua mīa ꝛ bonitate decreuit ꝙ qn̄ iuſtificat impiū etiam dat grām: Ad Roma. iij. Juſtificati ꝑ grām ipius

# Secundo querif. vtrū ad iuſtificationē ſit neceſſari⁹ mot⁹ liberi arbitrij. ¶ Notādū ꝙ liberꝫ arbitriuꝫ noīat duo inꝗ̄tū liberꝫ noīat volūtateꝫ inꝗ̄tū aūt arbitriū noīat intellectum. ¶ Rn̄ſio. Sicut iuſtificatio nō ē niſi volentis: ſic etiaꝫ eam deus nō dat niſi volenti: dum ſit in ſtatu tali ꝙ conſentire

⁊ diſſentire poſſit: ideo ad ſuſceptionem iuſtificationis in adulto requirif motuſ liberi arbitrij ſm quē cōſentit grā. Un/de Bern̄. de libero arbitrio. Opus ſa/lutis duo requirit. ſ. deū dantē: ⁊ liberū arbitriū recipiens ⁊ conſentiens. Augu ſtinus. Qui creauit te ſine te: nō ſalua/bit te ſine te. ſeu nō iuſtificabit te ſine te ¶ Notandū ꝙ prim⁹ motus per quē cō ſentit homo gratie eſt motus fidei. Ad Roma. v. Juſtificati ꝑ fidē glosa. id ē motu liberi arbitrij qui ē ex fide. Ideo dicif Actuū. xv. Fide purificante corda quia motus fidei primo requirif ad pu rificationē.

## Tertio queritur. vtrū

ad iuſtificationē neceſſaria ſit cōtritio. ¶ Rn̄ſio. Loquendo de iuſtificatiōe. ꝑ/ ut eſt infuſio grē req̄runf q̄ttuor ad iu/ ſtificatōꝫ duo a deo. ſ. expulſio culpe: et infuſio grē: ⁊ duo a nob. ſ. liberi arbitrij cōmotio ⁊ pcti ꝑ ꝯtritionem deteſtatio. Pſ. Cōmouiſti terrā ⁊ conturbaſti eaꝫ ſana cōtritiones q: cōmota ē. Cōmoui/ ſti terrā: ibi tangitur motus liberi arbi/ trij: quando homo cognoſcit ſe peccaſſe ⁊ per motum fidei credit ꝙ deus pōt ei indulgere: cōturbaſti eā: ibi tangitur de teſtatio pcti per cōtritionē. Sana cōtri tiones: ibi tangitur expulſio pcti q̄ fit a deo. quia cōmota: ibi tangif infuſio gra tie: q: ꝑ infuſionē gratiē homo ponif in pace ⁊ quiete ⁊ remouef cōmotio.

## Quarto querif Utruꝫ

ad iuſtificationē neceſſaria ſit confeſſio. ¶ Notandum ꝙ duplex ē cōfeſſio. ſ. lau dis ⁊ fraudis. Cōfeſſio laudis eſt q̄dam gloria ⁊ iubilatio per quā magnificatur ⁊ benedicitur deus cum omni gratiarū actione omnimoda. Pſalmiſta. Confi/ temini domino quoniā bonus. Confite bor tibi domine in toto corde meo: ⁊ de. iſta confeſſione non eſt queſtio Cōfeſſio autē fraudis ſic poteſt deſcribi. Eſt ſe/ creta manifeſtatio pctōꝝ actualium a ſe cōmiſſoꝝ vocaliter facta ſacerdoti iuriſdictionem habenti: ⁊ hoc propter veniam ⁊ abſolutionem obtinendam. ¶ Notandū ꝙ confeſſio diuidif in voca lem: mentalem: ⁊ cerimonialē. Cōfeſſio vocalis prius eſt deſcripta. Cōfeſſio mē talis eſt quedam poſtulatio qua aliquiſ poſtulat veniā de pctis ſuis. Confeſſio vero cerimonialis eſt qua aliquis confi tetur ſe peccaſſe offerendo aliquod ſacri ficium ſicut fiebat in lege moſayca. ¶ Ad q̄ōnem reſpondef ꝙ ſi iuſtificatio dicatur gratie infuſio non eſt neceſſaria cōfeſſio. Unde iſta quattuor ſoluꝫ ſunt neceſſaria ſcꝫ gratie infuſio: liberi arbi/ trij motio: pcti expulſio: ⁊ cordis contri/ tio. ſm enim rectum ordinē (ſicut pate/ bit) Cōfeſſio ſequif tpe ⁊ natura cōtri/ tionē. Cum ergo ipā ꝯtritio nō ſit ſine iuſtificatione nec ecōuerſo: ſequif ꝙ ſine ꝯfeſſione iuſtificatio eſſe nō poteſt. Pſ. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtici am meam domino. i. diſpoſui confiteri pctm̄ meum. Caſſiodorus. Magna pie tas dei ꝙ ad ſolam promiſſionē pctm̄ di mittit. Auguſtinus ſuper illud idē: Lu/ ce clarius ꝯſtat cordis ꝯtritione nō oris ꝯfeſſione pctā dimitti. Tamen notan/ dum ꝙ ꝯfeſſio eſt neceſſaria in facto vel in voto: quia requiritur ꝙ tempore ⁊ lo/ co penitens intendat confiteri.

## Quinto querif Utruꝫ

infuſio grē neceſſario p̄cedat expulſionē culpe. ¶ Notandū ꝙ infuſio grē poteſt capi duob modis. Uno mō ꝑ ꝑductōe grē q̄ ē creatio: q: ē de nō eē ad eſſe. ⁊ iſto mō ꝑprie capif h ſm Bonauentu. Alio mō capif ꝑ nō eē, vnito ad eſſe vnitum ⁊ idē ē ꝙ gratificatio. ſ. q̄n grā infūditur in anima. ⁊ ſm aliquos intelligif q̄ſtio ſic. ¶ Un̄ notandū ꝙ i eodē inſtāti crea tur grā ⁊ infunditur in anima. Et ideo q̄ſtio nō intelligitur de prioritate tpis nec ꝑfectiōis ſed de prioritate nature.

¶ Rñſio. Deus expellit pctm̄ p gratiā ſic ſol per radios tenebras. Sic dicitur Actuū. xv. Fide purificās zc. z h̄ ſupra monſtratū ē. ¶ Ideo cū cā p̄cedat effectū infuſio gr̄e naturalit̄ prior ē expulſione pcti. Ambroſius. Quēadmodū intrās animā ſapientis diſciplina; ipꝛudentia; tollit: ita pfecta virtus iniquitatē.

## Sexto querit̄. vtrum

expulſio culpe neceſſario p̄cedat ꝯtriti/ onē. ¶ Rñdetur ꝙ (ſicut ſupra dictū ē) cōtritio neceſſaria ē in ipius gr̄e infuſio/ nem. Unde z ꝯtritio p̄cedit pcti expul/ ſionem natura.

## Septio queritur. vtrū

nēc ſit ꝙ attritō p̄cedat ipī iuſtificatō; ſiue ꝯtritiō;. ¶ Notādū ꝙ attritio ē diſ plicētia d pctīs a ſe cōmiſſis ante iuſtifi cationē. ¶ Ad q̄ſtionē rñdetur ꝙ ſm ſpe ciale priuilegiū; poteſt deus iuſtificare ſine omī p̄paratiōe: ſic̄ pt; de btō Pau/ lo iuſtificato: in quo nulla p̄ceſſit prepa ratio nec ꝯtritio ſm legem tñ ꝯmunem nō iuſtificat niſi eos qui ſe p̄parant: ſic̄ dicitur zacharie. Conuertimini ad me z ego cōuertar ad vos. Et ideo dicēdu; ꝙ attritio p̄cedit impū iuſtificationem.

## Octauo querit̄ Utru;

ꝯfeſſio neceſſario ſequatur iuſtificatōe; ¶ Reſponſio. Cōfeſſio ē inſtituta ſub p̄cepto ſicut meli⁹ patebit infra. Et iō poſito ꝙ aliquis haberet tantā ꝯtritiō/ de pctīs ſuis ꝙ iuſtificaret̄ abſq; ꝯfeſſio ne tñ tenet̄ poſtea ꝯfiteri: z ſi nō cōfitet̄ cadit a iuſticia. Sic̄ eni nullus pōt iu/ ſtificari qui ſacra ꝯtemnit: ſic nullus in iuſticia pſeuerat ſi poſt iuſtificationem ex ꝯtemptu negligeret ꝯfiteri. ꝑ ꝯcedē/ dum ē ꝙ ꝯfeſſio p⁹ iuſtificationem ē ne/ ceſſaria neceſſitate precepti: tñ excuſat ī poſſibilitas.

## Nono queritur vtrum

mandatum de ꝯfeſſione ptineat ad legē nature. h̄ eſt vtrū exiſtentes in lege na/ ture ſc; ab Adam vſq; ad legē moyſi te nebantur ꝯfiteri ſaltē ꝯfeſſiōe mentali. Quid aūt ſit ꝯfeſſio mentalis: vocalis: z cerimonialis p̄lus dictum ē. ¶ Rñſio Confeſſio mētalis ē de dictamine iuris naturalis ī ſpeciali Un̄ ius naturale in ſpeciali ē quedam regula oībus virtuti bus ratione iuuata: vt honorare paren/ tes. Sic naturaliter cognoſcit̄ ꝙ quan/ do offenditur deus ſibi debet̄ reſtitutio p cognitionē culpe z petitionē venie Et ſic pt; ꝙ cognitio diuine offenſe ē de' di/ ctamine nature adiute p; fidem. Quo/ modo em̄ ſcit homo ſe offendere deum quē nō videt niſi p aliquē radium fidei. ¶ Notandū ꝙ duplex ē confeſſio vocal̄ Quedā ē que fit ſoli deo qñ homo inter ſe z deū vocaliter ꝯfitetur pctā ſua. Et iſtomodo natura dictat ꝯfiteri deo non ſimplicit̄ ſed in caſu: vtputa qñ de⁹ ex/ igit ſic̄ exegit ab Adam z Caym. Alia ē ꝯfeſſio vocalis que fit homini. Et iſto modo natura nō dictat ꝯfiteri homīnī niſi in generali. Natura em̄ dictat ꝙ oī/ bus modis oportet deo reconciliari qui bus ipē ſtatuit. Un̄ natura; dictabat ꝙ ſi deus arbitriū ꝯſtitueret inter ſe z pec catorē ꝙ ipī eēt culpa reuelanda. Notā dum finaliter ꝙ ꝯfeſſio valet ad ſeptē. Primo ad pcti cognitionē. z hoc propt̄ inſtructione; ſacerdotis. Leuitici. xliij. Si difficile z ambiguū apud te zc. Se cūdo ad cogniti deletiō;. Pſ. Dixi ꝯfi tebor. zc. Si p̄poſitū valet q̄to magis opus. Tertio ad cogniti z deleti ſatiſfa ctionē q2 erubeſcentia ē mag̃ ps ſatiſfa/ ctiōis. Ecci. iiij. Eſt ꝯfuſio educēs grā; z glīa;. Quarto ad pene diminutione; in ptāte clauiū. Mat. xvi. Quodcūq; ſolueris ſup terrā zc. Quīto ad dei lau dē Ioſue. vij. Da glīa; deo z ꝯfitere pec cata tua. Sexto ad interceſſorū multi/ plicatiō;. Iaco. v. f. Cōfitemī alterūtꝛ pctā vr̄a zc. Septio valet ꝯfeſſio ad cō ſcientie aſſecurationē. Un̄ ſtatim dū ꝯ

rit peccaui: audiuit: trāſtulit dñs pctm̄ tuū a te. ij. Reg. xij. ꝛ hoc magnū bonū ē. ij. Cor. i. Gloria noſtra hec ē: teſtimoniū ꝯſcientie noſtre.

## Decimo queritur vtrū

ꝯfeſſio fuerit inſtituta in lege ſcripta. ¶ Rñſio. Uocalis ꝯfeſſio prout eſt ſacramentū ſolius legis noue fuit nec preceſſit i lege veteri niſi in figura qꝛ illi legi nō cōpetebat: preceſſit aūt in h̄ ꝙ ſacerdotib⁹ data erat auctoritas diſcernēdi inter leprā ꝛ nō leprā: ſcḿ ꝛ ꝑbanū.

## Undecimo queritur.

a quo fuit inſtituta. ¶ Rñdetur ꝙ confeſſio fuit a xp̄o inſtituta. licet nō inueniatur quādo. Credēdū eſt ergo ꝙ nullus apl̄orum attentaſſet inſtituere tam durum ꝛ arduū ſacr̄m niſi habuiſſent a xp̄o: licet nō ſit opinio Bonauenture.

## Duodecimo queritur.

Utrū oēs adulti boni ꝛ mali ad ꝯfeſſionem teneanť. ¶ Notandū ꝙ ille dꝛ bonus qui ē ĩ gratia dei ꝛ nullū habet peccatū mortale. Ille vero dicit̄ malus qui eſt in pctō mortali. ¶ Ad queſtionē reſpondet̄ ꝙ de malis nō ē dubiū ꝙ tenentur ꝯfiteri. Sed de bonis ſunt diuerſe opiones Bonauentura em̄ dicit ꝙ teneri ad ꝯfeſſionē pctōꝝ ē duplicit̄. ſcꝫ ex inſtitutiōe p̄ma que fuit ab apl̄is data ſb̄ p̄cepto: ꝛ iſto modo tenet̄ quis ꝯfiteri niſi de pctō mortali. Alia fuit inſtitutio a patrib⁹ data in generali ꝯcilio: ꝛ vulgatum ab Innocentio tertio. Et propter iſtā inſtitutionē tenent̄ oēs ꝯfiteri ſemel in anno. Et ideo boni qui ſolū hn̄t veniale pctm̄ tenent̄ ſemel cōfiteri ſcꝫ in paſcate: ꝛ h̄ propt̄ tria que habent̄ i textu. Tamē opinio Scoti ē ꝙ nullus tenet̄ ꝯfiteri de venialibus.

## Tredecimo queritur.

Utrū pctōꝛ ſtatim cū pōt teneat̄ ꝯfiteri. ¶ Rñdetur ꝙ quidā ad ꝯfeſſionem obligant̄ nō ex culpa ꝯmiſſa ſed ex eccl̄iaſtica inſtitutione: vtpote illi qui nō habent mortalia pctā tales differre poſſūt vſqꝫ ad paſca: qꝛ mandatū illius decretalis nō obligat̄ niſi ſicut obligat ad eukariſtiā ad quā p̄parat ꝯfeſſio ſacerdoti facta. Quidā vero nō ſolū obligant̄ ex eccl̄iaſtica inſtitutione: ſed ex ꝓpria trāſgreſſione ꝛ hi tenent̄ ex inſtitutiōe ſacramenti: ſicē ſunt illi qui ſunt in pctō mortali. De talib⁹ eni generaliter pōt aſſeri ꝙ poſſūt vſqꝫ ad paſca differre tamen videt̄ periculoſū. Siliter ꝙ teneant̄ ſtatī ꝯfiteri quādo ſe offert oportunitas videtur ſatis durum. Ideo videt̄ rationabiliter ſentiendū mediū ſcꝫ ꝙ ſit oportunitas loci: temporis: ꝛ ſacerdotis. Dupliciter aūt poteſt ſe quis ante paſca offerre: aut ita ꝙ timet̄ ne vnq̄ ſe offerat: ſicut ē in his qui grauit̄ infirmantur vł ſe ponunt in articulo mortis: ꝛ tales tenent̄ abſqꝫ dubitatiōe ad ꝯfeſſionē Aut ita ꝙ maior oportunitas expectatur vł q̄tum ad temp⁹: vel q̄tū ad ſacerdotē qñ ſcꝫ intendit ſacerdotē habere prudētiorē: ꝛ ſic pōt differri ſine aliquo pctō: tamē aliter ſentiendū ē de religioſo: aliť de laico. Nam religioſo totū tēpus vite ſue ē temp⁹ penitentie: ꝛ ideo habēti copiam ſacerdotis: ſi peccauit mortaliter: credo ꝙ tenet̄ ſine mora ꝯfiteri.

## Decimoquarto querit̄

Utrū obligemur ꝯfiteri ex charitate. ¶ R ñ. Ad ſacr̄m pnie nō ē neceſſe accedere cū charitate vł diſpoſitiōe ad charitatē ſufficientē ſm veritatē: ſed ſufficit ſm ꝓbabilitatē. Hec aūt diſpoſitio ē attritio qꝛ aliqñ ꝯtigit ꝙ aliqs añ ꝯfeſſiōꝫ hꝫ tm̄ de attritōe ꝙ acq̄rit grāꝫ ſꝫ nō reꝗrit ꝙ ſit tāta attritio ſm v̄itatē: qꝛ ſepe ꝓpter cōfeſſiōꝫ ſupadiunctā ꝛ abſolutionē ſacerdotꝭ: tal' attritio format̄ ꝑ grām.

## Decioquinto queritur

cui ſit cōfitēdū. vtꝝ ſufficiat cōfiteri laic'

cõ. ¶ Rñdet̃ ꝙ duplr̃ põt loq̃ de cõfeſſione. Uno mõ put ẽ opus ꝟtutis. vt̃ qñ aliq̃s ad ſui humiliatiõnẽ dic̃ pctã ſua: ꝛ ſic q̃s pctm̃ ſuũ cuilibet cõfiteri põt ſiue clerico ſiue laico. Bernñ. ſup cantica. Uir pfectus tantus ẽ virtutis amator: ꝙ vellet omnes noſcere mala ſua: dũ tamen eis nõ eſſet occaſio mali ſed boni. Tñ ſm doctores modernos ꝛ maxime Scotũ nõ ẽ ibi prudentia: ſed aliquãdo piculum. Alio modo poſſum⁹ loqui de cõfeſſione put ẽ opus ſacr̃ale, put ſcʒ ordinat̃ ad recõciliatõꝫ q̃ fit p abſoluroꝫ ꝛ ligationẽ. Et qm̃ hec ptãs collata ẽ ſol ſacerdotibꝫ (ſicut melius patebit infra) ideo hec cõfeſſio nulli niſi ſacerdotibus eſt fienda.

## Decimoſexto querit̃.

Utrũ cõtra voluntatẽ proprij ſacerdotis liceat cõfiteri alij diſcretiori. ¶ Notandũ ꝙ ꝓpri⁹ ſacerdos poteſt capi ſex modis. Primo mõ aliquis dr̃ proprius ſacerdos alicui⁹ qui hꝫ iuriſdictionem ordinariã modo inferiori: vt ſunt curati. Scdo mõ qui habet iuriſdictionẽ ordinariã modo principaliori: vt ſunt epi. Tertio modo qui habet iuriſdictionem excellentiſſimo mõ: ꝛ iſto mõ papa dicit̃ ſacerdos reſpectu omniũ xpianorum. Quarto mõ qui habet iuriſdictionẽ delegatã vl̃ cõmiſſariam ab alijs: vtpote a papa vel epo aut curato. Et iſto modo mendicãtes (ꝛ maxime frẽs minores et ꝑdicatores) ſunt ꝓprij ſacerdotes: qꝛ habent iuriſdictionẽ delegatã a ſũmo pontifice. Quinto modo dr̃ ꝓpri⁹ ſacerdos ex pmiſſione: ꝛ ex cõi cõdeſcenſione iuris ſic qui habent licentiã a iure eligendi ſibi ꝓprios ſacerdotes: ſic ſũt epi ꝛ abbates. Sexto dr̃ ꝓpri⁹ ſacerdos ꝓpter neceſſitatẽ vt ẽ in articulo mortis: qꝛ tunc ſimplex ſacerdos non priuilegiatus põt in neceſſitate quẽlibet abſoluere. ¶ Ad queſtionẽ rñſio. Quilibet tenet̃ cõfiteri ꝓprio ſacerdoti: accipiendo ꝓprium ſacerdotẽ pro aliquo iſtoꝝ modoꝝ. Et iõ bene ſequit̃. Iſte ẽ cõfeſſus fratri minori: ḡ eſt cõfeſſus ꝓprio ſacerdoti: nec tenetur amplius cõfiteri ſuo curato: quia eque bene ẽ proprius ſacerdos: frat̃ minor vel aliquis hñs iuriſdictionem delegatam ſic̃ proprius curatus qui habet iuriſdictionem ordinariam.

## Decimoſeptio querit̃

Utrũ neceſſe ſit cõfiteri ꝓprio ſacerdoti corã populo. ¶ Notandũ ꝙ p corã populo intelligit̃ corã multis audientib⁹ confeſſionẽ. ¶ Rñſio. Confeſſio ſacramentalis ſacerdoti ſoli ꝛ in ſecreto debet fieri: niſi ſit pctm̃ adeo enorme ꝙ totam cõmouerit vrbem: q̃d quidẽ debet quis cõfiteri in publico: vt i publico puniatur: tamẽ hec punitio nõ debet imponi a cõfeſſore in cõfeſſiõe ſacramentali.

## Decimo octauo q̃ritur

quid ſit confitendũ. Utrũ ſcʒ oporteat confiteri omnem venialem culpã. ¶ Reſpõſio. Confeſſio venialium nõ ẽ in precepto: eſt tamẽ conſiliũ ꝛ maxime ꝓ religioſis qui debent eſſe pfecti. Et ideo bonum ẽ eis cõfiteri pctã venialia: nõ tamẽ obligant̃. qꝛ venialia multis modis delent̃: vtpote dicẽdo. Pater noſter. accipiendo aquã benedictã: p feruentẽ orõneꝫ p bñdictionẽ datã a ſacerdote in miſſa. vl̃ ab epo. Tñ ſm Bonauentu: pctã venialia ſunt cõfitenda in caſu qñ ſcʒ penitens nõ habet pctã mortalia: qꝛ (ſic̃ ſup⁹ dictũ ẽ) ſm ordinatõꝫ eccl̃ie quilibet tenetur ſemel cõfiteri omni ãno pctã ſua: Inſup in h̃ cõcordãt oẽs doctores ꝙ ſi aliq̃s eẽt dubi⁹ ſi eẽt i pctõ veiali vl̃ mortali: tũc tenet̃ cõfiteri ꝓpter periculum.

## Decimonono q̃ritur.

Utrũ ſit cõfitenda omnis peccati morta lis dr̃ia: ſcʒ cordis: oris: ꝛ opis pctm̃ etiã latens ꝛ manifeſtũ. ¶ Notãdũ ꝙ pctm̃ mortale ẽ aliq̃d dictũ vel factũ vl̃ cõcupitum contra legem dei. ¶ Reſponſio.

Omnis pcti mortalis differentiam ne/ceſſe eſt cõfiteri: ſiue ſit latens ſiue mani/feſtū. Unde ſi ſacerdos bene ſciret pec/catum: tamen penitens deb3 ei dicere in cõfeſſione: qꝛ prius ſciebat pctm̄ incgtu3 homo: ſ3 neceſſe eſt ꝙ noticiā habeat in/quātum vicarius dei. Etiam ſicut peccator non erubuit cõmittere peccatum co/ram deo: ita oportet ꝙ erubeſcat coram homine manifeſtando peccatum ſuum. Neceſſe eſt etiā confiteri oīam pcti mortalis ſiue ſit cordis: ſiue oris ſiue operis.

Viceſimo querit. vtrū teneamur confiteri omne3 peccati circūſtantiam. ¶ Notandū ꝙ circumſtantia eſt illud qđ eſt extra ſubſtantiam actus quodāmodo tamen attingens ipſum: vl' quātum ad eſſentia3: vt ſunt tempus: locus: modus agendi: vel q̄ntū ad effectum ſicut eſt multilario grauis vl' leuis: vel q̄ntum ad cauſam: ſiue efficientem ſiue finalem: qꝛ in pctō fornicationis (ceteris paribꝫ) plus peccat religioſus q̄3 ſecłaris ¶ Reſpondetur ꝙ circumſtantie que attingunt peccatum: quedam ſunt alleui/antes: que ſcilicet alleuiant peccatum. Et iſte circumſtantie de neceſſitate non ſunt confitende: ſed bonum eſt ſilere: ni/ſi propter hoc ſatiſfaciat alieni inquiſitioni: vel ad vitandum perturbationē ſa/cerdotis: vel etiam ad vitandum ſcandalum penitentis. Alie ſunt circumſtantie in aliud genus trahentes: ſicut adulterium: ꝛ eſt grauius q̄3 ſimplex fornicatio. Et iſtas circumſtantias neceſſe eſt con/fiteri. Alie ſunt circumſtantie aggrauātes: ſicut grauiꝰ eſt cõmittere fornicationē in die dñico: q̄3 in feriali. Et ſecurius ē ꝯfiteri iſtas circūſtātias: tñ nō ſunt ne/ceſſe cõfiteri: niſi ꝑpria ꝯſcīa obligaret.

Circa diſtinctionem decimāoctauā (in qua de clauibꝫ eccłie incipit mētio) Primo queritur. Utrū claues eccleſie date ſint. ¶ Notādum ꝙ eccłia ibi capitur pro clero id eſt prō cõ/gregatione ſacerdotum. Notandu3 etiam ꝙ claues ſpirituales dicūtur ad mo/dum clauium materialium. Unde cla/uis materialis eſt proximum inſtrumentum aperiendi vel claudēdi oſtium per quod intratur in domum. Clauis ſpiri/tualis eſt quedam poteſtas vel auctori/tas iudiciaria qua ſententiatur cui celū eſt aperiendum propter merita: vel claudendum propter demerita. Per accidēs tamen eſt ad claudendum: et principali/ter ad aperiendum: ꝛ in hoc differt a cla/ue materiali que fit pricipaliter ad claudendum: ꝛ minus principaliter ad ape/riendum. ¶ Reſponſio ad queſtionem. Triplex eſt clauis ſpiritualis ſcilic3 au/ctoritatis excellētie ꝛ miniſterialis. Clauis auctoritatis eſt ꝑncipalis poteſtas iudiciaria: qua aliquis iudicat eminēter et excellenter huic celum aperiēdum vel claudendum: ꝛ hanc ſolus deus hab3: ꝑ quam dimittit debitū eterni ſupplicij ſcilicet peccatum mortale. Clauis autem excellentie eſt iudiciaria poteſtas auferēdi debitum ſolutiōis: ꝛ iſtam habet chriſtus qui ſoluit debitum noſtrum: quan/do pro nobis mortuus eſt: ꝛ aperuit no/bis paradiſum ꝛ depoſuit obſtaculū peccati originalis. Clauis vero miniſterial' eſt per quā dimittitur pena temporalis que eſt debitū peccati dimiſſi ꝛ remiſſi: ꝛ iſta data fuit petro ꝛ alijs ſacerdotibus Mathi. xvi. Tibi dabo claues reg. celo.

Secundo queritur ad qđ ſūt iſte claues. Et ſuppoſito ꝙ ſint ad apiendū q̄rit. Utrū ſint ad claudēdum. ¶ Rñſio ꝑtās ſacerdotibꝫ cõiter data ē ſup ſbditos: nō ad oīno ſoluēdū debitu3 qꝛ nō debebat h̄ cuilib3 cõicari: ne culpa ſine pena remaneret. Jō data ē eis ꝑtās vt ligādo ſoluerēt: ligādo ad vnū ſc3 ad penā temporalem ꝛ abſoluerent ab alio ſcilicet ab eterna pena. Sed non eſt da/ta poteſtas ligandi niſi propter ſolutio/nem: quia ligant pena tēpali: vt ſoluant

a pena eterna:tñ miniſterialiť. q᷑ ꝓpriè loquendo ſolus deus pōt ſoluere a pena eterna:ſicut patebit infra.

## Tertio querit̃ de poteſtate ligandi ⁊ ſoluendi in foro penitentiali.i.ſacro penitētie

Utrum ſacerdos poſſit in culpā. Hoc ē vtr͛ habeat ptātē dimittendi vel remittendi culpā. ¶ Reſponſio ad q̃ſtionē habēs clauē ꝑ ptātē ⁊ clauis mediator ē dei ad hominē: ⁊ hoīs ad deū. Unde ꝑ ipm hō pctōꝛ aſcendit ad deū. Et ſic ſacerdos ē angelus dei:⁊ mediator:⁊ ſe habet ꝑ modū ſupplicantis. Etiā cōmuniter ſacerdos ante abſolutionē orat ꝓ penitente:⁊ quādo dat abſolutionē p̄ſuppoit ꝙ ē abſolutus a deo. Sacerdos eñ nunq̄ abſolueret quēq̄ de quo nō preſumeret ꝙ eēt abſolutus a deo. Si ergo queratur verū ptās clauium ſe extendat ad delendā culpam. Dicendū ꝙ bene poteſt ſe extendere ꝑ modum depcantis ⁊ impetrantis (⁊ illud ſignatū ē in benedictione ſacerdotū. Numeri ſexto) ſed nō per modum impantis. Quoniā ergo ptās ſanat per modum actiui ⁊ imperantis per ſe. Hinc ē ꝙ poteſtas clauium ꝓpriè loquendo nō extēdit ſe ſupra culpam. Unde Auguſtin⁹ ⁊ Gregorius dicunt ꝙ in ſuſcitatiōe lazari:figurata ē reſuſcitatio pctōris: ſed lazarus priꝰ ē a domino viuificat⁹:q̄ traderet diſcipulꝭ exoluendus. ꝟ ⁊c̄.

## Quarto queriť vtrum

ſcientia ſit clauis. ¶ Notandū ꝙ duplices ſunt claues.ſcꝫ potētie ⁊ ſcietie. Per clauē ſcientie diſcernit ſacerdos inter leprā ⁊ lepram. Per clauem vero poteſtatis iudicat ſacerdos cui celū ē apiendū ⁊ cui claudendū. Et iſta ē principalis et p̄ſupponit clauē ſcientie. Unde clauis ſcientie ſic pōt diffiniri. Clauis ſcie ē auctoritas cognoſcendi in cauſa pctōris. ſi illi ſit aperiendū celū ꝓpter merita vl claudendū ꝓpt̃ demerita. ¶ Correlariū. Clauis ſcie non eſt habitus ſcie:nec ipa ſcia q᷑ multi habēt clauem ſcientie: qui nō habent habitū ſcientie :vt pꝫ i ſacerdotib⁹ huius tempoꝛis qui parū ſciunt ⁊ tamē habēt clauem ſcientie: q᷑ ſacerdotes:⁊ acceperūt eam in ordine. Et ideo bene dicit̃ in diffinitione ꝙ clauis ſcie eſt auctoritas cognoſcendi ⁊ nō habitus ſcie. ¶ Rñſio. Scientia ē clauis nō inſtrum dicit habitū:ſed inſtruꝫ dicit auctoritatem ſiue officiū diſcernendi licet ſcie habit⁹ ſit diſpoſitio ad bene ſe agendū in claue ptātis.quia nemo pōt bñ diſcernere an celum ſit apiendū aut claudendū niſi habeat habitū ſcientie.

## Quinto q̃ritur Utrum

ſcia ſit alia clauis q̄ potentia ſoluendi. ¶ Rñdetur ꝙ ſunt due claues diſtincte Nam ſicut in foro iudiciali duo ſūt: ita in foro penitētiali. In illo eñ duo ſunt actus ſcꝫ diſcernere cām:⁊ poſtmodum ſententiare:ita etiam in foro penitentiali:ptinet claue ſcie diſcernere inter leprā ⁊ leprā:⁊ claui potentie ꝑtinet iudicare: igitur ⁊c̄.

## Sexto queritur vtrum

aliquis poſſit vel debeat excōmunicari. ¶ Notandū ꝙ duplex eſt excōmunicatio ſcꝫ maior ⁊ minor. Excōmunicatio maior ē ſepatio a cōione fideliū ⁊ eccleſie q̄tū ad fructū ſacramentoꝝ :⁊ q̄tuꝫ ad ſubſidia tam corporalia q̄ ſpiritualia. ¶ Notandū ꝙ triplex ē cōmunio. Quedaꝫ ē cōio ſpūalis ⁊ charitatiua:⁊ extra iſtā nullus poteſt eijci q᷑ poſſum⁹ particulariter orare ꝓ excōicatis. Alia ē communio corporalis:⁊ extra iſtā ꝑ excōicationē quis expellitur. Tertia ē ꝯmunio ptim ſpūal᷑ ⁊ ptiꝫ corpalis q̄ aliqs ſepat̃ a cōione ſacroꝝ ſolū ꝑ minorē excōicationē. Excōicatio eñ minor eſt expulſio a pceptiōe ſacroꝝ ¶ Notādū etiā ꝙ ꝑ maiore excōicatōꝫ qs ꝑuat̃ a q̄ꝗ ſubſidijs ſic ptꝫ in h̄ v̄ſu. O s:orare: vale:ꝯiua:

mēſa qd negat O s:id eſt oſculū loque
la:orare id ē oratio:vale id eſt ſalutatio:
conuiua:conuerſatio vel habitatio:men
ſa id eſt cōmunicatio menſe. ¶ Ad que/
ſtionē reſpondetur ꝙ ſicut in medicinali
bus duplex eſt modus curandi ſcilꝫ per
medicamenta lenientia:vt per emplaſtri
appoſitionē:ꝛ per medicamenta aſperan
tia:ſicut per ſectionē. Et ſicut in mora
libus eſt duplex modus corrigendi ſcꝫ ꝑ
dulces monitiones:ꝛ ꝑ aſperas increpa/
tiones:ſm ꝙ ſunt duo genera hominum
quia quidam ſunt plicabiles ꝛ tractabi/
les quidam vero duri ꝛ rebelles. Sic eti
am in diuinis ꝛ eccleſiaſticis iudicijs eſt
duplex modus curandi. Dñs enim inſti
tutor vel fundator nō ſolum dedit medi
camenta ſacramentoꝝ ad curandum ac
cedentes:ſed gladiū ſpiritus qd eſt ver
bum dei:ꝛ poteſtatem amputandi ꝛ reſe
candi cōtemptores ꝛ rebelles. Et ſic pꝫ
reſponſio ꝙ aliquis poteſt:vel debet ex/
communicari.

## Septimo querif. vtrū

pro dāno:vel pro iniuria illata ecclīe qs
debeat excōmunicari. ¶ Reſpōſio Du/
plex eſt excommunicatio:ſiue excōmuni
candi modus. Quedam eſt excōmuni/
catio a iure ꝛ preſeruatiua:vt quicūqꝫ ꝑ/
cuſſerit clericū:vel incenderit eccleſiā eſt
excōmunicatus. Alia eſt excōmunicatio
a iudice et curatiua:et eſt quando iudex
per ſententiam excōmunicat aliquem.
Notādū pro ſolutione queſtionis ꝙ ꝓ
ſolo peccato contumaci debet quis exco
municari maiori excōmunicatione. Un
de contumax dicitur ille qui ſemel:ꝛ bis
monitus. Tertio ꝑemptorie citatus nō
comparet:aut ſi comparet nō vult ſtare
iuri:vel quādo offenſa eſt manifeſta ꝛ iuſ
ſus a iudice nō vult emendare.

## Octauo qrif a quo poſ

ſit excōmunicatio fieri. Reſponſio Po/
teſtas excōicandi collata eſt petro:vt ꝑ/
lato:ꝛ deſcēdit in omnes perſonas eccle
ſiaſticas que habent prelationem vel iu/
riſdictionē ſicut archidiaconi:ꝛ aliqua
capitula. Ideo qui nō habēt iuriſdictio
nem in foro iudiciali:vt ſimplices ſacer/
dotes nō poſſunt excōmunicare niſi per
commiſſionem vel in caſibus determina
tis:vt in furto et rapinis obſeruatis tñ
circūſtantijs debitis:qꝛ nemo poteſt ex/
cōmunicari niſi pro peccato contumaci.
Cetera patent in textu.

## Nono queritur. Utruꝫ

aliquis poſſit pluries excommunicari.
¶ Reſpondef ꝙ excommunicatus bene
poteſt iterum excōmunicari:vel eiuſdeꝫ
excommunicationis iteratione renoua/
ri ad maiorem ſui confuſionem:ꝛ voca/
tur aggrauatio ꝛ reaggrauatio:vel alia
excommunicatione:propter noue culpe
cōmiſſionem:ꝛ tunc tot erunt excommu/
nicationes quot cauſe principales pro q̄
bus excōicaf. Sicut em̄ iteraf culpa:ita
rōnabiliter iterari pōt ꝛ dꝫ ipſa pena.

## Decimo queritur. vtrū

cōicās cū excōicato ſit excōicatꝰ. ¶ Rñ/
ſio Duplex eſt excōicatio(ſicut ſupradi/
ctū eſt)ſcꝫ maior ꝛ minor. Minor tm̄ ſe/
parat a ſacris. Maior vero nō tm̄ ſepat
a ſacris:ſꝫ etiā ab actibꝫ legittimis:q̄ cō/
tinenf in hverſu O s ꝛc̄. ſexta qōne huiꝰ
diſtinctiōis. Et ſic pꝫ ꝙ cōicās cū excō/
cato maiori excōicatiōe ſilr eſt excōicatꝰ
tñ minori excōicatōe. Tñ excipiunf aliq̄
ſcꝫ ignorātes ipꝫ eſſe excōicatū etiā vxor
qꝛ tenef reddere debitū marito ſuo cū re
qrif ſilr filij et filie q̄diu ſunt ſub manu
parētū etiā ſerui ꝛ ancille ꝑegrini ꝛ pau/
peres:qñ nō hñt vñ alibi ſuſtētenf. Silr
quicūqꝫ cōicāt ex vtilitate vt pctōr a via
ſua mala recedat ꝛ corrigaf:ꝛ hec circū/
ſtātie iſꝫ ꝟſu cōtinenf. Utile lex humile
res igrata neceſſe. Utile.i.grā vtilitatꝭ
lex.i.mrīmonij:hūile.ppt ſuos. res igno
rata.ppt igrātiā nec̄c.i.ppt neceſſitatē.

## Undecio querif. vtruꝫ

aliq̄s poſſit abſolui inuitus.i.ipſo nolen te. ¶ Rn̄det̄ q̄ dupl'r eſt loquēdū:de po tētia excōicādi z abſoluēdi vl' de facto vl' de iure. Differt eīm facere z iuſte facere. Si loq̄mur de fctō:vt ſi ep̄s excōicet nō cōtumacē p̄termiſſo ordine iuris.i.non habitꝫ p̄euijs monitialib⁹ talis excōica/ tus eſt(q̄uis iniuſte lata ſit ſn̄ia)z tenet̄ eā ſuſtinere lꝫ nō ſit excōicat⁹ in foro cō ſcientie z corā deo niſi cōtēneret excōica/ tionē:q2 ꝓpter ɔtēptū efficeret̄ dignus ex/ cōicari:z ligaret̄ apud deū. De iure aūt eſt excōicatus:quādo ſm ordinē iurꝫ ab eo qui habet iuriſdictionē canonicā fert̄ ſn̄ia in cōtumacem z hic ligat̄ apud deū. Similiter intelligendū eſt in abſolutio ne q̄ pōt aliq̄s abſolui de iure vl' de fctō De iure nullus excōicat⁹ abſolui pōt ni ſi in eo ceſſet cōtumacia z ipſo volēte ab ſolui. De facto abſolui pōt ſm volunta tē prelati i cuius poteſtate fuit ſentētiā inferre z reuocare. Un̄ ſi tal' abſoluat̄ in foro iudiciali:eſt abſolutus:nec eſt excō catus q̄ ei cōicat:tn̄ in foro cōſcientie ad/ huc eſt excōicatus. Si aūt excōicat⁹ fuiſ ſet iniuſte poſſet eū prelatus de iure ab/ ſoluere:etiam inuitū:nō ꝓpter ſuū meri tum:ſed ad remouendū errorē ꝓprium Tamē inuite abſolutus ſemp remanet in pctō mortali:ꝓpter cōtēptum eccleſie

Circa diſtinctio/ nē decimānonā q̄rit̄ p̄mo. Utrum claues date ſint ſa cerdoti legali an ſoli ſacer/ doti euāgelico ¶ Notādū q̄ ſacerdos le galis eſt ille q̄ erat īſtitut⁹ in lege moſai/ ca:z dr̄ ſacerdos figuralis:z ſm q̄d Sa/ cerdos aūt euāgelic⁹ eſt q̄ eſt inſtitut⁹ tpe legis euāgelice:vt apl'i:z ceteri ſacerdo/ tes ſubſequētes:z dicunt̄ ſacerdotes ſim pliciter:z ſm veritatē ¶ Rn̄ſio Ptās cla uiū ſcꝫ ſciet ptātis data fuit ſacerdotib⁹ euāgelicis z nō legalib⁹:nec īchoata fuit in lege veteri ſed magis figurata.

## Secūdo q̄rit̄. Utrū

malus ſacerdos cōicet cū bono in ptāte clauiū. ¶ Notādū q̄ malus ſacerdos dr̄ ille qui nō eſt in grā:ſed in pctō mortali. Bon⁹ aūt ſacerdos dr̄ q̄ ē in grā. ¶ Rn̄ det̄ q̄ ē loq̄ de collatōe clauis alicui q̄tū ad ea q̄ ſūt d̄ neceſſitate:vl' q̄tū ad ea q̄ ſūt de idoneitate. Si loq̄mur q̄tū ad ea q̄ ſūt de nec̄citate:ſic ad eē clauis ſuffi cit donū ſpūſſcti ſm grām gratiſdatā:h̄ aūt īfallibil'r z ſm diuinā iſtitutiōeꝫ dat̄ oī ſuſcipiēti ordinis ſacrꝫ ſiue ſit bon⁹ ſi ue mal⁹. Rō aūt huius eſt:q2 donū grē gratiſdate nō repugnat iniq̄tati q̄n ſiml' ſtet cū ea:ſic pꝫ in ſcīa z in alijs donis.et rurſus ꝑuerſitas nō repugnat vtilitati il lius doni:ſic ſi mal⁹ p̄dicaret z bn̄ p̄dica ret:z freq̄nter fructificat ꝓpt̄ q̄d noluit dn̄s ꝓhibere eū q̄ in noīe ipi⁹ eijciebat de monia. Et ſic pꝫ q̄ ptās clauiū data eſt mal' ſacerdotib⁹ ſicz bonis q̄tū ad id q̄d ē de neceſſitate clauis:ſiue q̄tū ad execu tiōeꝫ. Si aūt loq̄mur q̄tū ad idoneita/ tē. Dicēdū q̄ null⁹ ē idone⁹ z dign⁹ habe re ptātē clauiū:niſi ſit i grā. Rōnes pa/ tēt in textu. Et ſic p̄ dicta pꝫ rn̄ſio ad q̄ō nem q̄ claues ſunt in malis ſacerdotib⁹.

## Tertio q̄ritur. vtrū

claues dent̄ in ordine ſacerdotali ¶ Rn̄ ſio Claues z ptās clauiū dant̄ in ordine ſacerdotali tm̄. Et h̄ itelligit̄ de foro pe nitētiali:q2 ſacerdos in q̄tū ſacerdos:nō hꝫ ptātem in foro iudiciali z publico.

## Quarto q̄ritur. vtrū

¶ Notandū ꝙ diuortiū ē ſeparatio viri ⁊ vxoris ꝗtū ad thoꝝ ⁊ ꝗtū ad cohabitationē facta ſolēniter ⁊ publice ꝑ man⁹ epī. Uñ pro declaratione notandū ꝙ anteꝗ̄ fiat diuortiū oportet ꝙ vir ⁊ mulier ſint matrimonialr̄ cōiuncti: quia nō pōt fieri diuortiū int̄ virū ⁊ mulierē nō cōiugatos: ſed ſolūmodo dr̄ ſeparatio. ¶ Ad queſtionē dicit̄ ꝙ ꝓpter fornicationē licitum eſt fieri diuortiū int̄ ꝯiuges altero poſtulante. Et rō hui⁹ eſt: qꝛ dñs ꝯceſſit. Rō autē quare ꝯceſſit hec ē: quia nō ſeruanti fidē (imo frangenti) non tenet̄ vir fidē ſeruare. ⁊ ſilr̄ dicendū eſt de muliere. ¶ Notandū ꝙ cauſa iſti⁹ diuorcij debet eſſe culpabilis: quia ſi mulier etiam cognita ab alio violenter: aut ignorāter credendo de alio ꝙ eſſet marit⁹ ſuus: tūc nō debet fieri diuortiū. Etiā requirit̄ ꝙ culpa ſit ſingularis: quia ſi ambo eſſent fornicarij: tūc nō deberet fieri diuortiū. Etiā ſi vir eſſet in culpa ꝙ vxor eſſet fornicaria: tunc etiā nō deberet fieri diuortium: vt ſi ex ꝯſenſu mariti mulier fornicaretur. Notādū ꝙ poſt diuortiū factū ſi alter ꝗ fornicat⁹ fuerat poſſit ꝑcipere ⁊ probare ꝙ alter etiā fornicat̄ tunc poteſt eum cogere per epiſcopum ad adnihilādum diuortiū ⁊ ad inuicē vniendū.

## Secundo querit̄. Utrū

dimittere vxorē fornicariā ſit in ꝑcepto. ¶ Reſponſio. Fornicans cōiunx aut fornicat̄ in manifeſto aut in occulto. Si in occulto: ſic nō poteſt dimittere: quia nō poteſt probare: ⁊ non eſt noſtrū de occultis iudicare. Si in manifeſto: aut perſeuerat in malicia: vel cōuertit̄ ad penitentiam. Si ꝑſeuerat in malicia ſic qꝛ ſcandaliſat: vir tenetur vxorē corrigere iuxta mandatū dñi euangelicū: et ſi nō correxerit tenet̄ eā dimittere. Et ſimiliter dicendū eſt de viro. Si aūt penitet et ſe corrigit nō tenet̄. Unde Jeronim⁹. Si vir ſcit vxorē deliquiſſe: ⁊ mulier ꝑmanſerit in fornicatione: ⁊ viuit cum ea: vir particeps eſt peccati eius. Tenet̄ ergo vir vxorem corrigere ⁊ fornicantē dimittere. Similr̄ ⁊ mulier tenetur.

## Queritur tercio. Utrū

poſſit quis vxorē fornicantē auctoritate propria dimittere ſine iudicio eccleſie. ¶ Reſpondet̄ ꝙ ꝯtingit vxorē a viro dupliciter dimitti: vel quantū ad thorum tm̄ vel quantum ad thorum et cohabitationē. Si primo modo: ſic dico ꝙ vir cōperto ⁊ cognito certitudinalr̄ ꝙ vxor fornicetur vel ecōuerſo pōt debitū denegare nec ad hoc tenet̄ niſi ꝑ cenſuram eccleſiaſticā cōpellatur: ⁊ tunc ſi cōpulſus debitum reddiderit nullū ei iudiciū generatur. Si autē loquamur de ſeparatione ſecūdo modo ſic dicit̄ diuortiū et hoc qꝛ eſt in manifeſto: ideo nō dꝫ fieri in occulto: ſed in facie eccleſie. Et quia matrimoniū eſt magnum ſacramentū: non ſub quocūꝗ̄ iudice: ſed ſub epiſcopo debet fieri diuortium.

## Querit̄ quarto. vtrum

diuortio celebrato vir poſſit aliam vxorem ducere vel vxor alium virū. ¶ Reſponſio. Diuortiū pōt fieri dupliciter: aut quia ꝑſone erant illegitime ad contrahendū ſimplr̄: ⁊ tunc vterꝗ̄ poteſt alteri nubere: quia matrimoniuꝫ fuit nullum. Poteſt etiaꝫ diuortiū fieri propter crimen fornicationis: ⁊ tunc nō poteſt cōtrahere nec vir nec mulier: quia cū eēnt ꝑſone legitime: fuit inter eos ſacramētū quod ē vinculū inſolubile. Unde diuortium non eſt ſeparatio ꝗtum ad vinculum ſacramentale ſed ꝗtum ad debituꝫ ⁊ cohabitationem.

Querit̃ quinto. vtrum poſt diuortiū poſſint vir ⁊ vxor inuicem reconciliari. ¶ Rn̄det̃ q̃ ad recōciliatio nem faciendā: aut vterq̄ concordat: aut vterq̄ diſcordat: aut vn⁹ petit ⁊ alter re pugnat. Si vterq̄ concordat: abſq̄ du bio fit recōciliatio. Si vterq̄ diſcordat nec pōt nec debet fieri niſi fiat ſcandalū eccleſie: q̄ ſcandaliſat̃ pro eo q̄ vterq̄ for nicatur publice. Unde i illo caſu debet eos eccleſia cogere ad recōciliandū. Si autē alter petit: aut nocēs petit innocen tem: ⁊ ſic nō debet cogi ad recōciliationē aut innocēs petit nocentē: vt vir caſtus vxorē adulterā: ⁊ ſic inuita debet recon ciliari p iudiciū eccleſie: aut nocēs nocē tem petit: vt mulier q̄ p̄us ē fornicata re petit virū q̄ eſt poſt diuortiū fornicat⁹ ⁊ ſic reſtituēdus ē marit⁹ vxori etiā inui tus. Quātūcunq̄ tñ mulier faciat peni tentiā nūq̄ acq̄rit ius in virū ipſo nolen te niſi vir fornicet̃: ⁊ hoc ꝓpter ꝯtumeliā quā intulit m̄rimonio: q̄ directe pecca uit ꝯtra bonū fidei. i. fidelitatis.

Sexto queritur. vtrum poſſit fieri diuortiū ſi nō p̄cedat aliqua culpa. ¶ Reſponſio. Diuortium inter legitimos coniuges poteſt fieri dupliciter: aut vt in eodem ſtatu perſiſtant: aut vt ad frugem melioris vite tranſeant. Si in eodem ſtatu perſiſtant: tunc non debet niſi manifeſta culpa p̄cedat: tum ꝓpter p̄iculū: maxime qn̄ ſunt iuuenes: tum etiā ꝓpter ſcandalū. Si vt ad frugem melioris vite trāſeāt: tūc aut vterq̄ eſt volūtari⁹ aut alter inuit⁹. Si vterq̄ eſt volūtarius: tunc pōt fieri ſine culpa: ita tñ q̄ vterq̄ votum emittat ſolenne ⁊ vterq̄ habitum religionis aſſumat: niſi ſit talis ꝑſona de qua nulla poſſit oriri ſuſpicio q̄ voto ſolenni emiſſo poterit re manere i domo. Si aūt oportet vtrūq̄ cōuerti (ſicut exp̄ſſe in pluribꝫ decretalibus tangit̃ de cōuerſione coniugali. Et rurſus) tale diuortiū fieri debet per ꝑſo nam publicā: maxime p epm. Si autē alter vult cohabitare: nullo mō fieri po teſt niſi per culpam p̄cedentem.

Circa triceſimā ſextā diſtinctionē p̄mo que ritur Utrū error ꝯditōnis impediat matrimonium. I. Utrū ꝯditio ſeruitutis cū ꝯdictione do mini matrimoniū impediat. Notandū q̄ ſm magiſtrū Hugonē ſeruit⁹ hꝫ tres gradus. Prim⁹ ē obedītialis ſubiectio vni⁹ ad alterꝫ in actibꝫ decentibꝫ. Et iſto mō filij ſeruiūt ⁊ obediūt patribꝫ: etiam iſta ſeruitus eſt in religione: q̄ iuuenes debent obedire ſenioribꝫ: ⁊ maxime pla tis. Et fuiſſet etiā iſta ſeruitus poſito q̄ Adā non peccaſſet. Scd̄s gradus ſerui tutis ē obligatio ⁊ ſubiectio vni⁹ ad alte rum: q̄tū ad act⁹ viles ⁊ ſeruiles: ita tñ q̄ ille ſeru⁹ remanet liber ad ꝯſeruatio nem ſpeciei ſcꝫ ad accipiēdū vxorē abſq̄ licentia dn̄i ſui: et etiam q̄ remanet liber ad ꝯſeruationē indiuidui ſcꝫ ad conſer uandū bona ſua: vt qn̄ aliquis ad tem pus ſeruit alicui dn̄o: ⁊ de iſtis duabus ſeruitutibꝫ non eſt hic queſtio. Tercius gradus ſeruitutis ē totalis obligatio ⁊ ſubiectio vnius ad alterū q̄tū ad actus viles ⁊ ſeruiles: ita q̄ ille ſeruus non re manet liber ad ꝯſeruationē ſpeciei ⁊ in diuidui: imo dn̄s eius pōt eū vendere et de ipſo facere ſicut de vna vacca vł aſino Et de iſta ſeruitute hic eſt ad ꝓpoſitum Prima ſeruit⁹ vocat̃ filialis. ſcd̄a politi ca: ⁊ tercia vocat̃ extrema: ⁊ ab aliquibꝫ miſera. ¶ Ad queſtionē reſpondet̃ q̄ ſm ius nouū cōditio ſeruitutis nō impedit matrimoniū etiā dn̄o ꝯdicente: q̄ ſeru⁹ etiā ꝯiugatus pōt dn̄o ſuo ſeruicia exhi bere. Unde per matrimoniū non ſubtra hitur a domini poteſtate.

Querit̃ ſecundo. Utrū ꝯditio ſeruitutꝫ cū errore impediat ma trimoniū? Conditio ſeruitutis fit cum errore: quādo vnus ipſo ignorante accipit

pſt alium ſeruū. ¶Rñſio. Error cōditionis pōt eſſe tripl'r. Aut paris: vt cū ſeruus contrahit cū ancilla ⁊ econuerſo: ipſis igorantib⁹ alterū eoꝝ eſſe conditionis ſeruitutis. Aut melioris: vt cū ſeruus contrahit cum libera. Aut deterioris: vt liber cum ancilla. In pmis duobus caſib⁹ error nō impedit mr̃imoniū. In tercio vero dirimit matrimoniū: et impedit niſi poſt cognitionē ſeruitutis conſenſerit verbo vel facto.

## Tercio queritur cuius

conditionē ſequatur ples. Utrū patris aut matris. ¶Rñdetur ꝙ ſm leges ciuiles ſiue ius impiale: partus ſequitur ventrem. Ideo dicendū ꝙ ſi mulier ſit ancilla: proles erit ſeruilis cōditionis. Et ſi pater ſit ſeruus et nō mater: tunc ples non erit ſeruilis conditionis.

## Quarto querit. de im-

pedimēto qđ venit ex defectu etatis. circa qđ tria querunt. Primo. Utrū ſtat⁹ etatis impediat mr̃imoniū. Notandū ꝙ debita etas eſt pubertas. Ūn pubertas in maſculo incipit in quartodecimo anno: quia in pudendis incipiūt habere primā barbā. ⁊ tunc poſſunt coire. In muliere aūt incipit in duodecimo anno ¶Ad queſtionē rñdet. ꝙ matrimonium eſt in officiū: in remediū: ⁊ in ſacramētū vel ſignū. In officiū inꝗ̃ procreādi prolem. In remediū: cōtra impulſum libidinis. Et in ſacramentū inſolubilis cōiunctionis. Quoniā igit añ tps pubertatis nō pñt maſculi ⁊ femine gñare: nec feruorē libidinis incitant tanꝗ̃ impotētes ad eius actū. Et etiā quia añ illud tps ſunt variabiles: ⁊ mr̃imoniū eſt immutabile. Ideo decreuerunt iura tales ꝑſonas nō eſſe legitimas añꝗ̃ ad tps veniant pubertatis.

## Quinto queritur. vtrū

defectus etatis impediat contractionē ſpōſalium. Notandum ꝙ ſponſalia dicuntur a ſpondeo es. ere. Ūn ſponſalia ſunt futurarū nuptiarum promiſſio. ¶Rñſio. Spōſalia de iure non poſſunt cōtrahi ante ſeptimum annum. Et ſi cōtrahantur: defacto nihil fit.

## Sexto queritur. vtrū

ſponſalia cōtracta poſt ſeptimū annum poſſint diſſolui per mutuū conſenſum. ¶Rñdendū eſt ꝙ ſponſalia multis modis poſſunt ſolui. Prim⁹ modus eſt voto ſupueniente: puta ſi alter ſponſoꝝ intrauerit religionē. Scđs mod⁹ ſupueniente mr̃imonio: puta ſi cōtrahat cū alia ꝑ verba de pñti poſt ſponſalia. Terci⁹ modus ſupueniēte affinitate: puta ſi cognouit conſanguineā ſponſe. Quartus ſupueniēte infirmitate incurabili: puta lepra vl' mutilatōe alicui⁹ mēbri. Quintus modus eſt altero ſe abſentāte: puta cū vadit in regionē longinquā ſine licentia. Sextus. altero fornicante: puta cū alter cognoſcit alterā ꝗ̃ ſponſam ſuam Septimus eſt. vtroqꝫ volente. Et ꝑ hoc patet rñſio ad queſtionē. Qꝛ ſponſalia ꝯtracta poſt ſeptennīū poſſunt diſſolui per mutuū conſenſū. Octauus modus eſt minore petente: puta ſi cōtracta ſint ſponſalia inter aliquos duos quoꝝ alter eſt in debita etate: alter eſt minor: ecclſia magis fauet minori. Primis duobus modis ſoluunt ſpōſalia ipſo facto: alij ꝟo per iudicium eccleſie.

## Circa diſtinctio-

nem triceſimāſeptimā pmo querit. Utrū ordines minores impediant matrimoniū ¶Rñſio. In iſtis ordinibus minorib⁹ eſt ꝯſiderare ordinē ⁊ officiū ſiue miniſteriū et bñficiū. Et hec tria pñt cōparari ad mr̃imoniū. Nā minores ordines: nec rōne ſui: nec rōne ordinis: nec caracteris: impediunt matrimoniū: quia ꝗ ſolum haberet minores ordines: poſſet contrahere cum muliere: et vti ea in matrimonio Sed tamen minores ordines

impediunt matrimoniũ: quia habẽt oppoſitionẽ ad mrĩmoniũ: ꝙtum ad vſuʒ ꝑpter honeſtatẽ rõne bñficij ⁊ miniſterij q2 matrimonio iunctus non põt tenere bñficium nec miniſtrare circa altare: tñ poteſt ꝯtrahere ſine impedimento.

## Secũdo queritur. vtrũ

ſacer ordo impediat matrimoniũ. No/tandũ ꝙ tres ſunt ſacri ordines .ſ. ordo ſubdyaconatus: dyaconatus ⁊ pſbyteratus. ¶ Rñdeť ꝙ abſq3 dubio (ſicut ſacri dicunt canones) ſacer ordo impedit matrimoniũ ꝯtrahendũ et dirimit iam contractũ: habet eĩm inſeparabiliter continentiam annexam ex voto ⁊ ſtatuto.

## Tercio queritur. vtruʒ

eccleſia debuerit inſtituere hoc: ⁊ ꝑ tale ſtatutũ clericos ad ꝯtinentiã obligare. ¶ Reſpondeť. ꝙ iſtud ſtatutũ de cleri/corũ cõtinentia fecit eccleſia: q2 decuit: q2 expediens fuit. Vñ ſi vxor ſacerdo/tis greci iret ad aliquẽ aliũ: ⁊ cognoſceret eam poſtea: hec ſciens: tunc eſſet irre/gularis. ideo ad remouendũ iſtud vici/um: latini ſe obligauerũt ad cuſtodien/dum continentiã: tum ꝑpter auctorita/tem plators maxime ſummi pontificis tum ꝑpter ꝯſenſum ſubditoꝝ ⁊c̃.

## Quarto querif. Vtrũ

vxorem adulterã occidere licitum ſit. ¶ Rñſio. Interfector ꝓprie coniugis: ſi ex certa ſcientia facit: peccat ꝙrũcunq3 illa ſit adultera. Peccat aũt non tm̃ contra canones: ſed etiaʒ contra ius ciuile. Contra ius diuinũ et canonicũ peccat in ipſo facto qm̃ non debet ipſaʒ adulte/rã interficere: ſed corrigere: cum de9 peccatori paratus ſit parcere in lege grẽ: ſi/cut in exemplo patet mulieris adultere Iohis. viij. Ideo vir non debet vxorẽ ſu/am interficere: etiã poſito ꝙ eam inueni/at in adulterij facto: tñ leges ciuiles concedũt ꝙ ſi vir inueniat vxorẽ ſuã in actu malo ſcʒ adulterio: poteſt eam occidere ſed in hoc non teneñť: q2 ꝯtradicũt legi diuine: in qua precipiť nulluʒ occidere: tñ adhuc ſm̃ illas leges non debet eã occidere: niſi eã inueniat ĩ facto adulterij.

## Quinto querif. vtrum

grauius ſit peccatũ (in genere loqndo) occidere matrẽ: ꝙ vxorem occidere. ¶ Reſpondeť. ꝙ abſq3 dubio graui9 peccatum eſt (in genere loquẽdo) occidere matrẽ ꝙ vxorem: tum rõne pſone exterioris: cui minor debetur reuerentia: tum rõne minoris ꝓnitatis: pronior eſt enim hõ iracundus ad verberandũ vxoreʒ ꝙ matrẽ: qñ eĩm ꝑpter aliquã cauſam diſ/plicet: mirabile odiũ ⁊ tediũ generať: et ideo pronior eſt ad occidendũ vxorẽ ꝙ matrẽ. Ad occidendũ eĩm matrẽ: nullꝰ natura inclinať: niſi ſit ꝑ iniqtatẽ ꝯuer/ſa in crudelitatẽ ſup beſtias.

## Sexto querif. Vtrum

vxoricidiũ impediat matrimonium. ¶ Rñſio. Aliquis põt vxorem occidere tripliciter. Aut pſequẽdo culpã: vt cuʒ in fornicationis crimine deprehendit: et adeo deteſtať ꝙ in vltionẽ criminis eam occidit. Aut pſequẽdo naturã: vt ſi mulier ꝑpter aliquẽ defectuʒ quẽ habet in ſe: non hʒ gratiã viri: ⁊ ꝑpter iſtam dete ſtationẽ eam occidit. Aut pſequẽdo matrimoniũ: vt cũ mechať cũ aliq quã vult ducere in vxorem: ⁊ non poteſt niſi vxore mortua: ⁊ ideo eã interficit. Primum eſt graue peccatũ ꝑpť exceſſum. Scđm eſt grauius. Terciũ grauiſſimũ. In qlibet iſtorum prohibeť a matrimonio cõ/trahẽdo: ſed magis in ſcđo: ⁊ maxime in tercio. Et in oĩbus his tribus caſibus poteſt eccleſia diſpẽſare: ⁊ maxime in iuuenib9: ſed in pmo defacili. In ſcđo difficilius. In tercio aũt quodãmodo ſic ⁊ qdãmõ non: quia nõ diſpenſabiť reſpe/ctu illius perſone cum qua mechabatur: et propter quã in matrimonio habendam occidit vxorem ſuã: poteſt tamẽ diſpenſari de alijs.

Circa diſtinctionem tricesimãoctauã querítur primó qđ ſit votuʒ ſm eſſentiã. Notandũ ꝙ votuʒ ꝓprie dictũ poteſt ſic diffiniri. Votũ eſt ꝓmiſſio ꝓpoſiti ſupererogatiui boni facta deo ad bonũ finem: ex deliberatione firmata ꝑ intentionẽ obligãdi ſe ad implẽdum ꝓmiſſuʒ. ¶ Correlariũ pmũ. Nullus põt vouere homini: ſed ſoli deo: põt tñ benefacere ꝓmiſſionẽ hoĩ. ¶ Secõm correlariũ. Non põt ꝗs vouere ꝛ votum facere de his ad q̃ teneť: vtpote non põt ꝗs vouere ſeruare mãdata dei: ſed requiriť ꝙ votũ ſit de bonis ſupererogationis: hoc eſt ad q̃ non teneť: ſicut ſeruare caſtitatẽ: pauꝑtatẽ ꝛ obedientiã. ¶ Terciuʒ correľ. Votũ non põt fieri niſi ꝓpť bonum finẽ: ꝙ ſi alio mõ fiat: non eſt ꝓprie votum. ¶ Quartũ correľ. Votũ debet fieri ex deliberatione firmata: qđ ſi fiat ex ſurreptione: ꝛ ſine deliberatioe firmata ꝓprie non eſt votũ. Et ꝑ iſtã diffinitionẽ patet rñſio ad queſtionẽ. ꝙ iſta duo ſunt de voti eſſentia ſcȝ ꝓmiſſio ꝛ intentio obligandi.

Secõ queritur Utrum poſſit fieri votũ de oĩbus. ¶ Pro ſolutione notandũ ꝙ oĩa opera: vel ſunt bona vel mala: vel indifferẽtia. Bona opa ſũt duplicia. Quedã ſunt cõia: ꝛ ſunt ĩ ſtatu cõmuni: ſicut eſt matrimoniuȝ. Alia ſunt bona ſupererogationis: ꝛ ſunt q̃ faciũt ſtatũ altiorẽ ꝙ̃ ſit ſtatus cõmunis: vt ſunt tria vota religionis. Et ſic ꝑcepta ſunt bona cõmunia. Cõſilia ṽo ſũt bona ſupererogationis. Per opa mala intelliguntť pctã. Opa indifferẽtia ſunt q̃ de ſe nec ſũt bona: nec mala: ſicut ẽ leuare feſtucã: fricare barbã. ¶ Rñdeť igiť ad qõnẽ ꝙ votũ pt capi dupľr. Uno mõ gñaliter: ꝛ ẽ de his q̃ ad deũ ptinẽt ꝛ faciũt ad ſalutẽ: ſicut ſũt ꝑcepta. Alio mõ capiť ſpãliter ꝛ ꝓpe: ꝛ ẽ de his q̃ ꝓmouẽt ad ſalutẽ vltra ſtatũ cõmunẽ: vt ſunt cõſilia xpĩ: q̃ ſunt opa ſupererogatõis: ꝛ oĩa bona opa ad q̃ nõ tenemur: ſicut ẽ ꝑegrinatio: ieiuniũ ꝛc̃. ¶ Regula. Queciꝗ̃ ſunt bona cadũt ſub voto: q̃ aũt his oppoſita ſunt (vt q̃ ad diſpendiũ ſaluťȝ vergũt) ſub voto cadere nõ pñt. vtpote non põt ꝗs votũ facere de occidẽdo hominẽ. Nã votũ debet habere tres comites: ꝗs habet iuramẽtũ. ſ. veritatẽ: iudiciũ ꝛ iuſticiã. Primo nãꝗ̃ neceſſe eſt vt ſit iuſticia. ſcȝ vt illud qđ voueť ſpectet ad ſalutẽ ꝛ ſit bonũ ꝛ honeſtũ. Secõ ẽ iudiciũ: vt vouẽs deliberate voueat ꝛ nõ ꝑcipitanť. Tercio eſt veritas: vt diſcrete ꝛ iuſte: qđ vouit: ꝑſoluat. Si ꝗ̃ illud qđ voueť: ad detrimẽtũ faciat iuſticie nõ ẽ lex voti: nec obligatio. ſed ipſi voto fit iniuria: nec eſt obligatio ad ſeruandũ: ſȝ potius ad penitendũ. De opib⁹ aũt indifferentib⁹ dicendũ eſt ꝙ duplex eſt indifferẽs. Quoddã eſt qđ põt circũſtantionari circũſtãtia virtutis ſicut comedere ꝛ abſtinere: q꞉ comedere de ſe eſt op⁹ indifferẽs: tñ põt aliꝗs ex charitate comedere: ſicut fecit ſanctus Franciſcus: ꝛ hꝫ põt vouerí. Aliud eſt opus indifferens qđ nihil facit ꝗ̃tuȝ eſt de ſe: vt leuare feſtucã. vel ire ad ꝑata. ꝛ hoc non põt voueri ſeu non põt fieri votum. Et ſic ptȝ ꝙ de oĩbus opibus bonis que faciũt ad ſalutẽ põt fieri votũ. loquendo de voto generaliter capto. et ſpecialiter fit votũ de operibus ſupererogationis.

Tercio queritur de materia ĩ q̃: ſiue de ſubiecto in q̃ eſt votũ: hꝫ eſt q̃rere ꝗs poſſit vouere. ¶ Rñ. Votũ ꝓcedit a libera volũtate. Oĩs ğ q̃ libere põt facere qđ vult: nullo impedimẽto in ſe exiſtente nullo homine defacto impediente: nullo iure prohibente: poteſt ſimpliciter vouere: qui aũt in oĩbus ſubeſt nihil põt ꝑ ſe vouere: q̃ aũt in aliquib⁹ ſubeſt ſm id in q̃ ſubeſt nõ põt vouere. ¶ Primũ correľ. Qm̃ vxor ſubeſt viro: ꝛ puer pr̃i in regimie vite: nihil poſſunt

circa huiuſmodi vouere qđ ſit ſtabile:ſi
ne eoꝝ auctoritate: vtpote mulier nō po
teſt vouere ire ad ſctm̄ iacobum: vel ad
ſanctam Barbarā ſine licentia viri.
¶ Scđm correlariū. Quia vir in debi-
to carnis ſubeſt vxori:ideo nō pōt voue
re caſtitatem abſq; conſenſu mulieris.
¶ Terciū correlariū. Religioſus ſub-
eſt in omnib⁹ q̄ ſunt intra religionē. Et
ideo nihil pōt ſine ſui prelati vouere vo
luntate. ¶ Quartuꝫ correlariū. Quia
ſeru⁹ ſubeſt dn̄o ſuo q̄tum ad ſeruitiū
corpale. Jdeo qđ cōtra hoc eſt: non pōt
facere: ꝛ in iſto vouere.

## Quarto queritur de ob

ligatione voti. Circa qđ tria queruntur.
Primo de voti obligatione ꝑ cōparati-
onē ad mrimonij cōtractionē. Et ſuppo
ſito ꝙ votū cōtinētie publicū ꝛ ſolenne
impediat matrimoniū ꝯtrahendum: et
dirimat cōtractū. queritꝛ. Utrum votū
ſimplex impediat matrimoniū. Notan-
dum ꝙ duplex eſt votū ſcꝫ publicum et
priuatū. Uotū publicū eſt illud qđ po-
teſt in publico ꝛ in iudicio ꝓbari ꝑ teſti
moniū duoꝝ vel trium. Uotū ꝟo priua
tum ſiue particulare eſt illud qđ non pōt
ꝓbari ꝑ teſtimoniū duoꝝ vel triū. No-
tandum vlterius ꝙ adhuc duplex eſt vo
tum ſcꝫ ſolenne ꝛ ſimplex. Uotū ſolēne
eſt qđ ſolemniſatꝛ aliqua iſtarū ſolennita
tum ſcꝫ vel ſacri ordinis ſuſceptione: vt
pote quādo fit ſubdyaconus vel dyaco-
nus: vel ꝓfeſſionis emiſſione quando fit
coram prelato: vel habitus profeſſoruꝫ
aſſumptione cum alijs que hominē pro
feſſum oſtendunt. Uotū autem ſimplex
eſt quod fit ſine aliqua iſtarum ſolenni-
tatum. ¶ Ad queſtionem reſpondetur.
Q2 votum continētie eſt tale votum ꝙ
generaliter impedit matrimoniū cōtra
hendum: ſed non generaliter dirimit iā
contractractum: niſi ſit ſolenniſatum.
Nam ſi aliquis emiſiſſet ſimplex votuꝫ
non poſſet contrahere matrimoniū ſine
peccato: qđ ſi tamē faceret: nō poſſet po
ſtea dirimi matrimoniū. Si autem emi
ſiſſet votum ſolenne: non poſſet mrimo-
nium contrahere: immo ſi cōtrahat ma
trimoniū debet dirimi ꝛ dirimitur.

## Quinto queritur. vtrū

poſſit mutari votum. ¶ Reſpōdetꝛ ꝙ li-
cet votum mutari ex cauſa ſcꝫ ꝙ recipit
recōpenſationē: ſed nō ex leuitate nec ex
propria voluntate quā obligauit: ſed ex
neceſſitate ſiue vtilitate cū prelati aucto
ritate: excepto voto religionis etiā ſta-
tus ꝑfectionis: in quod poteſt aliud vo-
tum cōmutari ſine prelati licentia: quia
propter ſui dignitatem licentiā dant iu
ra. Sanum tamen eſt conſilium ꝙ fiat
ſuperioris auctoritate. vbi nō creditur
ꝙ cōtradicat: ne videatꝛ ex leuitate ꝓce-
dere: ꝛ auctoritatē ſuperioris contēnere.
Notandū ꝙ q̄ſtio intelligitꝛ de paruis
votis: ſicut de ieiunio: ꝑegrinatione: et
ſic de alijs q̄ pn̄t recompēſari.

## Sexto queritur. vtrum

ſummus poontifex poſſit diſpenſare in
voto. Reſponſio. Diſpenſatio dicitꝛ du-
pliciter. Uno modo vt eſt iuris relaxa-
tio ſiue reuocatio. Alio mō vt ē iuris de
claratio. Papa igitꝛ pōt diſpēſare in vo-
to: vt diſpēſatio eſt iuris declaratio: q2
pōt etiā auctoritatiue declarare vota:
vt cū aliqs vouit ieiunare ꝛ poſtea ꝓpē
infirmitatē nō pōt ieiunare papa pōt de
clarare ꝙ ꝑ orationē vꝉ elemoſynā: q̄ eq
ualet illi ieiunio pōt ſatiſfacere. Si aūt
accipitꝛ diſpēſatio: vt eſt iuris reuocatio
tūc papa in nullo voto pōt diſpēſare: q2
ſoli deo ptinet reuocare votum. Et ideo
papa nō pōt reuocare quantūcunq; par
uum votum pōt tn̄ illud declarare ſm
ꝙ pōt recōpenſari. Tamē in trib⁹ votis
religionis. ſ. paupertate obediētia ꝛ caſti-
tate. papa non pōt diſpēſare reuocādo
vota: nec etiā cōmutādo: q2 nihil ē meli⁹
in tota xp̄ianitate q̄ ſtat⁹ ꝑfectionis: ꝛ ideo
non poſſent recōpenſari hec tria vota.

Circa diſtinctio-nem triceſimãnonaȝ primo querit̃. Utrũ matrimoniũ poſſit cõtrahi inter fidelẽ ⁊ infidelẽ. Notandũ ꝙ infidelis põt capi dupľr. Uno mõ qꝛ caret fide. vt ille qui eſt baptiſatus: et tñ eſt hereticus. Alio mõ qꝛ caret ſacro fidei. i. non eſt baptiſatus. Et de iſtis duobꝰ modis põt intelligi q̃ſtio. Ꝗuis magis intelligat̃ q̃ſtio de infideli non baptiſato. ¶ Rñſio. Si aliquis eoꝝ ſit infidelis. i. ꝙ ſolũ careat fide: tunc illa infidelitas impedit mrĩmoniũ ꝯtrahendũ: ſed nõ dirimit cõtractum. Si aũt aliquis eoꝝ ſit infidelis. i. ꝙ careat ſacramento fidei ſcȝ baptiſmo tunc illa infidelitas impedit mrĩmoniũ ꝯtrahendũ. ⁊ dirimit iã contractũ.

Scđo querit̃. Utrũ ſacramentuȝ mrĩmonij ſit inter fidelem ⁊ infidelem? ¶ Rñdet̃ ꝙ mrĩmoniũ eſt inſtitutũ in officiũ. in remediũ. ⁊ in ſacrm̃ et iſta cõplete hȝ ſm ꝙ eſt inter fideles. Apud ꝓo infideles hȝ iſta ſm rõnem ſemiplenã: nam in officiũ qꝛ eſt ꝓcreatio plis legittime: ſed nõ ad cultũ dei. Apđ aũt fideles eſt ad cultum dei. Et rurſus dat̃ ibi gr̃a remittẽs cõcupiſcentiã rõne bñdictionis adiuncte. Apud infideles ꝓo maritali affectu cognoſcẽtes vxores eſt excuſatio a culpa: ſed nõ dat̃ gratia: apud fideles eſt vtrũqȝ. Et ideo ad q̃ſtionem dr̄ ꝙ inter infideles eſt mrĩmoniũ. licet ſemiplenũ ⁊ non ratum propter defectum fidei ſacramenti.

Tercio querit̃. Utrum matrimoniũ infideliũ excuſet coitũ ſiue ꝯiugalẽ actũ: vt non ſit ibi peccatum. ¶ Rñſio. Matrimoniũ inter infideles ẽ in remediũ ſemiplenũ: qꝛ infideles affectu maritali vxores ſuas cognoſcẽtes excuſantur a culpa: ſed non dat̃ eis gratia. Et ꝑ hoc pꝫ rñſio ad q̃ſtionẽ.

Quarto queritur. vtrũ mrĩmoniũ añ baptiſmũ ponat in numerum cũ matrimonio ꝯtracto poſt baptiſmum. ita ꝙ talis bigamus iudicetur. ¶ Reſpõſio. Qui añ baptiſmũ habuit vnã vxorem (ſicut dicit Auguſtinꝰ ſup eplaȝ ad Thimotheũ) ⁊ poſt baptiſmũ habuit aliã dr̄ bigamus. Nec ibi tenet̃ opinio Hieronymi q̃ dicit ꝯtrariũ.

Quinto queritur. vtrũ altero veniente ad fidẽ: altero remanente in infidelitate: ſoluat̃ mrĩmoniũ ꝗtũ ad fidelem. ¶ Rñdet̃ ꝙ dupľr loquẽdũ eſt de matrimonij ſolutione: aut ꝗtũ ad cohabitationẽ ⁊ mutuã ſeruitutẽ: tũc hȝ eſt in ptãte fidelis. Si aũt loq̃mur de ſolutione ꝗtũ ad vinculi ruptionẽ diſtinguendũ eſt: qꝛ aut infidelis vult cohabitare cũ fideli: aut non. Si nõ vult cohabitare: nec debituȝ matrimonij reddere: tũc frangit̃ mrĩmoniũ. ⁊ põt fidelis aliã accipere vł religiouẽ intrare. Si aũt vult cũ fideli cohabitare: adhuc diſtinguendum eſt: qꝛ ſi vult habitare cũ fideli cuȝ blaſphemia noĩs xp̃i. aut vt fidelẽ ad infidelitatem attrahat: tunc fidelis põt ſeparari: ⁊ põt frãgi mrĩmoniũ q̃ ad vinculum. Si autem velit cohabitare ſine blaſphemia noĩs xp̃i: ⁊ ita ꝙ nõ ptrahat fidelẽ ad peccatũ: tũc non ſoluit̃ mrĩmoniũ: qꝛ nec iniuriat̃: nec facit ꝯtumeliam deo: nec matrimonio: nec marito.

Sexto queritur. vtruȝ matrimoniũ ſoluat̃ q̃ ad infidelẽ. ¶ Reſpondendũ ꝙ ſtatim poſt diſceſſum ſoluitur vinculũ a parte viri fidelis: quia ſtatim poteſt alteri coniungi. Sed mulier remanens infidelis non põt alteri cõiungi in mrĩmonio ꝗdiu maritus eius viuet: ⁊ hoc in penam peccati: niſi maritꝰ eius intret religionẽ. vel ſuſceperit ordines: quia tunc poſſet cum alio contrahere. Notandũ ꝙ ſimiliter dicendũ eſt in iſtis de viro ſicut de muliere ⁊ ecõuerſo.

**Septimo q̄ritur. vtrū** matrimoniū ſoluat ſi alter coniugū ſit infidelis. ſpecialiter quo ad fidem.
¶ Rn̄ſio. Altero coniugū labente in infidelitatē. non ſoluit nec frangit vinculum m̄rimonij: poſſunt tn̄ bene ſepari q̄ ad cohabitationē. Ratio autē hu9 eſt vt p̄cludat malis via ſimulationis et deceptionis: q2 multi fingerēt ſe hereticos: vt dimitterent vxores ſuas. Cetere rōnes patent in textu.

**Octauo queritur. vtrū** infidelibus venientib9 ad fidem ſoluat matrimoniū ꝑpter ꝑſonarū illegittimitatem: vt ſi habet ſororem in vxorem.
¶ Rn̄ſio. Illegittimitas ꝑſonaꝝ ad matrimoniū eſt duplex. Una eſt ſm̄ naturam ⁊ inſtitutionē diuinā. vt puta ꝙ filius non ꝯtrahat cū matre: nec ꝑ cū filia. Itē ꝙ alligatus vxori non ducat aliam: vel etiā in gradib9 diuina lege prohibitis Leuit. xviij. (vt dicunt iuriſperiti) vbi ꝓhibent ſcd̄s gradus. Et hec illegittimitas aſtringit fideles ⁊ infideles: et ſi in illegittimitate tali contrahit matrimoniū apud infideles: ſoluit cū veniunt ad fideꝫ: quia quod extra dei decretum factum eſt (vt dicit Ambroſius) non putādum eſt matrimonium: ſed cū cognoſcitur emendandū: hoc debet emēdari. Unde ſi iudeus contrahat cum ſorore in ſecūdo gradu ad fidem veniens ab ea ſeparatur. Si aūt contrahat cum vxore fratris (quia hoc eſt in lege cōceſſum) non ſeparatur. Alia eſt illegittimitas ex eccleſie conſtitutione: vt ſunt perſone infra quartum gradum: ⁊ hec non artat infideles: nec impedit matrimonium quin contrahatur: quia non tenentur eccleſie ſtatuta ſeruare. Et ideo venientibus ad fidem propter iſtam illegittimitatem non ſoluitur matrimonium.

**Circa quadrageſimā** diſtinctionē querit p̄rimo. Utrū conſanguinitas ſit aliqđ vinculū. ¶ Pro declaratione ponende ſunt alique difficultates ⁊ alique regule. Notandū itaqꝫ ꝙ conſanguinitas eſt vinculū ꝑſonarū ab eodē ſtipite deſcendentiū: carnali ꝓpagatione contractū. *[margin: conſanguinitas.]* Stipes autē vocat ꝑſona a qua duxerunt aliqui originem: a qua deſcendētes ſunt cōſanguinei ad inuicē: ⁊ illi etiam a quo ſunt. Scd̄o videndum eſt quid ſit linea cōſanguinitatis q̄ ſic diffinit. Linea eſt ordinata collectio perſonarū ꝯſanguinitate ꝯiunctarum ab eodē ſtipite deſcendentiū diuerſos gradus continēs. Et dicit ordinata collectio: qm̄ ſicut ordo eſt in linea p̄dicamētali ſm̄ ſuperius ⁊ inferius ſic in linea ꝯſanguinitatis prius ⁊ poſterius: ſicut patet in arbore. Tercio notandū eſt ꝙ gradus eſt habitudo diſtantiū perſonarū qua cognoſcitur quota generationis diſtantia differant inter ſe due perſone. Et nota ꝙ iſta diffinitio eſt ſm̄ iura canonica: non ſm̄ iura ciuilia: q2 hic gradus accipiunt ſm̄ numerū collectarum in linea. His viſis notande ſunt he tres notule ſiue regule. ¶ Prima regula. Nulli licet contrahere cū aliqua vſqꝫ ad quartū gradū incluſiue: ⁊ talis ē huiuſmodi ꝓhibitio ꝙ ſi q̄s ꝯ eā p̄ſumpſerit copulari: nulla longinq̄tate defendatur annoꝝ cū diuturnitas tp̄m nō diminuat pcc̄m: ſed augeat. ¶ Scd̄a regula. Toto gradu ꝑſone deſcēdentes a ſtipite diſtant a ſeinuicem: quoto diſtāt a ſtipite. Et ideo ſi aliquis vult ſcire quoto gradu aliq̄ ſibi attineant (cū talis attinentia originēꝫ ducat a ſtipite) oportet ꝙ ad illā ꝑſonā recurrat cui ꝯiungitur immediatius. Exempla manifeſta ſunt vt ſi ab a ꝓcedat g ⁊ b: ⁊ b generet c: et c generet d: ⁊ d e: et e f. Similiter g generet h: et h generet i; et i k: et k l. Si vis

ſcire quotto gradu diſtant f et l. opoꝛtet vtriuſq̄ generationē ad a reducere quia totto gradu differūt ad ſcinuicem quotto a ſtipite ¶ Tercia regula eſt: qñ perſone inequaliter diſtant a ſtipite: vt pote quādo vna in ſcdo gradu et altera in quinto: tunc linea cōſanguinitatis et gradus debet cōputari ſm diſtantiam magis remoti. Et iſta regula confirmatur p illud qđ dicitur extra de ꝯſanguinitate in vltima decretali q̄ eſt in gregoriana. Ratio autē huius eſt: q2 tota ratio ꝓximitatis oꝛtū habet a ſtipite. ergo nullus ꝓximioꝛ eſt alicui collaterali q̄ ſtipiti. Si ergo diſtat a ſtipite p quinq̄ gradus. pari rōne diſtat a collaterali. ¶ Rñſio ad queſtionē. Cōſanguinitas eſt vinculum qđ ſpecialiter eſt in genere hominis z nō in genere beſtiarū. Rationes patēt in textu.

## Scđo queritur. vtrum

cōſanguinitas matrimonio p̄ebeat impedimentum. ¶ Rñſio. Vinculū ꝯſanguinitatis impedit matrimoniū in aliquo ſui gradu pꝛopter dictamē legis nature. in aliquo propter pꝛohibitionē legis diuine. In aliquo ꝑpter ſtatutū eccleſie. Vñ. Naturale eſt apud oēs q̄ filius non coniungaꝛ matri: z q̄ filia nō coniūgatur patri. Pꝛopter aūt pꝛohibitionē legis diuine impediꝛ matrimoniū p cōſanguinitatē vſq̄ ad ſcđm gradu3: ſicut ptz Leuiti. xviij. vbi pꝛohibetur q̄ frater nō accipiat ſoꝛoꝛem in vxoꝛē. Vlterius ꝑpter ſtatutū eccleſie ꝓhibeꝛ matrimoniū a ſcđo gradu z deinceps.

## Tercio q̄ritur vſq̄ ad

quē gradum conſanguinitas impediat matrimoniū. ¶ Dicendū q̄ ſm tpa nr̄a matrimoniū impediꝛ a gradibus cōſanguinitatis vſq̄ ad quartū gradū incluſiue: ſicut ptz extra de conſanguinitate. Nō debet. in decretali edita in concilio generali. Quare aūt ſic inſtituit eccl'ia rōnes ꝑlixe z ꝯgruitates patēt in textu ſancti Bonauenture. Et in figura ſeq̄nti ſcz arboꝛe conſanguinitatis.

Sequitur arboꝛ conſanguinitatis.

## Circa diſtinctionem

q̄dragesimamp̄rimaz (in qua de affinitate agiꝛ) queriꝛ pꝛimo. Vtrū p oēm coitū contrahaꝛ affinitas. Notandū q̄ differt eſſe affinē: z eſſe ꝯſanguineū. Nā ꝯſanguinitas venit ex carnis ꝓpagine: ſed affinitas venit ex carnali cōmixtiōe p̄ſuppoſita ꝯſanguinitate. Vñ affinitas ſic diffiniꝛ. Affinitas ē ꝓximitas pſonarū ex carnali copula ꝓueniēs carēs omi parētela: z p̄ſupponēs ꝯſanguinitatē. Vñ ſi q̄s cognoſcit mulierē: efficiꝛ affinis oībus cōſanguineis mulieris p illam cōmixtionē: z ecōuerſo in muliere. ¶ Coꝛrelariū. Licet vir ꝯtrahat cū muliere: niſi habeat carnalē cōmixtionē cū muliere ipa: ꝯſanguinei viri nō erūt affines illi mlieri. His viſis ponunꝛ q̄dā regule. ¶ Pꝛima regl'a. In pmo gn̄e affinitat3 nō l3 ꝯhere vſq̄ ad q̄rtū gđū incluſiue: ſic dictū ē de ꝯſāguinitate Q ſi q̄rtū gđū velis cogſcere: recurre ad pſonā mediāte q̄ ꝯcta eſt affinitas: z totto gđu diſtas a perſona cui es affinis: vt ſi ꝯtraxiſti cū mliere: fact⁹ es affinis ꝯſanguineis illi⁹ mlier3: z q̄to gđu aliq̄s eſt ꝯſanguine⁹ vxoꝛis tue: toto gđu eſt tibi affinis. z ſicut ei attinet i q̄rto gđu: ita z tibi. z ſicut nō liceret vxoꝛi ꝯhere in illo gđu: ita nec tibi. ¶ Scđa regl'a eſt q̄ ex q̄ ꝯ:ta eſt affinitas moꝛtua pſona mediāte q̄ ꝯtracta eſt affinitas nihilomin⁹ manet affinitas. p eo q̄ viculū ē ꝑpetuū ſicut de ꝯſanguinitate. ¶ Tercia regl'a Affinitas ꝯhiꝛ nō ſolū p mr̄imoniū: ſed etiā p coitū foꝛnicariū. Et p h̄ ptz rñſio ad q̄onē q̄ affinitas gn̄aliter ꝯhiꝛ p oēm coitū in q̄ eſt cōmixtio ſeminū. Et notāter ponitur cōmixtio ſeminū: q2 ſi ſolū eēt pollutio extra vas vſui mr̄imonij deputatū: tunc non eſſet ibi affinitas.

**Scđo queritur.** Utruꝫ affinitas tranſeat in alterū: vtpote ſi petrus cōtrahat cū maria ꝛ moꝛtuo petro maria contrahat cū altero. vtputa cum iohāne: tunc querit. Utrum ꝯſanguinei petri ſint affines ipſi iohāni? ¶ Rñdet. ꝙ non: qꝛ affinitas neceſſario preſuppoſnit ꝯſanguinitatē. mō ꝯſanguinei petri nullo mō ſunt ipſi marie ꝯſanguinei: ſꝫ ſolū affines: ꝛ hoc loquendo ſm moderna tpa: nam antiq̄tus ſolebāt tria poni affinitatis genera. Uerbi grā. Si petrꝰ contrahat cum maria: ꝯſanguinei petri erūt affines ipſi marie. ꝛ conſanguineis eius in pmo gñe affinitatꝫ. Si aūt moꝛtuo petro: maria ꝯtrahat cū alio. vtputa cū iohāne. tūc antiquitus ꝛ ſm antiq̄ iura conſanguinei petri defuncti erant affines ipſi iohanni in ſcđo gñe affinitatis. Si ꝟo defuncta maria: iohānes contrahat cuꝫ altera: vtputa cū katherina: tunc ꝯſanguinei petri erāt affines ipſi katherine in tercio gñe affinitatis. Sꝫ mō illa duo vltima genera non habent locum: ſed ſolū primū genus.

**Tercio querit.** Utrum affinitas ꝑſtet mr̄imonio impedimētū. ¶ Rūſio. Affinitas impedit mr̄imoniū ſicut habet extra de ꝯſanguinitate ꝛ affinitate: ꝛ hoc intelligendū eſt de affinitate que precedit mr̄imonij ꝯtractionē: nō de ea q̄ ſupuenit. Si eñ precedat: impedit ꝯtrahendū ꝛ dirimit iam ꝯtractum qꝛ facit ꝑſonā illegittimā ſm eundē modū ꝛ eaſdē rationes: ꝑ quē modū ꝛ ꝑ q̄s rōnes facit ꝯſanguinitas. Si aūt ſequatur matrimoniū: non pōt ipm diſſoluere cū ſit vinculū indiſſolubile. Si tñ cōtractum eſt ꝛ ꝯſummatū: ambo ſunt ad ꝯtinentiā monendi. Si ꝟo ꝯtractū eſt ꝛ ratificatū ꝑ verba de p̄nti (cū ſolui non poſſit: niſi alter coniugū ingrediat religionē) opoꝛtet neceſſario ꝙ ille q̄ malicioſe cognouit cōſanguineā vxoꝛis ſue abſtineat a petitione debiti: qꝛ non pōt petere: ſed tñ reddat debitū: ſi eiꝰ vxoꝛ nō vult ꝯtinere: vel opoꝛtet ꝙ ille ingrediatur religionem qđ pōt facere: qꝛ nondū mr̄imoniū eſt ꝯſummatū. Si tñ vxoꝛ ſit in culpa: ita ꝙ ꝯſenſerit in peccatū. perdit ius petēdi debitū. Sic ḡ concedendum eſt ꝙ affinitas p̄cedens matrimonium ꝗ̄tum ad primū genus: ita impedit matrimoniū ſicut ꝯſanguinitas.

**Circa quadrageſimāſecundā diſtinctionem** (in qua de ſpūali determinatur cognatione) Primo querit. Utrū cognatio ſpūalis ꝯtrahat ꝑ ſacra. ¶ Notanduꝫ ꝙ cognatio ſpūalis eſt ꝓpinquitas aut ꝓximitas ꝓueniens ex ſacramēti donatione vel ad illud tentione. De donatiōe ſacramēti: vt qñ ſacerdos vel alius baptiſat vel dat aliđ ſacramentū. De tentione ad illud ſacramentū: vt ſunt illi q̄ tenent in baptiſmo baptiſatū: ꝛ vocant patrini vel matrine. Notandū etiā ꝙ tres ſunt ſpecies in cognatione ſpūali. Una dr̄ patrinitas vel matrinitas: ꝛ hec attendit inter eū q̄ baptiſat vł qui tenet baptiſatū: ꝛ inter baptiſatum. Alia dr̄ cōpaternitas: q̄ attēditur inter patrē ſpūalē ꝛ carnalē: et ſic ille q̄ baptiſat vel tenet puerū: eſt cōpater vel cōmater pueri p̄ris ꝛ mr̄is. Tercia ſpecies dr̄ ꝯfraternitas: ꝛ hec intelligitur inter patrē ſpūalem et carnalē: vt ſi aliqs pater habeat filiū carnalē. ꝛ ille pater teneat in baptiſmo aliquē puerū: iſte puer erit frater ſpūalis predicti filij carnalis. Notandū inſuꝑ ꝙ perfecta cognatio ſpūalis ſolūmō ꝯtrahit in duobꝫ ſacris ſcꝫ in baptiſmo ꝛ in cōfirmatione Ex h̄ pꝫ rñſio ad q̄nē ꝙ cognatio ſpūalis cōtrahit ꝑ ſacra. Notandū ꝑterea ꝙ ſpūalis cognatio ꝯtrahit dupl̄r. ſ. directe ꝛ indirecte. Indirecte: vt qñ efficitur cōmater alicuiꝰ ꝑ actū viri. vel ecōuerſo vir efficitur cōpater ꝑ actū vxoꝛis: vt ſi vxoꝛ alicuiꝰ viri teneat aliquē puerū in

baptiſmo tunc ille vir efficitur indirecte cōpater matris pueri: directe vero ɔtrahitur per actū propriū quando ſcʒ tenet aliquē puerū in baptiſmo.

**Secundo querit̄. Utrū** cognatio ſpūalis impediat matrimoniū. ¶ Reſponſio. Cognatio ſpūalis pt ſequi aut p̄cedere matrimoniuʒ. Si ſeqtur gn̄aliter verū eſt ꝙ nō pōt infringere matrimonij vinculū. Sed tn̄ q̄ꝰtum ad ius ſoluēdi debitū ē diſtinguēdū: quia aut h̄ factuʒ eſt ex neceſſitate: vtputa qn̄ paruulus ē in piculo mortis: et nō ē qui baptiſet euʒ. Aut ex ignorantia: vt pote ſi aliqs baptiſet puerū ſuū vel teneret: ꝛ tn̄ nō crederet ipm̄ eſſe filiū ſuū. Aut ex induſtria. In p̄mo caſu ſimplr̄ nō perdi tur ius ſoluēdi mr̄imonij debitū nec petendi. In ſcd̄o caſu ſimplr̄ (ſi facta fuerit diligentia) nō perdit̄. In tercio caſu perdit ius ſoluēdi q̄ hoc facit: tn̄ (qꝛ peccatū ſuū alteri nō debet imputari) tenetur reddere niſi ambo ſcʒ vir ꝛ mulier in hoc fuerint ɔſentiētes. Si aūt cognatio ſpūalis p̄cedat matrimoniū (illa inquā q̄ ɔhitur p baptiſmū ꝛ ɔfirmationē) tūc impedit ɔhendū: ꝛ dirimit iā ɔctū. Impedit aūt cognatio matrimoniū ſm̄ tres differētias. ſcʒ paternitatis. cōpaternitatis. ꝛ fraternitatis: de quibꝫ dictuʒ eſt in queſtione p̄cedenti: ꝛ patet in textu.

**Querit̄ tercio. Utrum** ſpūalis cognatio traſſeat ab vno in alterum. ¶ Reſponſio ſtat in vna diſtinctōe q̄ p hos patet v̾ſus. Que mihi: vel cuius mea: natū fonte leuauit. Hec mea cōmater: fieri mea nō valet vxor. Si qua mee natū: nō ex me fonte leuauit. Hanc poſt fata mee non inde vetabor habere. Declaratio habetur in textu.

**Querit̄ quarto. vtrum** cognatio legal̄ ſit aliqδ vinculū. ¶ Notandū ꝙ cognatio legalis ē ꝓpinquitas ſiue ꝓximitas proueniens ex adoptione. Unde triplex oritur propinquitas ſiue ꝓximitas ex adoptione. Una eſt quaſi deſcendentiū: q̄ attendit̄ inter adoptantem: ꝛ filiū vel filiam vel neptim adoptatam. Alia ē a latere ſcʒ illa q̄ eſt inter filium naturalē ꝛ filiā adoptiuā. Tercia vero eſt quedā affinitas q̄ eſt int̄ adoptatam ꝛ vxorē adoptantis vel int̄ adoptantem ꝛ vxorē adoptati. Notandū itaqꝫ ꝙ adoptare ē pſonā extraneā in filiū vel filiam: vel nepotem: vel neptim: vel deinceps legitime aſſumere ¶ Correlarium primū. Mulier nō pōt adoptare: niſi ex reſcripto p̄ncipis ſibi in ſolatiū cōcedat̄ filiorum. Iſte em̄ actꝰ ē ꝓprie virorum. ¶ Secundum correlariū. Non pōt vir minor viginti annorum aliquē adoptare niſi forte iuſta cauſa interueniat. Uñ ille poteſt adoptare q̄ paterfamilias ē ꝛ ſui iuris. ¶ Tercium correlariū. Requirit̄ ꝙ vir adoptans poſſit gn̄are. Nā ſpado vel nimis frigidus nō poteſt adoptare. ¶ Reſponſio. In cognatione legali eſt vinculum ꝛ hoc ſtatuit eccleſia.

**Querit̄ quinto. vtrum** cognatio legalis impediat matrimoniū ¶ Reſponſio. Cognatio legal̄ impedit matrimoniū: ꝛ hoc ſtatuit eccleſia.

**Querit̄ ſexto. Utrum** cognatio legal̄ trāſeat ī alterū ¶ Rn̄det̄ ꝙ vinculū adoptionis trāſit in alteram pſonā dupl̄r. ſcʒ p carnis cōmixtionē: et p generationē. Per carnis cōmixtionem trāſit ad ſemp: vt ſi aliquis adoptet aliquē filiū: ille filius nunꝙ̄ pōt matrimonium ɔhere cū vxore adoptantis. Sil̄r ſi talis filꝰ adoptatus ɔheret matrimoniū cū aliqua muliere: tunc nunꝙ̄ pater adoptans pōt ɔhere cū illa muliere. Sʒ p generationē trāſit ad tēpus: quia filij naturales nec ſemp cohabitāt nec ſemp cū parentibꝫ habent bona indiuiſa: imo cū emancipantur: patrem ꝛ matrē relinquunt ꝛ etiā filij adoptiui poſſunt emancipari. Et hinc eſt ꝙ nō manet vinculuʒ

quia poſt emancipationē filius naturalˀ pōt accipere filiā adoptiuā: tñ pater ꝗ adoptauit nūꝗ̄ pt eā accipe: nec etiā pᵒ emancipationē. ¶ Ad ampliorē pdictorum declarationē notandū ꝙ matrimoniū aliqñ impedit ꝓpter iuſticiā publice honeſtatis. Vñ publice honeſtatis iuſticia ē quedā ꝓximitas ex ſponſalibus ꝓueniens: habens robur ex eccleſie inſtitutione ꝓpter honeſtatem. Et ideo ſi petrus ꝯtrahat cū bertha: licet non cognoſcat eā carnalr̄: tñ poſt mortē berthe nō pōt petrus matrimoniū ꝯhere cū cōſanguineis berthe: nō quia eis ſit affinis q2 non fuit carnalis copula: ſed propter publice honeſtatis iuſticiam.

## Querit ſeptimo de ſedere nuptiali circa qd̄ tria requiruntur

Primo vtrum nuptie ſecūde ſint licite. ¶ Reſponſio. Non tm̄ ſecunde nuptie ſed etiā tercie z quarte z ampliores ſunt licite: dū tñ fiant bono fine. ſc3 ꝓpter prolem generandā: vel ꝓpter fornicationem vitandā vel ꝓpter neceſſitatē ſuā ſuſtentandam: vt cū ꝯtrahit vir cū muliere vt ipm̄ foueat z econuerſo. Unde Auguſtinus. Non ꝯtemnimᵒ quoslibet nuptias. Et Iheronimᵒ etiā ait ꝙ dominus nō damnauit mulierē ſeptemuirā. i. que habuit ſeptem viros.

## Octauo querit. vtrum

nuptie ſecūde ſint ſacramētales ſiue habeant rōnē ſacramēti. ¶ Reſponſio. Dupliciter eſt loqui de ſecūdis nuptijs aut in ſe aut in relatione ad pmas. Si in ſe: ſic (cū ſit ibi ꝯſenſus exp̄ſſus inter legitimas pſonas) eſt ibi ſacramētū: nec eſt ibi diuiſio ſed vnio carnis viri et mulieris. Si autē loqmur in cōparatione ad pmas: ſic manet in eis incōpleta ſacri rō ꝓpter carnis diuiſionem: quia in primis carnē ſuā vniuit cū viro: in ſecundis cum alio: z talis diuiſio tollit de plenitudine ſignificationis: quia prime nuptie ſignificant vnionem chriſti cum eccleſia: quod ꝓprie nō ſignificant ſe eunde.

## Nono queritur vtrum

ſecunde nuptie ſint honorabiles. ¶ Reſponſio. Secūde nuptie ꝓprie loquēdo nō ſunt honorabiles vt p3 p illud ceſarienſis concilij. Preſbyteris in nuptijs bigami prandere nō cōuenit: cū penitētia bigamᵒ indigeat. Si igit ſecūde nuptie eſſent honorabiles nō prohiberet p̄ſbyteris in ipſis prandere. Alie rōnes patent in textu. Notandū tñ ꝙ licet nō ſint honorabiles nō tñ ſunt vituperabiles quia carent culpa: imo ſunt tollerabiles. Vñ nec dñs nec ſancti eas ꝓhibent tanꝗ̄ malas: ſed tñ eas non ꝑſuadent tanꝗ̄ defectiuas. Cetera patent in textu.

## Circa diſtinctionem

qdrageſimātercia (in qua poſt determinationem prime partis huiᵒ libri pncipalis: q̄ ē de ſanitate gr̄e incipit determinare de ſanitate glorie.) Primo querit An reſurrectio ſit futura. Notandū ꝙ duplex ē reſurrectio. Quedā eſt increata: z eſt ipſemet deus efficiens z cauſans reſurrectionē creatā tam corporalem ꝗ̄ ſpūalem. Et iſta reſurrectio nō eſt futura: ſed fuit ab eterno. Alia ē reſurrectio creata z iſta ē triplex. ſc3 ſpūalis. tpalis z corporalis. ¶ Reſurrectio ſpūalis eſt illa qua qs reſurgit de pctō ad gratiam Et iſta ſolum fit a deo. Unde in apocalipſi. Hec eſt reſurrectio prima. beatus qui habet partem in iſta reſurrectione. Et de iſta non eſt queſtio. Sed reſurrectio tēporalis eſt illa qua quis quādoꝗ̄ cadit de proſperitate huius ſeculi: z tandem reſurgit ad talem proſperitatem: ſicut patet de Iob. neꝗ̄ de iſta eſt hic ad ad propoſitum. ¶ Reſurrectio vero corporalis eſt reunio animarū intellectiuarum ad corpora ſua. Poteſt etiā ſic diffiniri. Reſurrectio eſt corporis facti corruptibilis ad animā iterata vnio. Et de

iſta eſt hic queſtio. Notandū φ futurū eſt aliqḋ poſſibile quod erit qñq͡3. ¶ Ad queſtionem reſponſio. Recta fides dicit reſurrectionē corpoꝛu3 noſtroꝝ: ſicut dicunt tria ſimbola fidei. Et ad hoc credendū fideles adiuuanť ꝑ fidē reſurrectionis xp̄i iā facte. Si em̄ xp̄s eſt caput ⁊ mēbꝛa debent cōfoꝛmari capiti: cū xp̄s reſurrexit ꝯn̄s eſt vt et nos reſurgamus vt autē credat fidelis reſurrectionē xp̄i ꝑſuaſum ē ſibi ꝑ apoſtoloꝝ multa teſtimonia. Perſuadet etiā ipſa pietas fidei φ nullo mō xp̄i corpus incineratū pōt excogitare. Sup hoc fidei fundamētū ſuperedificať ꝑſuaſio rōnis triplicis. Prima rō eſt renumeratio iuſticie diuine φ retribuet homini ſicut meruit. Nam reſurrectio erit beatis augmentū gloꝛie: ⁊ repꝛobis augmentu3 pene. Scḋa rō eſt ꝯfirmatio gloꝛie: φ oēm anime cōplebit appetitū. Tercia rō eſt ꝑfectio nature φ cōſiſtit in toto cōpoſito: nō in altera eius parte: quia hoīs ꝑfectio nō ſtat p̄ciſe in anima nec pꝛeciſe in coꝛpoꝛe: ſed in illa vnione coꝛpoꝛis ⁊ anime.

## Secundo q̄ritur Utrū

reſurrectio ſit oīm hoīm. ¶ Reſponſio. Sicut oīm eſt moꝛs: ita oīū erit reſurrectio. Notandū aūt φ duplex eſt reſurrectio. Quedā ē reſurrectio ad iudiciū ⁊ iſto mō reſurgent oēs. Alia ē reſurrectio ad vitam eternā. Et de iſta reſurrectione dı̄ Johannis. vi. Nemo venit ad me niſi pr̄ qui miſit me traxerit eū ⁊ ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Et iſta reſurrectōe nō oēs reſurgēt: ſ3 ſolū beati

## Queritur tercio. Utrū

reſurrectio ſit oīm ſimul an ſucceſſiue. ¶ Reſponſio. Reſurrectio coꝛpoꝝ non erit ſucceſſiua: ſed oīm ſimul. Et huius pn̄t eſſe rōnes ſex. Prima ē ſeueritas diuini iudicij que penā incinerationis inflixit coꝛpoꝛi vſq͡3 ad aduentū filij dei ſecundū: ſicut inflixit penā carentie viſionis vſq͡3 ad aduentū pꝛimū: ⁊ hui⁹ rō eſt quia oēs ſum⁹ in vno pꝛincipio peccati. Uñ ꝑ iſtā rōnē excipiť beata virgo: que iā reſurrexit (vt pie tenet eccleſia) quia nō fuit in oꝛiginali cōcepta. Scḋa ratio eſt meritū fidei: quia multū meremur in credendo nos remunerari ⁊ reſurgi qui videmur eſſe ſimiles beſtijs in moꝛiēdo q͡3 ſi hoc expimento viderem⁹ nō habere mus meritū. Tercia rō eſt vnitas coꝛpoꝛis myſtici: quia cū oēs vnū coꝛpus ſumus in chꝛiſto. ideo neceſſe eſt φ ꝯtū ad aliquā gloꝛia3 ſc3 coꝛpoꝛis reſurgamus ſimul. Quarta rō eſt ſubſidiū nr̄e infirmitatis: q͡3 ſancti dū deſiderant ſua coꝛpoꝛa vehemētius etiā deſiderant ſalutē noſtrā: ⁊ ideo ſepius oꝛant ꝓ nobis: quia nunq͡3 coꝛpoꝛa coꝝ erūt vnita ſuis aīabꝫ quouſq͡3 reſtaurata erit antiqua ruina. Quinta rō eſt manifeſtatio diuine iuſticie: quia cū omnibus debet eſſe notum quanta iuſticia damnet malos ⁊ ſaluet bonos: ideo vltimā diſtributionē diſtulit vſq͡3 ad vltimum ſeu nouiſſimū diem vt omnes compareant et videant peccata ſua: ⁊ peccata omniū: nec ſancti triſtabuntur dicendo. Miſericoꝛdias domini in eternū cantabo. Sexta ratio eſt cōſummatio gloꝛie: quia tunc ſimul ꝯſummetur gloꝛia: quia licet angeli habeant omnē gloꝛiā eſſentialē: tamē non habent omnē gloꝛiā accidentalē: quia gaudiu3 erit eis de reparatione antique ruine: et de gloꝛia coꝛpoꝛum noſtroꝝ. Similiter dicendū eſt de hominibꝫ beatis pꝛopter quatuoꝛ dotes coꝛpoꝝ que ſunt claritas agilitas. ſubtilitas: ⁊ impaſſibilitas.

## Querit̃ quarto Utrum

reſurrectio ſit eoꝛūdē ẜm numerū. Notandū φ ad identitatem ẜm numerū rei naturalis requiriť φ ſint eadē pꝛincipia ſc3 eadē materia ⁊ eadē foꝛma ¶ Rn̄ſio. Reſurrectio erit eoꝛundē numero: quia idem hō qui moꝛtuus ē reſurget in ſua pꝛopꝛia carne ⁊ anima ⁊ hoc erit virtute diuina ⁊ ſupꝛa naturā. ¶ Pꝛo amplioꝛi

declaratione queſtionis ponunt̄ quedã ꝓpōnes. ¶ Prima ꝓpō. Omnē entitatē cauſabilē pōt deus ſimplr̄ creare ⁊ pducere ad eſſe de omnino nihil. Et iſto mō creauit naturā angelicā: ⁊ materiā pmā. ⁊ etiā creat aīas noſtras. ¶ Scdā ꝓpō. Omē entitatē realem abſolutā et reſpectiuam quā deus pōt creare: illā pōt omnino annihilare. ¶ Tercia ꝓpō. Omnē entitatē abſolutā quā de⁹ creauit: ⁊ poſt creationē ſimplr̄ annihilauit: poſt adnihilationē eandē numero pōt reparare: quia eque res manēt poſſibiles poſt creationē ⁊ adnihilationē ſicut erāt ante creationē. Nec valet qđ obicit̄ ꝙ deus non pōt facere ꝙ mulier corrupta ſit iterum virgo: quia illud pteritū nō ponit idētitatem abſolutā. Sed deus pōt facere ꝙ illa mulier corrupta habebit eandē integritatē mentis ⁊ corporis ſicut prius habebat anteꝙ corrūperetur: ⁊ iſtud dicit idētitatē abſolutā. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Deus pōt ex quolibet facere qđlibet vt ex lapidib⁹ pōt facere hoīem: ex hoīe pōt facere angelū ⁊ ecōuerſo. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Omne quod non implicat ꝯtradictionē poteſt deus facere.

**Querit̄ quinto. vtrum** reſurrectio ſit naturalis: an miraculoſa hoc eſt. vtrū agens naturale poſſit facere reſurrectōnē: an ſolū poſſit fieri a deo Notandum ꝙ agens naturale eſt omne aliud a deo. ¶ Reſpōſio ad q̄ſtionē. In reſurrectione tria ſunt. Primū eſt corporis ex pulueribꝫ reformatio. Vñ pulueres ibi capiunt̄ pro illa materia de q̄ formata erant corpora: ſiue illa ſit ſub forma vermiū ſeu herbarū: ſiue aque: ſiue terre: ⁊ breuiter ſub quacunqꝫ forma ſit Et iſta collectio puluerum fiet miniſterio angeloꝝ etiā ſucceſſiue vt dicit Scotus. Sed reformatio corpoꝝ fiet a deo ⁊ ſupra naturā. Secundū eſt ipſi corpori reformato anime vnio. Et licet ſanctus Bonauentura dicat hoc eſſe per naturam (quia anima ſe vnit corpori ſuo qđ valde deſiderabat) nō tamen tenetur a Scoto. Et melius videtur ꝙ hoc ſit ſupra naturam: quia licet anima ſe poſſit vnire corpori: ſicut mouens mobili (ſicut poteſt diabolus) nō tamen poteſt ſe vnire corpori tanqꝫ forma informās ſuo informabili (quod requirit̄ ad perfectā vnionem) ſed ſolum hoc fiet a deo. Tercium quod eſt in reſurrectione eſt vnitorum. ſcꝫ corporis ⁊ anime: inſeparabilis colligatio. i. vnio quod etiam fiet ſupra naturam. Et ſic patet reſponſio ad queſtionem ꝙ reſurrectio erit miraculoſa et non naturalis.

**Sexto queritur que ſit** cauſa noſtre reſurrectionis. ¶ Reſponſio. Reſurrectio chriſti eſt cauſa noſtre reſurrectionis. Unde in chriſto eſt aſſignare noſtre reſurrectionis duplicē cauſam. ſcꝫ efficientē ⁊ exemplarē. Efficientem autē eſt dupliciter aſſignare: aut ſicut primū principiū: ⁊ ſic chriſtus ſm diuinitatē: et tota trinitas eſt cauſa efficiens: aut ſicut inſtrumentum ⁊ ſic eſt vox chriſti ſm humanitatem: ad cuius vocationem mortui reſurgent. Unde tantā virtutē habebit illa vox ꝙ audietur in paradiſo: in inferno: in purgatorio: et ꝑ vniuerſum orbem: ita ꝙ ad illam vocem omnes cōparebunt. Similiter cauſa exemplaris eſt duplex. Una in qua res cognoſcitur ⁊ diſponitur. ⁊ ſic eſt filius dei ſm diuinā naturā ⁊ tota trinitas. Alia eſt qua res inchoatur et exemplificatur. ⁊ ſic ē reſurrectio chriſti: quia talia erūt corpora noſtra (vt dicit Auguſtinus de trinitate) quale chriſtus ſua reſurrectione monſtrauit.

**Pro ſecūda par**te diſtinctionis hui⁹ in qua de apertione librorum agitur duos habens articulos. ¶ Circa primum itaqꝫ articulum.

Primo queritᷓ de libro vite. Utrū liber vite ſit filius dei. Notandum φ liber poteſt capi dupliciter. Uno modo ꝓprie: ⁊ ſic capitur ꝓ ſuo ꝓprio ſignificato ad qḋ imponitur vt liber Ariſtotelis dr̄ liber: ⁊ ſic nō capitur hic. Alio mō capitᷓ trāſſumptiue ⁊ metaphorice: ⁊ iſte ē duplex ſcꝫ liber vite ⁊ cōſcientiarū liber. Liber vite capitᷓ duplr̄. Uno modo nihil aliud ē q̄ⁿ ipſa noticia dei in qua viuūt oīa ꝑ noticiā. Et dicitᷓ liber methaphorice nā liber ꝓprie capt⁹ cōtinet duo ſcꝫ ſcientiam in ſe: q2 in ipſo ſcribitᷓ ſcientia: ita ⁊ in libro vite ſcribuntur oīa ꝑ verā noticiā. Habet etiā aliqd quo ad nos: q2 liber facit nos habere memoriā oblitoꝝ: ſic et in fine iudicij: oīa erūt aperta: tā bona q̄ⁿ mala: ⁊ ſic reducentur ad memoriam. Unde ſicut dicit Aug⁹. Liber vite iſto mō eſt quedā vis diuina cauſata imediate a deo qua fiet vt in die iudicij vnicuiq₃ bona ⁊ mala reducenᷓ ad memoriā. ¶ Ad queſtionē reſpondeᷓ ꝑ tres ꝓpōnes. ¶ Prima propō. Liber vite eſt ipſa dei noticia q̄ viuunt oīa. ¶ Scḋa ꝓpō. Liber vite eſt quedā vis diuina cauſata imediate ⁊c̄. vt ante qōnis reſponſionē habitū ē. Et iſto mō liber vite eſt qḋ creatū. ¶ Tercia ꝓpō. Nec humanitas xp̄i nec xp̄us inq̄ⁿtū hō dicendus eſt liber vite. Et ſic pꝫ rn̄ſio.

Queritᷓ ſecundo que ſit hui⁹ libri ſcriptura. ¶ Reſpōſio. Sicut ars ⁊ exēplar ē totius trinitatis ⁊ tñ appropriatur filio: ſic ⁊ liber vite. Sed notandū φ creaturarū ad deū ē duplex cōparatio. Una in exeundo ⁊ hec ē omniū creaturarū: q2 oīa exeunt a deo. Et ſic filius dei dr̄ ars plena oīm rōnū viuentiū ⁊ ſcriptura hui⁹ libri ē eterna diſpoſitio oīm producendoꝝ q̄ⁿtū ad ſuas rōnes ⁊ ydeas. Alia eſt cōparatio in redeundo: ⁊ hec eſt creaturarū ad beatitudinē ordinatarū: q2 regreſſus eſt ꝑ virtutē: quies ꝑ beatitudineꝫ. Et ſic filius dei dr̄ vite liber. Et ſcriptura iſtius libri eſt predeſtinatio oīm ſaluandoꝝ. ⁊ ſic ſoli ſaluandi ſcribuntur in iſto libro.

Tercio queritur vtrum neceſſe ſit hunc librū aperire. ¶ Reſpondetur φ (ſicut dictū eſt) liber ē exeuntiū ⁊ redeuntiū. Differunt autē exitus ⁊ regreſſus: quia exitus tm̄ a deo dependet. Sed regreſſus eſt a dei grā ⁊ voluntate nr̄a: q2 regreſſus eſt ꝑ merita que fiunt a deo ⁊ voluntate nr̄a. Qm̄ igitᷓ iudicium erit ſm̄ merita nr̄a: ⁊ merita ſunt a nob: ⁊ a deo. ideo ad penſandā quantitatem ⁊ dignitatē meritoꝝ neceſſe eſt aperiri libros ꝯſcientiarū ⁊ librū vite: in quo apparet quātitas gratie ſm̄ menſuram liberalitatis diuine.

Queritur quarto q̄lr̄ us aperietᷓ liber. ¶ Reſponſio. Dupliciter eſt loqui de apertione libri: aut q̄ⁿtū ad ipſius libri intuitionē: ⁊ ſic ſolūmō aperietur bonis: qui videbunt eſſentiā diuinam: ⁊ ipa (tanq̄ⁿ in vero libro) videbūt ſcripta in libro. Aut ad ſubſequentē cognitionē: ⁊ ſic omnib⁹ erit apertus: quia boni ſe ibi legentes cognoſcent ſe ꝑdeſtinatos. Mali ꝟo ex hoc ipſo φ in libro legere nō potuerūt: ſcient ſe eſſe non predeſtinatos ad vitam.

Circa ſecundum articulum ſcḋe partis queritur de libris ꝯſcientiarū. Et primo queritᷓ Utrū oīa merita leganᷓ in ꝯſcientia vel quedam. Notandū φ meritū capitur duob⁹ modis. Uno mō large: ⁊ eſt qḋcunq₃ opus a voluntate libere elicitū vel imperatuꝫ dignuꝫ remuneratōe vl̄ ꝑmio aut dignū ſupplicio vel pena eterna. Et iſto modo capitᷓ in ꝑſenti qōne meritū. Alio modo capitᷓ meritū ꝓprie et eſt qḋcunq₃ opus a voluntate libere elicitū vel imperatū dignū ꝑmio ⁊ vita eterna. Et iſto modo ſola bona facta in charitate dicunᷓ meri

ta. Liber ꝯſcientie eſt ipſe intellect⁹ in q̄
ſunt vel fuerūt ſcripte oēs cogitationes
bone vel male: q̄ in nobis fuerūt: ⁊ ē ipſa
voluntas in qua ſunt vel fuerūt omnes
affectiones bone vel male quas vnq̄ ha
buim⁹: ita ꝙ ex iſtis duob⁹ codicib⁹ com
ponit̄ liber ꝯſciētie. ¶ Reſponſio. Oim
meritoꝝ erit ibi lectio ⁊ memoria. Ra/
tiones patent in textu.

## Querit̄ ſecundo. Utrū
quilibet legat oīa in alterius ꝯſcientia.
¶ Reſpondet̄ ꝙ oia nota erunt omnib⁹
tam bona q̄ mala in ipſo iudicio ſm ꝙ
vult Anſhelmus ⁊ Bernhardus ⁊ text⁹
⁊ gloſa conſonant. Unde Bernhardus
ſup illud prime Corinth. iiij. Illumina
bunt̄ abſcondita tenebrarū: dicit cuncta
archana cunctoꝝ cunctis ibi patebunt.
Etiā dānati videbūt beate magdalene
⁊ oīm ſanctoꝝ merita ⁊ ecōuerſo. Nec ha
bebunt beati erubeſcentiā: ſed erit bea-
tis materia laudandi deū: ⁊ erit dānatis
in ſcandalū ⁊ penaꝫ. Et ſic manifeſtabit̄
iuſticia ⁊ miſericordia dei.

## Querit̄ tercio. Utrum
oia videant̄ ſimul ab omnib⁹. ¶ Reſpon
ſio. Omnes repente vel ſimul oia pctā
videbūt: ⁊ credendū eſt magis ꝙ ſimul.

## Circa diſtinctio/
nem quadrageſimāquartā
(cui⁹ due ſunt ptes quarū
quelibet tres hꝫ articulos)
querit̄ primo. Quid reſurgat q̄tū ad in
digentiā. vtrum humores reſurgāt. No
tandum ꝙ quatuor ſunt principales hu
mores corporis humani. ſcꝫ ſanguis. co/
lera. melancolia. et fleuma. Et quilibet
hō participat in iſtis q̄tuor tn̄ aliq̄ plus
in vno q̄ in alio. Notandū etiam ꝙ ſm
Auicennā differūt humor ⁊ humiditas
Nā humor ppꝛie eſt in venis. Humidi
tas autē eſt extra venas: et dirigitur ad
alia mēbra. Et iſta eſt duplex. Quedaꝫ
eſt nutrimentalis qua nutrimur: et iſta
humiditas nō reſurget. Alia eſt humidi
tas cōplexionalis q̄ efficitur caro ⁊ iun/
gitur corpori noſtro ⁊ iſta humiditas re
ſurget. De humorib⁹ autē dicendū eſt ꝙ
abſq̄ dubio humores reſurgent ſicut di
cit Ambroſius in ſermone de martyrib⁹
Dignū et cōgruū ⁊c. Notandū ꝙ hoies
reſurgēt in pfectiori etate. ſcꝫ. xxx. ānoꝝ

## Querit̄ ſecundo de his
q̄ ſpectāt ad ſupfluitatē: q̄ ſunt inteſtina
capilli ⁊ vngues. vtrū reſurgent. ¶ Re-
ſpondet̄ ꝙ reſurget in corpore nō tm̄ qḋ
eſt de ipſi⁹ neceſſitate. ſcꝫ caput. cor. bra
chia. ⁊ cetere partes principales: ſed etiā
qḋ eſt de integritate ⁊ de decentia ⁊ pul
chritudine. Cū igitur capilli et vngues
ſint de decentia (quia caluiciū eſt impfe/
ctio nature) ideo reſurgent. Silr ⁊ inte-
ſtina ſunt de nature pulchritudine. Uñ
Aug⁹. i libro de ciuitate dei. In interio
ribus viſcerib⁹ (que nullū decus modo
videnſ̄ habere) ita pulchritudo rōnis de
lectabit: vt omni forme apparēti q̄ ocul̄
placet ſm mentis iudiciū pferatur.

## Quantū ad ſecūdū arti
culū querit̄ pmo. Cū caro eſt in duob⁹
hominib⁹. Utrū reſurget in pmo vel in
ſecundo. Notandūꝫ ꝙ Ariſtoteles dicit
ꝙ aliqui homines ſunt ita beſtiales ꝙ ve
ſcuntur carnibus hominū ⁊ huiuſmodi
ſunt tartari ⁊ barbari. Cum ergo caro
pmi hominis mortui cōuertatur in ſub
ſtantiam ſecundi hominis ⁊ carnē come/
dentis illas carnes: queritur in quo iſto
rum hominum reſurget illa caro. ¶ Re
ſponſio. Reſurget in primo: quia ſecun/
dus furatus eſt illam et ſibi vſurpauit.
Et reparabit deus materiā ſecundi de
alia materia.

## Queritur ſecūdo q̄d in
quolibet reſurgat quantum ad mēbra.
vtrum ſcꝫ materia vniuſcuiuſq̄ membri

reſurgat in ſuo membro an indifferenter in quolibet. ¶ Reſpondet ꝙ in membro ſiue in eius materia eſt aliquid ꝯſiderare qđ eſt de ſubſtantia ꝛ ꝑfectione: et ſic vnūquodqꝫ membrū ex ſua ꝓpria materia reformabit. Eſt etiam aliquid qđ eſt de ſuperfluitate ſicut aliqua mēbra plus habent de materia ꝙ̄ ꝯueniens ſit forme mēbri ꝛ tunc qđ eſt ſuperfluū in vna parte ꝑ totū diſpargetur ſi alia mēbra indigeant materia: vt nō abundent vnū mēbrum ab altero niſi ꝙ̄tum debet.

## Pro tercio articulo partis

prime querit Qualia erunt corpora reſurgentiū. et primo ꝙ̄tum ad electos. Utrum corpora electoꝝ reſurgant cum deformitatibꝫ. Notandum ꝙ duplices ſunt deformitates. Quedā ſunt de ordinatiue que veniunt ex malo ꝛ deformi ſitu membrorū: vt ſi aliquis haberet oculos in pectore: vel brachiū in capite. Et iſte nō remanebunt in beatis. Alie ſunt deformitates quātitatiue: vt ſi quis haberet nimis groſſum caput: vel nimis groſſum ventrē. Et ſimiliter beati non reſurgent cū iſtis deformitatibꝫ. Et ſic breuiter concedendū eſt ꝙ nulla deformitas erit in corporibꝫ electorum.

## Secūdo querit. vtrum

deformitates reſurgent in corporibꝫ dānatorum ¶ Reſpondet breuiter ꝙ in corporibus damnatoꝝ nulla erit pulchritudo: ita ꝙ ſi habuerint turpitudinem in hoc mūdo in eis remanebit. Et ſi in hoc mundo habuerint pulchritudinē: auferetur ab eis: ꝛ erunt turpiſſimi et viliſſimi: pleni omni feditate ꝛ infectione. Notandū tamen ꝙ in eis non erit deformitas per diminutionē. Nam ſi in hoc mundo nō habuerit quis brachia vel tibias tunc illa deformitas reparabit ad augmentū pene vt puniatur in omnibꝫ membris: quia in hoc mūdo bene voluiſſent brachia ad faciendū mala.

## Circa ſecundam

partem huius diſtinctionis querit de paſſibilitate damnatoꝝ. Et primo queritur Utrum ſit ponere cruciatū eternū quē vocamus infernū. ¶ Notandum ꝙ infernus capitur tribus modis. Uno modo pro omni illo quod eſt ſub globo lunari Et ſic iſte mūdus dicit infernus. Habet etiam quatuor loca ſm ꝙ ſunt q̄tuor elementa. Unde pſ. Eruiſti animā meam ex inferno. Alio mō capitur infernꝰ pro loco ſubterraneo. Et iſte habꝫ quatuor loca ſiue cameras. In prima ꝛ ſuperiori eſt limbus patrum: in quo erant patres ante paſſionē xp̄i. Et ibi nulla erat triſticia nec pena ſed ſolū ꝓuabant ad tempus viſione diuina. In ſcđa camera eſt purgatoriū in q̄ purgant aīe decedentes cū grā habentes aliqđ purgabile. Et in iſtis ſolis duobꝫ locis deſcendit xp̄s: ſm ꝙ dicit ſimbolū fidei. Deſcendit ad inferna. In tercia camera eſt limbus puerorū qui moriunt abſqꝫ baptiſmo: et ibi nullū patiunt dolorē nec triſticiā: ſed ſolum priuant viſione diuina. In quarta camera ꝛ infima eſt locus damnatorū et ibi cruciant eternaliter. Et omnibꝫ iſtis modis ꝓprie nō capitur hic infernꝰ. Tercio modo capit infernꝰ pro cruciatu ꝛ pena: quo cruciatu ꝛ pena dānati affliguntur. Nā poſſibile eſt ꝙ dānati poſſint in alio loco cruciari extra illū locū q̄ vocat infernꝰ: ꝛ iſto mō capitur hic. ¶ Ad queſtionem reſpondet ꝙ quorundā fuit opinio ꝙ licet ſit infernus: nō tñ eſt eternus quia nimis durū eſſet ꝙ pro vno peccato mortali momentaneo cruciet hō eternaliter. Et iſta opinio fuit Origenis et ſequaciū eius. Sed in hoc multum errauit: quia contrariū dicit chriſtus Matthei. xxv. capl'o. Ite maledicti in ignem eternum. Item Iſaie vltimo. Uermis eoꝝ non morietur: ꝛ ignis eoꝝ non extinguetur Congruū etiā ē vt pulchritudo

infernus. Origen[...] erro[...]

vniuerſi ſeruet quibuſdā antitheſis (hoc eſt ꝓ cōtrariū) vt ſicut bonis bona reddun tur eterna: ita ⁊ malis eterna ſupplicia. Neceſſariū eſt etiā ad ſeruandū ordinē iuſticie. vt vnicuiꝗ reddatur ſm merita ſua cū ventum fuerit ad iudiciū. Peccator autē cū peccat: peccat cōtra bonum eternū ⁊ infinitū: ⁊ ex hoc dignus eſt cruciatu eterno. Et dū deceſſerit nō eſt amplius locus meriti: ac per hoc nō erit remiſſio pcti. Ideo quia ſemper eſt culpa: ſemp etiā erit ⁊ pena. Nā poſt mortē nō deletur culpa mortalis: quia nō eſt amplius tempus merendi vel demerendi. Multe ſunt alie rationes in textu. Vide ibidem.

## Secundo q̄ritur vbi ſit infernus.

Notandū ꝙ infern⁹ ibi capit ꝓ loco inferni in quo cruciāt dānati ¶ Ad queſtionē dicit ꝙ licet Auguſtin⁹ voluerit dicere ꝙ infern⁹ nō eſt locus corporal' ſed eſt qd ſpūale tñ a modernis nō tenet Sed ſequunt Gregoriū q̄ dyalogorum quarto. dicit infernū eſſe locū corporalē ⁊ ſubterraneū q̄ exiſtit in medio terre. Et ſicut celū empyreū eſt locus pulcherrimus ⁊ ameniſſim⁹ ita ille locus ē teterrimus ⁊ viliſſim⁹. Eſt etiā in medio ⁊ in infimo terre. Nā ſicut mediū poli dicit infim⁹ locus: ita ⁊ mediū terre dicit infimus locus eo ꝙ īmūdus. Et ē ſub paradiſo terreſtri deſcendendo in centro: id eſt in corde terre.

Circa ſecundum hui⁹ partis articulū querit de qditate pene infernal' Et primo vtrū affligens in inferno ſit ignis verus: habēs formā et naturā ⁊ ignis ſpēm. Notandū ꝙ qdruplex eſt ignis. Quidā eſt ignis elemētaris ⁊ eſt ipm elementū quod eſt in ſpera ignis: ⁊ iſte ignis nō cōburit: quia celū ē incorruptibile. Alius eſt ignis calcis ⁊ eſt ille q̄ accendit aqua ⁊ extinguit oleo: ⁊ iſte ignis ē in calce. Tercius ē ignis infernalis ⁊ iſte ignis ē vſtiuus: ⁊ non combuſtiuus: quia vrit et nō cōburit: infert paſſionē ⁊ nō mortē. Quartus eſt ignis pinguedinis q̄ fit ex multis ꝯfectionib⁹: ⁊ iſte ignis nec vrit nec cōburit: ſed ſolū illuminat. Vnde dicit Guillerm⁹ pariſienſis ꝙ ſi qs inungeret capillos ſuos illo igne bñ ꝑ ſpaciū duarū vl' triū horaꝝ daret lumē ⁊ claritatē pſentib⁹. ita q i vna menſa ꝑ totā cenā nō indigerent alio lumine. ¶ Notandū etiā ꝙ adhuc triplex eſt ignis. Quidā eſt ignis carbo: et iſte ignis viuit in terra capiendo terrā large tā pro ligno q̄ȝ pro ferro ⁊ ceteris metallis: ⁊ etiam pro ipſa terra. q: in aliqbus partib⁹: vtpote in brabantia et flandria fit ignis de terra. Scđs eſt ignis flāma ⁊ iſte viuit in aere quia notū eſt ꝙ flāma ignis ſemper aſcendit ſurſum ⁊ viuit in aere. Tercius ē ignis lux: ⁊ iſte viuit in ſeipſo. ſcȝ in ſua ſpera q̄ eſt imediate ſub globo lunari ⁊ iſte ignis (licȝ ſit calid⁹) nō cōburit ſed ſolū lucet q: ibi nō eſt materia cōbuſtibilis. ¶ Reſponſio. Licet Auguſtin⁹ noluerit iſtā qōnem ſoluere (quia videbat ei temerariū eā ſoluere) tñ Gregori⁹ (qui fuit doctor modern⁹) tanꝗ inſpirat⁹ a ſpūſctō dicit q̄rto dyalogoꝝ. Ignē infernalē corporalē eſſe nō ambigo: cū dicat. Ite maledicti in ignē eternū. Math. xxv. Et cum ſecuti ſunt oēs doctores moderni. Sed habet alias ꝓprietates ⁊ operationes q̄ȝ habeat noſter ignis quia ille ignis eſt tenebroſus ⁊ ſulphureus ⁊ tamen non conſumit corpora in que agit.

## Secundo q̄ritur Vtrū

puniens in inferno ſit ignis ſolus: hoc ē querere vtrū dānati ſolū cruciēt ī igne ¶ Reſponſio. In inferno (ſicut ex ſcriptura colligitur) quatuor elementa eſſe creduntur ad ꝑfectā damnatoꝝ punitionē Vnde in inferno eſt calor intenſiuus in igne ⁊ frigiditas intenſiua in aqua. Vñ Iob. xxiiij. Ab aquis niuiū tranſibunt,

ad calorem nimiū. Erit eñ ibi ignis ar/
dens: ⁊ aqua cōgelans ⁊ aeris inquietu/
do ⁊ ꝑturbatio ⁊ terre fetor. Vñ Grego
rius. In inferno erit frigus importabi/
le: ignis inextinguibilis: fetor intollera/
bilis. Poſſibile eſt etiā ꝙ aliqs in eodez
inſtanti habeat intenſiuū calorē ibi ⁊ in/
tenſiuū frigus: ⁊ hoc in diuerſis mēbris
Nam eſt poſſibile ꝙ diues dānatus ſolū
cruciabat in lingua ꝑ calorē ignis: ⁊ qđ
in ceteris membris habuiſſet intenſiuū
frigus. Ad illud qđ obijcit ꝙ dñs dicit
Matth. xxv. Ite maledicti in ignē eter/
num: ⁊ ibi ſolū nominat ignē ⁊c. Dicen/
dum ꝙ ꝑ ignē intelligit oīs cruciatus.
vel ꝙ ipe nominauit ignē tanꝙ̄ pncipa/
lem penā. Et ſm phm a maiori debet fi
eri denominatio.

## Circa terciū arti/
culū (ꝗ eſt đ actione ignis) queritur primo. Vtrum ille ignis ſit cōſumptiuus cor/
porum. Notandū ꝙ cōſumptio eſt deſi/
tio rei c̄trum ad eſſe ſubſtātiale: ⁊ idem
eſt ꝙ annihilatio. ¶ Rñſio. Licet ignis
affligat corꝑa: tñ non ꝯſumit. Si autē
queraf. Vtrū corrūpanf corꝑa in igne.
Diſtinguendū eſt de corruptione. Naz
vno modo corruptio dicit deſitionē rei
c̄trū ad eſſe ſubſtātiale: ⁊ hoc mō idē eſt
ꝙ cōſumptio. Et tali mō non corrūpenf
cū non moriank. Alio mō corruptio idē
eſt ꝙ pꝰuatio bone diſpoſitiōis: ⁊ hoc qñ
a corporibꝰ damnatoꝝ auferet quies et
bona diſpoſitio que generat in aīa vo/
luptatem. Et iſto mō corꝑa damnatoꝝ
corrumpenf: quia nullā habebūt conſo/
lationem: ſed erūt abſorpti in pena. Et
per hoc patet rñſio ad qōnem ꝙ ignis in
fernalis non eſt cōſumptiuꝰ corpoꝝ.

## Scđo queritur. vtrum
ille ignis ſit afflictiuus ſpirituū. Notā/
dum ꝙ ibi ſpūs capif pro angelis ⁊ aīa/
bus intellectualibꝰ. ¶ Rñſio. Spūs ſe/
parati a corpore cruciantur non tm̄ per
ſummi boni abſentiā: ſʒ etiā ꝑ afflictiuā
pñtiam ſcʒ per ignem. Sed videndū eſt
qualiter hoc fiat. Dolor eñ (ſicut patet
per Auguſtinū. xiiij. de ciuitate dei) eſt
diſſenſus ab his rebus que nobis nolē/
tibus accidunt. Vñ ad hoc ꝙ dolor ge/
nerēf ab aliquo in anima: quattuor con
currunt. duo ex parte aīe. Primū eſt per
ceptio ex parte cognitionis. Scđm de/
teſtatio ex ꝑte affectionis. Et iſta duo
ſunt in demonibꝰ. Primo qꝛ habēt verā
cognitionē qꝛ locus inferni eſt horribi/
liſſimus: viliſſimus ⁊ ſumme afflictiuꝰ.
Scđo qꝛ coartabunf ⁊ cōtra voluntatē
ſuā incarcerabuntur ibi: et ideo ex illa
deteſtatione generabif in eis maximus
dolor ſiue triſticia. Silr̄ dicendū eſt de
aīabus. Sed ex parte agentis ſcʒ ignis
ſiliter requirunf duo. Vnū eſt ꝙ immit
tet anime ꝑceptionē ⁊ cognitionē. et ſic
ignis erit inſtrumentuʒ diuine iuſticie:
qꝛ ſemper demones ⁊ anime habebūt in
mente memoriam illius ignis: ita ꝙ nō
poterūt ſeparari ab illa cogitatione. et
hoc in eis cauſabit maximā triſticiam.
Aliud eſt ꝙ violenter ⁊ inſeꝑabiliter ad
hereat ꝯtra repugnantiā volūtatis. Et
ſic demones ⁊ aīe in ſe erunt afflicte: qꝛ
nollent cogitare de illo igne: ⁊ tñ detine/
buntur ⁊ ꝯtra voluntatē ſemper cogita
bunt đ illo igne. Et iſte eſt modus quo
affligenf demones ⁊ aīe in ſe. Et dicitur
ibi aīe in ſe: qꝛ aliā afflictionē adhuc ha
bebunt de cōbuſtione corpoꝝ ſuoruʒ: ſi
cut patʒ ꝑ experientiā. Notandū ꝙ nec
demones nec aīe in ſe cōburenf in igne:
ſed ille ignis cauſabit in eis triſticiaʒ: ſi
cut dictum eſt.

## Circa diſtinctio/
nem q̄drageſimāquintam (cuiꝰ tres ſunt articul) q̄ri
tur pmo đ receptaculis aīa
rum. Vtrū añ xp̄i aduentū aīe deſcēde/
rint ad infernū. Notandū ꝙ infernꝰ ibi
capif pro loco ſubterraneo. Et iſte hʒ

q̃tuor cameras: vt patuit diſt. p̃cedẽti. ¶ Ad queſtionẽ dĩ ꝙ aie decedentes in gratia ante aduentũ xp̃i recipiebanť in limbo patrũ: ⁊ per conſequens deſcendebant in infernuȝ: qꝛ ille limbus eſt vna de cameris inferni. Notandũ ꝙ ibi aduentus xp̃i capitur pro illo aduentu q̃n in triduo paſſionis ſue deſcendit ad inferna.

## Secũdo queritur. vtrũ

poſt aduentuȝ xp̃i habeant receptacula vel loca determinata. ¶ Rñſio. Poſt aduentum xp̃i (ſcȝ poſt deſcenſum ad inferos: expoliando infernũ: extrahẽdo ſanctos patres de limbo et etiã exiſtẽtes in purgatorio) nulla aia deſcẽdit ad limbum patrum. Sȝ nunc ſolũmodo ſunt q̃tuor receptacula. Quidã eñ decedũt in gratia. nihil hñtes purgabile: et iſti euolant in celum. Quidã vero decedũt in gratia habẽtes purgabile: ⁊ iſti recipiuntur in purgatorio. Alij decedũt in originali peccato tm̃: ⁊ iſti deſcendũt ad limbũ pueroꝝ. Quarti aũt decedunt in peccato mortali actuali: ⁊ iſti deſcẽdũt in inferno infimo: fetidiſſimo et viliſſimo: vbi eternaliter cruciabuntur ⁊ horribiliter.

## Tercio queriť. Utrum

anie a ſuis receptaculis aliq̃n exeant. ¶ Rñdeť ꝙ quidã a deo cõdemnanť ad tp̃s: vt pote quouſqȝ ad p̃ces aliquoruȝ ſanctoꝝ liberenť: ſicut pȝ de lazaro. Etiam de Trayano qui ad p̃ces Gregorij fuit liberat⁹ a penis inferni. Et iſto modo aie mutãt receptacula. Quidã autẽ condemnanť ſententia definitiua ⁊ eterna: ⁊ iſto modo nõ mutant receptacula niſi deus permittat ꝑpter aliqd̃ bonum Similiter dicendum eſt de exiſtentib⁹ in purgatorio. De beatis aũt dicenduȝ ꝙ exeunt ſepe: quia poſſunt nos iuuare reuocando a malo: docendo bonum: cõfortando ⁊ liberando: ſicut patet de infinitis miraculis tam beate Marie q̃ȝ franciſci: nicolai ⁊c̃.

## Circa ſecundum

articulum queriť de ſuffragijs que recipiunt anie defunctoꝝ a viuis. Et primo queritur. Utrũ ſuffragia proſint defunctis q̃ ſunt mediocriť boni. ¶ Notandũ ꝙ quatuor ſunt genera ſuffragioꝝ (ſcḿ Gregoriũ) quibus anime in purgatorio exiſtentes iuuanť. Primo oblationibus ſacerdotũ: ⁊ iſtud eſt ꝑcipuũ ſuffragiũ. Scd̃o orationibus ſanctoꝝ ſiue ſint in patria ſiue in via. Tercio elemoſynis charorũ. Uñ ille diciť charus qui aliqd̃ bonum facit alicui. Uñ ſi aliquis q̃tũcunqȝ extraneus oret pro aliq̃ i purgatorio exiſtenti ille dĩ charus. Quarto ſubſidijs ſiue ieiunijs cognatoꝝ. Uñ ille dĩ ibi cognatus q̃ aliqd̃ ſubſidiũ facit alteri. Et ſub iſto q̃rto genere contineť ꝑegrinationes: flagellationes et ieiunia ⁊c̃. Notanduȝ ꝙ illi dicunť valde boni q̃ euolant immediate ad celos abſqȝ trãſitu purgatorij. Quidã ſunt valde mali: q̃ moriunť in pctõ mortali: ⁊ illi deſcendũt ad infernũ. Alij ſunt mediocriter mali ⁊ mediocriter boni: ⁊ ſunt illi q̃ moriunť in gr̃a tñ hñt aliquid purgabile. ⁊ iſti deſcendunt in purgatoriũ. ¶ Correlariũ primũ. Suffragia eccleſie nullo modo proſunt beatis. Auguſtinus Iniuriã facit martyri q̃ orat ꝑ martyre. ¶ Scd̃m correľ. Suffragia eccleſie nullo mõ ꝓſunt damnatis ⁊ cõdemnatis ſententia diffinitiua. Nã aliq̃ deſcenderũt in inferno qui nõ erãt cõdemnati ſentẽtia diffinitiua: ſed ſolũ cõditionata et ad temp⁹: ſicut patet de puero quẽ ſuſcitauit beatus iohãnes euãgeliſta: ⁊ de vno triũ mortuorum reſuſcitatorum a beato Hieronymo ⁊ iſtis profuit oratio beatorum: ideo notanter dicitur ſententia diffinitiua. ¶ Tercium correlarium et ad queſtionẽ reſpõſiuũ. Suffragia eccleſie proſunt mediocriter

bonis ſcʒ exiſtentibus in purgatorio: et hoc ꝓpter dignitatē ꝛ neceſſitatē. Nam qꝛ ſunt in gratia: ideo digni ſunt eccleſie ſuffragijs. ꝛ hoc dictat iuſticia: qꝛ etiam in penis ſunt ꝛ neceſſitate. ideo miſericordia dictat ꝙ orandum eſt pro ipis.

**Scḋo queritur. Utruʒ** proſint ſuffragia facta ꝑ malos. Notandum ꝙ ille ibi dr̄ malus ꝗ eſt in peccato mortali. ¶ Rn̄detur ꝙ quidā dicūt generaliter ꝙ ſuffragia eccleſie ꝓſunt: ſiue fiāt a malis ſiue a bonis. Et ratio hui⁹ eſt: quia tam boni ꝙ̄ mali faciūt ſm doctrinam eccleſie: ꝛ faciunt pro eo ꝗ eſt in charitate. et vbi deficit charitas facientis: ſupplet charitas eccleſie dictātis: ꝛ mortui ſuſcipientis. Sed nō credo breuiter ꝙ oratio peccatoris aliquid mereatur apḋ deū: niſi ſolū diſpoſitiue: qꝛ diſponit de cōgruo. ꝛ de cōdigno ad meritū. Opus enim formā recipit ab agente proximo: ſicut aqua a vaſe ꝯtinēte: nō a fonte. Similiter corona valorem ꝛ pulcritudinē habet a gēmis ꝛ ab auro ꝛ nō a quatuor elementis. Et ideo diſtinguendū eſt: qꝛ ſuffragia facta: aut ſunt oꝑa ſacramentalia: vt ſunt oꝑa miſſe ſiue celebratio et tunc ratione ꝯtenti (quia oꝑa dei ſunt) ꝓſunt quia xp̄us ibi ꝯtinetur. ſiue fiant a bonis ſiue a malis: non rōne cōſecrātis. Aut ſunt alia oꝑa. Et hoc dupl'r. Aut eīm fiunt pure a malis ſicut aliquis malus orat: vel ſe affligit ieiunādo: ꝑegrinando ꝛc̄. pro aliquo: ꝛ tunc nō credo ꝙ valeāt defunctis. Aut fiunt a malis ad imperiū alicui⁹ boni defuncti: vel amici eius: de re que illius eſt in elemoſynā. vel ad conſortiū alterius: vt qn̄ duo legunt vnū pſalteriū: vnus exiſtens in charitate: alter nō. ꝛ in alijs operibus vt qn̄ datur elemoſyna iuſto vt oret pro mortuo. Et tunc valent: rōne charitatis boni hominis cōiuncti. Concedendū enim eſt ꝙ nō proſunt ſm ꝙ fiunt a malis tm̄. concedenduʒ nihil ominus ꝙ proſunt ſi concomitatur charitas viri iuſti ex Bonauētura. Un̄ Eſaie ꝑmo. Cum multiplicaueritis orōnes veſtras: non exaudiam. manus eīm veſtre plene ſunt ſanguine. gloſa id eſt peccato.

**Tercio queritur quantuʒ** proſint ſuffragia? Et cū non proſint eq̄liter omnib⁹. queritur cui magis proſint: an ei qui magis meruit: an ei pro ꝗ ſpecialiter fiunt. ¶ Pro reſpōſionis elucidatione tres ponuntur diſtinctiones. Prima diſtinctio. Suffragia facta valēt trip'r. Uno mō ſpecialiſſime. ꝛ hoc mō valent illi ꝗ facit ſuffragia. Scḋo mō generaliſſime valent: ꝛ tūc valent eccleſie quia non poſſet aliq̇s facere aliqḋ opus meritoriuʒ quin proſit eccleſie. Tercio modo ſuffragia valent ſpecialiter vl' generaliter. ꝛ iſto mō valēt illis pro quib⁹ ſpecialiter fiunt. vt ſi q̇s diceret miſſam vel oraret pro parētibus: illa valet ſpecialiter ipis parētib⁹ toti eccleſie generaliter ꝛ ſibi ſpāliſſime. Et iḋo qō de ſecundo mō ſcʒ de valore ſpeciali hʒ intelligi. ¶ Scḋa diſtinctio. Suffragia facere pro aliquo pōt eſſe dupliciter. aut in cōmuni: vt quādo aliquis orat in cōmuni pro omnibus exiſtentibus in purgatorio. Aut in ſpeciali: vt qn̄ aliq̇s orat pro patre. vel pro amico ſuo. ¶ Tercia diſtinctio. Suffragia poſſunt fieri pro aliquibus dupl'r. Uno mō ſatiſfactorie vt. ſ. ſatiſfaciāt pro aliq̄ pena alicui⁹ exiſtentis in purgatorio vel pro oib⁹. Et tūc plus ꝓficit illi ſoli pro ꝗ dr̄ miſſa ꝙ̄ ſi diceretur miſſa in cōmuni pro omib⁹: qꝛ tūc ꝗlibet haberet partē ſuā: ꝛ diſtribueretur cuilibet ſm meritū ꝛ neceſſitatē ſuā. Alio mō ſuffragia pn̄t fieri ꝓ aliq̄ ꝑ modū ſupplicationis. Et tūc pōt aliq̇s celebrare miſſaʒ ꝑ modū ſatiſfactōis ꝓ aliq̄ ſpecialiter. ꝛ pro oibus alijs in cōmuni ꝑ modū ſupplicatōis Nec ꝓpť h̄ diminuitur meritū illi pro ꝗ dr̄ miſſa ſpāliter. Exēm vt ſi eēnt duodecim incarcerati: ꝛ ꝗlibet

deberet centū ſcuta: poſſet aliqs ſoluere debitū pro vno. liberādo eū a carcere: et ſolū depcari pro alijs. ¶ Ad qſtionē dicitur q ſi ſuffragia fiant in cōmuni; tūc magꝪ pſunt illis q magꝪ meruerūt et magis indigēt. Si aūt fiant in ſpeciali; tūc magis illis pſunt p quib9 fiunt.

Quantū ad terciū articulum (in quo de ſuffragijs q impendūtur viuis a ſanctis ſiue defunctis agit) querit primo. Utrū ſancti orent p nob. ¶ Rūdet breuiter q ſancti orant pro nobis. Primo propter neceſſitatē noſtram quia vidēt nos indigere: et ideo orant p nobis. Scđo propter dei voluntatē: qr vult vt vnū mēbrū releuet aliud.

Secūdo queritur. vtrū ſancti ſuis orationibus impetrēt nobis aliqua. ¶ Rūſio. Sanctorū orationes multa nobis impetrāt bona ſcꝫ merito et affectu. Nam merent nobis merito qđ pceſſit: qr ſibi amplius non merent: ſed propter merita pcedencia nobis merent quia multa merita fecerūt ſine quibus fuiſſent ſaluati. Affectu etiā impetrant multa nobis bona: qr nos diligunt: et idcū affectu orant deū pro nobis. Et qm (ſm phūm) amicoꝝ eſt idem velle: ideo cū aliquē diligūt (p modū dicēdi) cōpellunt illū diligere. Uñ btā virgo multos peccatores recōciliare dicitur.

Tercio queritur. vtrū vtile nobis ſit ſanctos pro nobis orare. ¶ Rūdet q ſic: qr deus decreuit et voluit ſcꝫ pter noſtrā inopiā ſanctoꝝ gliam et dei reuerentiam.

Circa diſtinctionem quadrageſimāſextam (cuius duo ſunt articuli) queritur primo. Utrū aliqua mitigatio pene fiat damnatis propter ſuffragia eccleſie. ¶ Rūdet q licet aliqui voluerint dicere q in dānatis mitigatur pena (et iſta fuit opinio Prepoſitiui et ſequacium eius) tñ in hoc errauerunt. Ideo vera opinio et cōmunis eſt q ſuffragia dānatis non proſunt nec eccleſia intendit orare pro ipis. Notandum q ſi aliquis oraret pro aliquo damnato: ipſo neſciente talem damnatū: illud ſuffragiū reuerteret in ſuum meritum. ſm illud pſalmiſte. Oratio mea in ſinu meo conuertet. Uel diſtribuet exiſtentibus in purgatorio: et breuit tale ſuffragium vel tale bonum nō perdet.

Scđo queritur Utrum damnatis fiat mitigatio pene pter pietatē miſericordie dei. ¶ Rūſio. Mitigatio pene damnatoꝝ dupliciter pōt intelligi. Aut q̄tum ad taxationē et inflictionem pene: vtpote qñ ſtatim poſt mortē taxat pena dānato. Et ſic abſqꝫ dubio ē ibi mitigatio: quia de9 punit citra cōdignum ita q nō tm̄ punit peccatorē q̄ntū meruit: et ideo ibi eſt miſericordia et iuſticia. Alio mō pōt intelligi mitigatio pene poſt taxationē et inflictionē Et hoc modo nulla cadit mitigatio a miſericordia diuina: quia extunc claudit eis dñs viſcera pietatis.

Tercio querit. Utrum deus miſericordius agat cū vno q̄ cum altero. ¶ Rūſio. Magis miſereri pōt intelligi tripliciť. aut habitu. aut actu. aut effectu. Primo mō et ſcđo mō impoſſibile eſt deū magis miſereri vni q̄ alteri. Uñ. Deū miſereri habitualiter ē ipſa pietas et benignitas q eſt in deo; et eſt equaliter in deo q̄tum ad oēs. Deū aūt miſereri actualiter eſt velle miſereri qđ etiā q̄tum ad oēs eſt equaliter in deo quia vult omnib9 miſereri. Tercio modo ſcꝫ q̄tum ad effectum: vbi eſt releuatio a miſeria: verū eſt q deus agit miſericordius cum vno q̄ cum altero taꝫ in pñti q̄ in futuro. Cetera patet.

**Quarto querit᷑. vtrum** deus agat iuſtius cū vno ꝙ̄ cum altero ¶ Reſponſio. Juſticia in opere vno mō dicit ſeueritatē: ⁊ ſic iuſtius agit in vno ꝙ̄ cū alio quia ſeuerius punit. Alio mō iuſtius dicit ordinem p̄mij ad meritum ⁊ ſic dico ꝙ iuſtiſſime retribuit omnibꝫ Cetera patent.

**Pro ſecūdo articulo q̄ritur primo.** Utrū in aliquo opere dñi ſit miſericordia ⁊ veritas. id eſt iuſticia. ¶ Reſponſio. Miſericordia ⁊ veritas ē in ope creature rōnal': ⁊ hoc qdē nobilitatis eſt: ergo multofortius et nobilius in operibꝫ dei eſt miſericordia ⁊ veritas

**Secūdo querit᷑. vtrum** in omni opere dñi ſit miſericordia ⁊ veritas. ¶ Reſpondet᷑ ꝙ ſic. Qualiter autē miſericordia ⁊ iuſticia accipiuntur. Reſpondet᷑ ꝙ largiſſime. cōmuniter ⁊ ꝓprie Et qualiter ſe habeāt ad inuicem: clare patet in textu.

**Tercio queritur vtrum** in omni opere dñi ſit miſericordia ⁊ veritas ſm ꝙ dicunt᷑ largiſſime vel ſm ꝙ ꝓprie accipiuntur ¶ Reſponſio. Jn omni opere dñi ſemp ē miſericordia ⁊ iuſticia: quocunq; mō accipiantur: ita ꝙ nō pñt ſeparari. Unde in baptiſmo qn̄ quis iuſtificatur ſine aliquibꝫ meritis p̄cedentibus: non ſolū eſt ibi miſericordia in hoc ꝙ deus totaliter remittit culpā et penā: ſed etiam eſt ibi iuſticia: in hoc ꝙ aliquę penalitates remanēt in anima ⁊ corpore Etiā cū deus aliquē damnat: nō ſolum eſt ibi iuſticia eum puniendo: ſed etiam eſt ibi miſericordia: quia nō tantum punit ſicut meruit.

**Quarto querit᷑. vtrum** poſſit deus aliquē punire pure ex iuſticia: vl' pure remunerare ex miſericordia ita ꝙ iſta duo ſeparentur. ¶ Reſponſio. Jmpoſſibile eſt in operibꝫ dei iuſticiā ſeparari a miſericordia: loquēdo de potencia dei ordinata. Si autē loquamur de potentia dei abſoluta: tūc poſſet facere iuſticiā ſine miſericordia: ⁊ ecōuerſo.

**Circa diſtinctionem** quadrageſimāſeptimā (que duos habꝫ articulos) Primo querit᷑ vtrū apoſtoli iudicabunt. ¶ Reſponſio. Judex in aliquo dicit᷑ duplici ratione. Aut quia ipſius ē ferre ſententiā: et ſic ſolus xp̄us iudicabit tanꝙ̄ principalis iudex. Aut quia aſſiſtit ferenti ſententiā ſm ꝙ aliq̄ iudices aſſiſtunt in iudicio. Et ſic apoſtoli iudicabunt. Mathei. xix. Sedebitis ſup ſedes iudicantes ⁊c̄. Qꝫ autē dicitur ſedebitis nō ē intelligendū ꝙ apoſtoli ſedeāt ſeſſu corporali: ſed hoc ponit᷑ ad dignitatē. Judicabūt etiā fratres minores: ⁊ oēs qui ꝓpter xp̄m reliquerunt oīa: ⁊ ſecuti ſunt chriſtū.

**Secūdo q̄ritur. vtrum** angeli iudicabūt. ¶ Reſponſio. Angeli nō iudicabunt poteſtate iudicatoria (ſicut dictū ē de apoſtolis) ſꝫ ſolū aſtabūt rōne approbationis. Auctoritates autē que dicunt ꝙ dñs veniet cū angelis non ſunt intelligende ꝙ veniet cū angelis iudicantibꝫ ſed miniſtrātibꝫ. Cetera patēt

**Tercio queritur vtrum** omnes iudicabuntur tam boni ꝙ̄ mali. ¶ Reſpondetur ꝙ iudiciū dicit᷑ tripliciter. ſcꝫ cōmuniter. ꝓprie: ⁊ appropriate. Judiciū cōmuniter captū dicitur collatio manifeſta meriti ad p̄miū. quando videbunt merita ⁊ demerita omniū. Et ſic omnes iudicabunt᷑: quia omnes cōuenient: ⁊ patebit quomodo deus omnibꝫ retribuet ſm merita. Et hoc eſt ꝙ dicit apoſtolꝰ. Oēs manifeſtari oportet. ⁊c̄. Judiciū ꝓprie dictū ē diſcutio meritoꝝ ⁊ prolatio cū quadā diſcuſſione ⁊ diffinitione ſententie. Et ſic non omnes iudica

buntur. Sed erunt quatuor ordines in iudicio: duo ex parte damnandorum et duo ex parte saluandorum. Aliqui ex parte dãnandorum erunt iudicati quibus dñs dicet. Eſuriui et non dediſtis mihi manducare etc. Et iſti erũt chriſtiani: qui licet habuerint fidẽ: tamẽ caruerũt bonis operibus. Alij ſunt qui caruerũt fide: ſicut pagani et infideles: et iſti tunc nõ iudicabuntur: quia nõ tenuerũt fidei ſacramẽta: ideo increpationem iudicis in ſe ferri nõ audient ſed damnabuntur abſq; ulla increpatione. Ex parte aũt electorum aliqui iudicabuntur: et ſunt illi xpiani qui vite maculas lachrymis tergũt et elemoſinarum ſupinductione operiũt: quibus dñs dicit. Eſuriui et dediſtis mihi mãducare etc. Alij vero non iudicabuntur: et erunt illi qui ſeruauerunt cõſilia xpi ſicut apoſtoli. martyres et renunciantes ſeculo. Tercio modo iudiciũ dicitur appropriate vt eſt ipſa cõdemnatio et ſic ſoli mali iudicabuntur.

## Queritur quarto. vtrum

angeli iudicabuntur. ¶ Reſponſio. Angeli mali iudicabuntur iudicio cõdẽnationis. Et hoc propter quatuor rões. Prima ex parte iuſticie dei: quia ſicut hominum fiet vniuerſale iudiciũ ſic et angelorum condemnatio. Scđa ex parte glorie chriſti quia triũphauit de diabolo qui fuit iudicatus a mẽbro diaboli ad ſuggeſtionem eius. Tercia ex parte meriti: quia ſicut participes fuerũt culpe humane: ſic contumelie et pene. Quarta rõ ex parte ſupplicij cõſummandi: vt ſi quid penarum eis deeſt ſuppleatur plene: quia ſimul cum damnatis incarcerabuntur.

## Quantũ ad ſecũdũ articulum

(qui eſt de igne qui pcedet faciem iudicis) queritur primo vtrũ ille ignis ſit elementũ. ¶ Reſpondetur quod ille ignis non tm̃ aſcendet: ſed magis deſcendet: ſicut pluit dñs ſup ſodomã et gomorrã. ideo dixerũt aliqui quod ille ignis nõ erit elemẽtalis ſed de nouo creabitur alius ignis. Poteſt aliter cum Auguſtino dici quod ille ignis erit elemẽtalis et idem cum noſtro igne vſuali: quẽ dñs ſic augmentabit ſicut fecit aquas diluuij vt ſicut tunc purgatus fuit mũdus per aquã: ita in die iudicij purgabitur per ignem: ita quod ignis qui eſt in terra aſcendet: et ignis qui eſt ſuper terrã (ſcz in ſua ſpera) deſcendet. Et iſta eſt verior opinio.

## Secundo queritur. Utrũ

virtus illius ignis ſit naturalis vel ſupra naturã. Notandũ quod ille ignis purgabit omnia elemẽta: erit enĩ vſtiuus et nõ conſumptiuus (ſicut dictũ eſt de igne infernali) et extendetur iſte ignis a ſpera lune vſq; ad centrũ terre: ita quod (ſm aliquos) miſcebitur cũ igne infernali. ¶ Ad qõnem dicitur quod eſt loqui de ignium conflagratione tripliciter ſcz quantũ ad inchoationẽ: progreſſum et cõſummationẽ. Dicendũ ergo eſt quod quantũ ad inchoationẽ erit ſupra naturã. Nam tunc incipiet a centro terre: et purgabit totã terrã et aquã et aerem: et ignẽ: quia ignis infernalis et ignis noſter vſualis: et aliqua pars ignis elementalis ſimul cõgregabuntur et hoc virtute diuina. Secũdo modo quantum ad pgreſſum (qui ẽ purgare vere et ſubtiliare) dicẽdũ quod erit a virtute naturali. Notandũ tamẽ quod nõ cõſummabit nec deſtruet elementa: ſed ſolũmodo purgabit ea. Tercio modo quantũ ad cõſummationẽ: ſcz quod ſeparabitur et deſcendet in infernũ ad vrendũ et affligẽdũ damnatos: et hoc erit virtute diuina.

## Queritur tercio de illius

ignis extenſione. ¶ Reſpõſio. Ille ignis aſcendet et extendetur tantũ quantũ durant corpora cõſumptibilia et paſſibilia. Et quia corpora celeſtia nõ ſunt receptibilia impreſſionis aliene: ſed ſũt incorruptibilia: ideo quantum durat ſpaciũ cõtinens elemẽta aſcendet flãma ſcz vſq; ad lunã ſub qua imediate ſpera ignis ẽ: vt eſt elementũ: et vlterius nõ aſcendet. Et ideo

dicendū ꝙ nō aſcendet vſqꝫ ad ſidera in/cluſiue: plus tñ aſcēdet ꝙ̄ aqua diluuij: ſicut clare patet.

**Querif q̄rto. Utrū ille** ignis p̄cedet iudiciū vel an ſequef. ¶ Reſponſio. Iſte ignis habebit duos effect⁹. Nam purgabit electos: quia multi erūt viui qui erūt in gratia: ⁊ tñ habebūt ali quid purgabile: ⁊ ſic purgabunf in illo igne ⁊ faciēt illi penitētiā: nō in corpore ſed ſolū in aīa: quia in illo raptu morien tur ita ꝙ nō deſcendent in purgatorium. Et durabit ille ignis imediate ante iu/diciū bene ꝑ ſpaciū vnius aut duoꝝ die/rum. Alius effectus iſti⁹ ignis erit affli gere damnatos: ⁊ erit poſt iudiciū quia cum dominus dixerit. Ite maledicti ⁊c̄. deſcendent cum illo igne ad infernum.

**Circa diſtinctio/**nem quadrageſimāoctauaꝫ (que in duos partif articu/los) querif primo Utrū po/teſtas iudiciaria xp̄i ſit ſm humanitatē aut ſm diuinitatē. ¶ Reſpōſio. Ad hoc ꝙ aliquod iudiciū ſit firmū duo concur runt ſcꝫ autoritas in ſententiandoꝛ po/teſtas in retribuendo p̄miū ſm meritū. vel ſuppliciū ſm demeritū. Et ſi alterū hoꝝ deficiat nō ē iudiciū. ¶ Correlariū. Nulla creatura quātūcunqꝫ magna po teſt aliquem obligare ad aliquid ſub pe na peccati mortalis: quia ꝓ peccato mor tali debetur pena eterna: ſꝫ nemo poteſt aliquem damnare pena eterna ſed ſolus deus. ergo ⁊c̄. Unde ſequif ꝙ papa non poteſt imponere aliquid ſub pena pec/cati mortalis. His viſis dicif ad queſtio nem ꝙ xp̄s iudicabit ſm diuinitatē ⁊ hu manitatē. Nam ſm diuinitatē eſſentialr habet illa duo ſcꝫ autoritateꝫ ⁊ poteſta/tem: ſm autē humanitatē collata ē ſibi autoritas et poteſtas per gratiā. Et ſic ſm diuinitatē iudicabit principalr: ſm vero humanitatē min⁹ principaliter.

**Secūdo queritur. vtrū** in forma diuinitatis apparebit malis. ¶ Reſponſio. Mali nō videbunt patrē nec ſpiritūſanctū: ſed videbunt filiū: nō in forma dei: ſed humanitatis: tamē ve/re cognoſcent ip̄m eē verū deū ꝑ ſigna et effectus. Et ſic patet ꝙ reprobi nō vide bunt eſſentiā diuinam. Unde Iſidorus (et habef ab Auguſtino) In forma in q̄ iudicatus ē videbunt vt doleant: in for/ma diuinitatis nō videbunt ne gaudeāt. Notandū ꝙ diuinitas nō poteſt videri oculis corporeis: ſed ſolū mentalibus.

**Tercio querif de quali/**tate forme in qua xp̄s apparebit vtrum ſcꝫ in forma glorioſa xp̄us apparebit re/probis. ¶ Reſponſio. Chriſtus appare bit in forma glorioſa non tm̄ bonis: ſed etiam reprobis. Boni em̄ reſpicient glo rioſam formā cū gaudioꝛ gloria: ſed ma li cum pena ⁊ cōfuſione. Confundentur em̄ in aſpectu eius: ⁊ nō poterūt vultum eius ſuſtinere ꝓpter ꝯſcientie remorſuꝫ: ⁊ propter expectationē ferende ſententie contra eos. Ad illud qđ obijcitur Ma/thei. xxiiij. Apparebit ſignum filij homi nis in celo. Hoc ſignū erit ſignuꝫ crucis in celo. Cum ergo crux ſit ſignū infirmi tatis: videtur ꝙ apparebit in infirmita te ⁊ nō in gloria. ¶ Reſpondef ꝙ xp̄s ap parebit cum cicatricibus: cruce ⁊ ſignis paſſionis ſue: nec erunt ſigna infirmita/tis p̄ſentis: ſed p̄terite: imo erunt ad glo riam: decentiam: et pulchritudinē: quia erunt ſigna victorie. Et ſimiliter dicen/dum eſt de martyrib⁹. Unde dicit Cri/ſoſtomus ſuꝑ Matheū: ꝙ crux radijs ſo lis erit lucentior. ſimiliter et cicatrices. Uñ canit eccl'ia. O crux ſplēdidior ⁊c̄.

**Querif quarto de hora** iudicij. Utrum alicui creature ſit nota. ¶ Rñdef ꝙ hora diei iudicij abſqꝫ du/bio ē nota toti trinitati et hoi aſſumpto ſcꝫ xp̄o ſm hūanitatē: ē aūt ignota oib⁹

in ſtatu viatoꝝ exiſtentibꝰ eſt etiã igno/ ta demonibꝰ ꝛ dãnatis. Utrũ autẽ nota ſit angelis et aĩabꝰ beatis: eſt magna inẽ doctores cõtentio. Quidã eñ dicunt ꝙ ſic: quidã autẽ ꝙ nõ. Difficile eñ eſt de hoc determinare. Tamẽ poſſibile eſt ꝙ beata virgo ꝛ aliqui angeli ſuperiores: ꝛ alique anime beate ſciant horã iudicij: ſicut aliqui angeli norunt incarnationẽ chriſti: ꝛ aliqui ignorauerũt. Et hec opi nio eſt communior: ꝛ eam tenet ſanctus Bonauentura.

Quantũ ad ſecundũ ar/ ticulum queriẽ primo Utrũ corpora ſu percelestia remunerabunẽ. ¶ Notandũ ꝙ corpora ſupercelestia dicunẽ que ſunt ſuper celos. hoc eſt ſuꝑ elementa: vt ſunt celum criſtallinũ. celum ſiderũ. ꝛ celũ ſtellarũ erraticarũ. Notandũ ꝙ hec que ſtio (que prima facie videtur ſtolida: qa ſola creatura rõnalis proprie loquendo remuneratur) mouetur ꝑpter illã glo/ ſam que habetur ſuper illud Eſaie. xxx. Erit lux lune ſicut lux ſolis: et lux ſolis ſicut lux ſeptẽ dierũ. gloſa. Sol et luna premiũ ſui laboris recipient. ¶ Reſpon ſio. Tripliciter aliquid eſt remunerabi le. Primo modo qd eſt aptũ natum me/ reri. ꝛ hoc eſt liberum arbitriũ. Et iſto modo corpora celeſtia nõ remunerabun tur. Alio modo aliquid ẽ remunerabile qd eſt ipſi merenti ꝯiunctũ. ꝛ iſto modo corpora humana ꝑmiabunẽ ꝛ nõ corpo/ ra celeſtia. Tercio modo qd eſt ad ipſũ ordinatũ ſicut ad obſequiũ. Primo mo/ do ꝑmiabitur homo in ſeipſo. Secũdo modo in corpore ſuo. Tercio mõ in eis ꝙ ſibi ſunt vtilia. Et iſto mõ corpora ſu perceleſtia ꝑmiari nõ eſt aliud ꝙ͂ homi/ nem in illis ꝑmiari. Ideo in luce ꝛ ſplen dore augebuntur ꝛ creſcent ꝛ in eis dele ctabitur creatura intellectiua beata.

Queriẽ ſecundo. Utrũ corpora celeſtia quieſcabunẽ. ¶ Reſpon/ ſio. Sol ꝛ luna poſt iudiciũ nõ tendunt ad occaſum (ſicut dicit Iſidorus et ha/ betur in litera) ſed in ordine ſuo in quo creati ſunt ſtabunt. Et probabilior opi nio eſt ꝙ ſol ſtabit ĩ oriente ꝛ luna in ple nitudine ſua in occidente: eo ꝙ ibi crea/ ti ſunt. Et lux lune erit ſicut lux ſolis: ꝛ ſol erit ſeptuplicieẽ clarior ꝙ͂ ſit mõ. Et iſta erũt ad ꝯſolationẽ beatoꝝ ita ꝙ ha bebunt celum empyreũ pro palacio ꝛ ce naculo: ꝛ ſolem ꝛ lunam ꝛ cetera corpora celeſtia pro ſubcameris. Et ſi placuerit eis in vno momento et paruo ſpacio de/ ſcendent et aſcendent ad iſta corpora ce/ leſtia. Et ſic reſpondetur ꝙ corpora ce/ leſtia quietabuntur.

Queriẽ tercio. Utrum innouabunẽ elemẽta. ¶ Notandũ ꝙ ad innouationem duo requirunẽ. ſcꝫ identi tas ꝛ permanentia in ſubſtantia ꝛ muta tio in accidentibus. Et per hoc patet re ſponſio ad queſtionem ꝙ elementa inno uabuntur quia ꝑmanebunt in ſubſtan/ tia: ꝛ mutabuntur ꝙ͂tũ ad aliquas qua litates ꝛ proprietates. Nam in eis rema nebunt proprietates leuitatis ꝛ ponde/ roſitatis; quia terra erit ſemper ponde/ roſa: ſimiliter aqua: ꝛ ignis ꝛ aer ſemper erunt elementa leuia. Etiã remanebunt qualitates ẜm quas eſt receptio influen tie luminis vt perſpicuitas ꝛ tranſparen tia: tamẽ in eis nõ erit proprietas calidi tatis. frigiditatis. ſiccitatis. ꝛ humidita tis. Et iſta eſt opinio Baſilij ꝛ etiã bede Alia eſt opinio probabilior ꝙ elementa non innouabuntur nec ẜm ſubſtantiam nec ẜm qualitates prout dicũt ſubſtan/ tiam: ſed ꝙ͂tũ ad rationẽ corruptionis ꝛ generatõnis innouabunẽ: qꝛ rõ agendi ꝛ multiplicandi auferetur ab eis.

Queriẽ quarto. vtrum innouabuntur plante ꝛ animalia bruta ¶ Reſpondetur ꝙ non quia nec anima/ lia: nec arbores: nec herbe: nec aurũ: nec

argentū erunt: quia poſtq̄ elemēta fuerint purgata p ignē: non erit amplius in eis: nec generatio nec corruptio: ſʒ ſolum ꝯſeruabunt in eſſe

Irca diſtinctionem quadrageſimamnonā (que in duas diuidit ptes tractans de btitudine) querit primo quid ſit beatitudo. Beatitudo (ſm Boeciū ꝓſa ſcda. tercij libri) eſt ſtatus omniū bonoꝝ aggregatione ꝑfectus. Prima particula ē ſtatus. Unde ſtatus eſt ꝑmanētia legib⁹ ſapiētie diuine firmata. Triplex eſt ſtatus. Primus eſt ſtatus nature inſtitute ſcʒ ſtatus innocentie anteq̄ Adā peccaſſet. vbi erat permanētia legib⁹ ſapiētie diuine firmata q ſi ipſe nō peccaſſet: ⁊ nō comediſſet de ligno vetito ſcʒ ſcientie boni et mali nunq̄ mortuus fuiſſet: nec habuiſſet aliquas tentationes: nec vexationes. Secundus eſt ſtatus nature deſtitute vel lapſe: vbi eſt ꝑmanētia legib⁹ ſapie diuine firmata q oēs morient morte corpali Tercius eſt ſtat⁹ nature reſtitute. Et iſte ē i ꝑadiſo celeſti vbi eſt ꝑmanētia legibus ſapientie diuine firmata: q beati nunq̄ morientur: ſed ſemꝑ erunt beati. Scda particula. Omniū bonoꝝ. Nō eſt intelligendū q habeantur ibi oīa bona ſm veritatē (quia ibi non erit aurū: nec argentū: nec vinū: que ſunt bona) ſed habebuntur omīa bona ſm equiualenciā. Tercia particula ꝑfectus. Uñ ille dicit ꝑfectus cui nihil deeſt. ⁊ ſic ꝓprie loqñdo ſolus deus eſt ꝑfectus. ⁊ beati habebunt deū per verā viſionē: tentionem et fruitionē: ⁊ ideo erunt beati beatitudine increata. Notandū itaq̄ q duplex ē beatitudo. Quedā eſt increata: ⁊ eſt ipē deus. Alia eſt creata. ⁊ illa eſt duplex. Quedā eſt integralis. ⁊ iſta ſtat in trib⁹ Primo in clara viſione dei: ⁊ iſta euacuabit fidē. Scdo in tentione dei ꝑ amorem: quo amore ſancti tenent deū tanq̄ bonum cōmodū: ⁊ per iſtam tentionem augmentabit ⁊ perficietur amor concupiſcentie: ⁊ euacuabitur ſpes per iſtam. Tercio in fruitione dei ſequēte claram viſionem dei: ⁊ per iſtam ꝑficietur charitas. Et iſtis trib⁹ dotib⁹ dotabitur aia Alia eſt beatitudo creata ꝑncipalis in qua principaliter ſtat beatitudo: et eſt fruitio ⁊ amor amicicie. Et ideo ſi queratur in quo ſtat principaliter btitudo. Reſpondet q in fruitione ⁊ amore amicicie: quia ſi electi viderent deū: ⁊ nō diligerent. ꝓprie non eſſent beati. Bonauentura dicit q beatitudo eſt finis nr̄m ſatians appetitum. Uñ duplex eſt finis Quidā eſt obiectiuus q̄ attingit ꝑ operationē: ⁊ eſt ipſe deus: ⁊ ſi hoc modo capiatur beatitudo eſt increata Alius eſt finis formalis: ⁊ eſt ipā operatio attingens: ⁊ ſic tres dotes anime dicunt beatitudo: ſicut dictum eſt: ⁊ iſto mō in diffinitione capitur vt eſt creata. Notandū etiā q duplex ē ſatiās. Quoddā eſt obiectiuū: ⁊ eſt ipē deus. Aliud eſt ſatians informans: ⁊ ſunt ille opationes ⁊ dotes ſatiantes animā. Et iſte dotes non ſunt ſubſtantie: ſed accidentia q̄ immediate cauſant a deo. Auguſtin⁹ ſic diffinit beatum. Ille dicitur beatus q̄ habet quicquid vult: ⁊ nihil mali vult.

